

IOANNIS MESVÆ

DAMASCENI LIBER PRIMVS, SEV

METHODVS MEDICAMENTA PURGAMTIA

simplicia deligendi & castigandi, theore-

matís quatuor absolutus Ioãne Na

bascuesio Sangossano Medi-

co tũ interprete, tum

expositore,

5

IN NOMINE DEI MISERICORDIS,

cuius nutu sermo recipit gratiam, & doctrina per-

fectionem, principium sit verborum Ioan-

nis filij Mesuæ, filij Hamech, filij

Hely, filij Abdela regis

Damasci,

Pla Mesuæ Inuo-
catio.

Genealogiæ mo-
dus Hebræorũ bi-
blijs consuetus.

10



E castigatione medicamētorum simpli-
cium purgantium mētio à quibusdam
veteribus habita est, eaque de re multi
etiam sapiētes scripserunt; ceterum eor-
um nullus plenè de hac materia disse-
ruit, sed alio atq; alio capite multorum
ad eam pertinentium mentionem faciē-
tes, sparsam doctrinam hãc reliquerūt.

20 stris, quibus ex amicitia iure tenemur præstare obsequium, de-
precati sunt nos, vt ea quæ sparsim ab alijs tradita sunt, colligen-
tes, opus vnum exactum perficeremus, quod ea omnia præcepta
vaga cõplecteretur. Quorum iustis precibus victi hoc opus ag-
gredimur, confisi auxilio, ac bonitate Dei, qui sit benedictus. Er-
25 go pie Deus horum præceptorum collectionem fac fœlicem, qui
ex thesauris largitatis tuæ omnia fœlicia facis. Opus autem hoc
nostrum in duas secetur partes, in quarum priore, vniuersalem
scientiam castigandorum medicamētorum certis quibusdam ra-
tionibus tradamus: posteriore verò, cuiusq; medicamenti purgã-
30 tis essentiam [species, delectum] facultates, correctionem, parti-
culatim exequamur.

Causa quæ eum
ad scribendum cõ-
pulsit.

Rursus Deum
precatur.
Operis diuise.

35 ¶ Vt quæ Ioannes Mesues tum hic, tum in opere vniuerso scribit, facilius intelligantur, &
vt lector ad hoc opus legendum memoriæq; mandandum alacrior accedat: placet exposito
rum Aristotelis exemplo quædam præfari, quæ Græcis *προλογος*, nobis proloquia
ad verbum dicuntur. Ea autem hæc ferè sunt Vita autoris: institutum: causã, quæ eum ad
scribendum compulit: inscriptionis ratio: operis utilitas: doctrinæ genus. Ioannes mesues,
vt à primo exordiar, natione Syrus fuit ex vrbe Damasco: vnde Damascenus dictus est: pro

Damascus ciuitas
est Syriæ propè
Iudæam.

A

Libri primi

fessione Medicus. Nauauit in arte operam tam diligentem: vt in prestantissimum Medicum
 euaserit. Quare in eam venit opinionem apud maiores nostros: vt ab eis Euāgelista Medico
 rum sit vocatus. Christianam vel Iudaicam religionem coluisse cū ex alijs locis, in quibus
 diuinum auxilium passim implorat, vt in hoc proœmio bis: tum verò maximè ex prefatio-
 ne libri, quem de appropriatis vocant: conijcere licet. In quem locum multa ex sacris literis
 translata coniecit. Id quod religiosè ac sapienter factum esse nemo dubitat. Nouerat enim
 vir optimus, nihil ritè nihilq; prouidenter citra Dei immortalis auxilium & honorè auspi-
 cari homines. Scripsit Arabice, vt indicat antiqua versio, quæ nō paucas voces Arabicas ser-
 uauit: quas nos etiam interdum consulto reliquimus. Sunt qui velint floruisse, quo tempo-
 re Gofredus Lotharingorum princeps Syriam expugnauit: sunt qui sub Adriano Pontifi-
 ce, anno Christi millesimo centesimo quinquagesimo octauo. Originem duxit ex stirpe re-
 gia, vt ex verbis, quæ prefationi præfixit agnoscas licet. Nomen ipsi proprium fuit Ioannes,
 à patria Damascenus vocatus: patris ipsius nomen fuit Mesues, aui Hamech, proaui Hely,
 abauī Abdela, qui fuit rex Damasci. Scripsit hoc opus, quod cunctis præmanibus habetur
 ob eius necessarium vsum: aliud, quod sciam, non extat. Operis autem huius partem priorè,
 in duos diuisit libros: quorum priorè, quem nos enarrandum suscepimus, viam rationemq;
 vniuersalem scribere instituit deligendi & castigandi medicamenta, corrigendiq; noxas,
 quæ ab eis impendè solent: posteriore verò eam viam & rationem purgantibus medica-
 mentis simplicibus seculo suo magis cōsuetis *particulatim accommodare, cuiusq; essentiã,*
species, delectum, castigationem, facultates singulatim exequendo. Est enim purgantium
 medicamentorum maxima & præcipua habenda ratio, siquidem viribus sunt prædita maxi-
 mis: quo fit, vt error vel exiguus circa illa maximū interdum asserat vitæ periculum. Post
 antidota scripsit vniuersalia sectionibus duodecim distributa. Demū in vltima huius ope-
 ris parte cuiq; singularum partium corporis remedia peculiaria scribit. Quæ omnia ad imi-
 tationem Galeni esse scripta quis non videt: Is enim quinq; primis libris *simplicium metho-*
dum accuratam docet medicamentorum omnium facultates inueniendi: quam in reliquis li-
bris in singulis simplicibus exercet. Post libros de compositione medicamentorum gene-
ralium tradit: demum de compositione cuiq; parti affectu proprijs. Ex his horum librorum
 ordo euasit perspicuus. Sunt enim naturā priora vniuersalia particularibus: & simplicia cō-
 positis. Partem totius operis primam scripsit suadetibus & postulantibus amicis, quibus iu-
 sta postulantibus parère voluit: ne amicitia leges violare reluctando videretur. Pollicetur
 igitur quæ ab Hippocrate, Platone, Galeno, Bufo, Paulo, Serapione, Auicenna, Hamech,
 Ioannitio, Haly, Alchindo, & alijs, quos passim citat, per varia volumina & capita vel con-
 fufe, vel imperfectè tradita erant: ea coniunctim discretè, perfectè se edoctorum, aureas eo-
 rum autorum sententias in hoc vnum opus transferendo. Itaq; diuinum hoc opus Ioannis
 Damasceni est: cæterum ex varijs autoribus collectum, vt ipsemet initio prefationis testa-
 tur. Vnde etiam animi liberalitatem ingenuitatemq; arguas licet. Quoniam non pudet cum
 fatèri, per quos profecerit, nec suum cuiq; referre acceptum. Vniuersalem hanc methodum
 canones appositissimè vocauit. Nam quod *Κανων* Græcis, regula dicitur Latinis. Est autem
 regula fabricorum instrumentum, quo omnia dirigunt, & metiuntur, *rectaq; ab obliquis,* pla-
 na à subulstantibus distinguunt. Ab hac, metaphora sumpta, canones vniuersales appellat,
 præcepta vniuersalia, quæ in hoc opere scribit: quoniam his, veluti regula quadam, vti pos-
 sumus in singulorum simplicium examine, delectu, & castigatione. Opus perquam vtile &
 necessarium est tum *pharmacopolis,* tum *Medicis:* illis quidem ad rectum medicamentorum
 delectum, & corrigendi modum: his verò tum ad eisdem vsus, tum ad corrigenda sympto-
 mata, quæ partim in ipsa purgatione, partim post ipsam sese offerunt. Doctrinæ genus diui-
 sorium est, iam inde ab Hippocrate, Platone, & Galeno magnopere cōmendatum. De quo,
 vt de alijs duobus doctrinæ generibus, Aristotelis, & Platonis expositores abundè agūt: egit
 etiam copiosè Nicolaus Leonicensis in opere de tribus doctrinis. Illud verò silètio præter-
 eundū non est, varia hæc nomina, Ioannes, Mesues, Ioannes Mesues, Heben Mesues, Ioannes
 Heben Mesues, Filius Mesues: autorem huius libri sæpe significare, est enim familiare huic

Institutū & ordo.

Ordinis ratio.

Qui excitant
ipsum ad scri-
bendum.

Inscriptionis ra-
tio.

Operis vtilitas.

Doctrinæ genus.

Gale. de natur. hu-
ma. & lib. 1. ad
Glauc. Plato in
Phile. & in So-
phisti. Alcino. in
libello, quo Pla-
tonis placita ex-

5

10

15

20

25

30

35

40

45

50

Theorema primum.

II

5 autori, & Basio, & Auenzoari, & nonnullis alijs Arabicae familie autoribus: quoties nouam
 aggreduuntur materiam vel sententiam, nomen suum praescribere. Quod si quando post ali-
 quod horum nominu in orationis serie sequatur: & ego dico, & nos dicimus, vel quid aliud
 his aequipollens, coniectura ducimur tunc praecedentia ex aliorum sententia pronuntiata
 10 esse, licet interdum idem cum illo habeat nomen: vt capite de Sagapeno in simplicibus, vbi
 ex sententia Mesuae bifiriam corrigi Sagapenum docuit, suum ceu nouu interponit modum
 corrigendi. Ex quo perspicuum est alium a se eo loco nomine Mesues intellexisse. Huic no-
 strae sententiae fauet Iacobus Syluius in sua versione, quippe qui aliorum autorum nomina
 expressit, tacuit, quae nos diximus: non taciturus si putasset diuersorum autorum nomina esse,
 & non vnius Mesuae. Hec, licet leuia, initio praemittere visum est, ne passim circa ea haeseret
 lector.

ponit. Hammo.
 Simpli Philopo.
 in comē. in legi-
 cam Aristo. Boe-
 ti. in lib. de diui-
 sionibus.

20 DIVISIO LIBRI PRIMI IN THEO- remata quaedam primum, deinde in capita singulorum theorematum.

15 **H**oc nostro libro primo quatuor theoremata docebi-
 mus: in quorum primo explicabimus, quae sint obser-
 uanda in medicamentorum delectu. In secundo, qua
 ratione vis medicamentoru purgantium malefica cor-
 rigenda sit. In tertio, quo pacto sit occurrendu nocumentis, quae
 20 in corpore ipso excitatur purgandi tempore. In quarto, quomo-
 do corrigenda sint nocumenta, quae post vacuationem succedes-
 re solent. Theorema primum duo suble capita continebit. In quo-
 rum priore de medicamentorum delectu agemus, sumpto iudis-
 cio a propria ipsorum essentia: in altero, deligendi rationem tra-
 25 demus a facultate ipsorum medicamentorum sumpta indicatio-
 ne. Secundum theorema in duas diuidetur summas. In priore ex-
 plicabitur modus corrigendi medicamenta, mixto illis alio me-
 dicamento. Quae summa in quatuor subdiuidetur capita: & in pri-
 mo illorum docebitur castigatio medicamentorum per mixtio-
 30 ne eius, quod proprietate insita opponitur ijs, quibus miscetur.
 In altero de correctione eorum differemus per ea, quae temperiem
 contrariam sunt sortita. In tertio eadem castigari docebimus per
 ea, quae effectus contrarios prestant. In quarto denique de pro-
 portione earum rerum agemus, quae inuicem comiscendae sunt.
 35 Altera summa rationem castigandorum medicamentorum com-
 plectemur, quae arte fit. Quae item in alia quatuor capita parties-
 tur: in quorum primo rationem praeparandi medicamenta per
 coctionem explicabimus: in altero, per ablutionem: in tertio, per
 infusionem: in quarto, per triturationem. Theorema tertium, quod
 40 rationem occurrendi nocumentis purgationis tempore euenien-
 tibus complectetur, in tria diuidetur capita: in quorum vno ex

A ij

Libri primi

plicabimus, quid agendum sit, si medicamentum materiam moueat, sed non vacuet: in altero, si illegitimè & laboriosè: in tertio si vltra quam conuenit, vacuet. Quartū theorema, (quo ratio corrigendi nocumenta, quæ purgationi succedunt, tradetur) in tresdecim capita distribuemus, succedentia sibi deinceps hac ordine: 5
 1. Febris. 2. Dolor capitis. 3. Vertigo. 4. Visus imbecillitas. 5. Vētriculi imbecillitas. 6. Sitis. 7. Singultus. 8. Ventriculi dolor. 9. Intestinorum vlceratio. 10. Deiectio cruēta. 11. Tenesmus. 12. Corporis laxitas & debilitas. 13. Conuulsio. Primus igitur liber viginti sex capitibus absoluetur.

¶ Summatim perstrinxit, & ob oculos proposuit vniuersa, quæ hoc opere docturus est. Quas summas si quis diligenter memoriæ mandauerit, notaueritq; singulorum capitum diuisionis partes: omnia, quæ in hoc opere continentur, in numerato habebit. In singulis enim viginti sex capitibus à summis primisque tum generibus tum causis exorsus, ea in alia inferiora partitur, nec diuidendi finem facit, donec ad talem descendat speciem, causam effectumue: quæ in vnum numero & indiuiduum desinant, si vltierius diuisio procedat. Diuiditur genus in suas species: totum in suas partes: causâ in suos effectus: effectus in suas causas. Partitio & resolutio sub diuisionis nomine contineantur hoc loco. Reliqua tam sunt aperta, vt expositione non egeant. 10
 15

THEOREMA PRIMVM MEDICAMENTORUM naturam, delectum, facultates complectens in duo diuisum est capita, Caput primum est de medicamentorum delectu, qui fit, sumpto iudicio à propria ipsorum essentia. 20
 25

Medicamentum esse purgans dicimus, non à temperamento, sed quia est tale; neq; vt cōtrarium [agens] in contrarium, quatenus contrarium, sed quia est tale; neq; vt simile trahēs & euellens alterum, [aut vt contrarium] sed quia est tale; neq; vt graue aut leue sursum vel deorsum vim agitandi habens, sed quia est tale. 30

¶ Hoc & sequens theorema Medico & Pharmacopolæ pariter scribuntur: reliqua duo ad Medicum potius pertinent. In huius priori parte methodum docet deligendi medicamenta sumpto iudicio ab ipsorum essentia: post alio capite idem docturus ab eorum facultate sumpta indicatione. Scripserant de re eadem Dioscorides, Galenus, & alij auctores tum Græci, tum Latini, tum Arabes, cæterum nec plenè, nec de omnibus, neq; omnia nouerant omnes medicamenta purgantia, quibus potissimum hanc methodum accommodat. Sed tamen locos proponit communes, ex quibus in alijs etiam bona à malis rationem discernendi ducere possis. Incipiamus igitur à definitione eius de quo agitur, vt intelligatur, quid sit id de quo differendum est. Delectus medicamentorum distinctio est boni à malo per proprias & peculiare notas sumptas, partim ab eorum essentia, partim à facultate. De hoc dicitur inuestigat primum quenam est virtus, per quam purgantia medicamenta trahunt humorem sibi familiarem: & breui admodum oratione magnum rerum pondus complexus est, in hunc 35
 40

Theorema primum.

III

modum vi & potestate ratiocinatus. Omne quod mouetur, aut à se ipso aut ab alio mouetur, vt capite secundo libri septimi Physicorum Aristoteles probat: humor, qui in purgationibus euacuatur, mouetur loco, & non à se, vti in confesso est omnibus: necessum est ergo vt ab alio moueatur. At omne, quod ab alio mouetur, aut trahitur, aut pellitur, vt ibidē Aristoteles docet, & initio de communi animalium ingressu: atqui humor ille non pellitur à medicamento, (id quod ceu notum assumimus) trahitur itaq; vt libro primo de natura hominis, & de facultatibus naturalibus, & de medicamentorum purgantium facultate probat Galenus. Omne verò inanimatum quod trahit, vel calore, vel fuga vacui, vel naturarum familiaritate trahit, vt idem Galenus libro sexto de vsu partium autor est, & Aphrodiseus proble. quinquagesimo sexto sectionis secundæ, (quibus modis trahendi nonnulli addunt dolorem, sed hic modus non facit ad rem presentem.) At enim medicamentum purgans non trahit humores quoniam calidum est, neq; fuga vacui: necessum est igitur ipsum trahere ob similitudinem totius substantiæ. Ex his quæ proposuimus, quæ probatione indigere putauit, probat: reliqua tanquam confessa assumit. Principio proponit nō purgare medicamentum ob temperamentum, id est, ob aliquam ex qualitatibus primis, ex quibus cōsurgit temperamentum: nec quia est contrarium humori vacuando: nec quia simile trahens à superioribus materias, & ab inferioribus euellens: nec quoniam graue est, deiectiones mouere: nec quoniam leue vomitum: quorum modorum aliquo opinari quis poterat trahere: sed quia est tale, id est, à virtute siue proprietate occulta, à causâ abdita vt Aphrodiseus initio problematum, naturali proprietate, vt idem proble. quinquagesimo tertio libri secundi, à forma specifica rei, vt philosophi: à cœlesti virtute, vt Melues in sequenti textu: à facultate quarta, à similitudine totius substantiæ, à similitudine naturarū, à qualitatis proprietate, à tota substantia, vt Galenus: naturaliter, vt Paulus. His & alijs modis hæc quarta facultas declaratur, de qua statim, latius differemus. Eorum, quæ hic assumpsit, partim ipse probationem in sequentibus subdet, partim nos adiciemus, quæ desiderari videbuntur. Verbum, agens, clarioris doctrinæ gratia additum est in contextu orationis. Neq; dissimulandum est mihi, verba illa, aut vt contrarium, lineolis duabus comprehensa ociosa esse & supposititia, vt nostra fert opinio: quoniam contrariorum iam meminerat, neq; fuit necesse in tam breui periodo idem inculcare. Et hæc est vna huius orationis expositio. Altera potest esse huiusmodi. Docturus Ioannes Melues qua vi purgantia medicamenta humores vacuarent, modos omnes colligit, quibus credere quis poterat id perfici: nam calore trahūt quædam, quoniam calor vi trahendi pollet. Accedit his, quod purgantia omnia ferè calida sunt. Quædam quia contraria sunt, se inuicem expellunt, vt ex definitione contrariorum manifestum est. Opinari ergo poterat quis humorem & medicamentum pelli, quod natura essent contraria: vel alterum vtrumq; pellere, sed fortius vincere: quod cōtraria essent inter se. Non nulla quæ trahunt, similia sunt colore, odore, sapore, consistentiâ, temperie ijs quæ trahuntur, vt cnicus pituitæ, rhabarbarum cholere, ob quam similitudinē videri poterat alicui purgantia actionem suam obire. Vel quia graua sunt, vel leuia: nam illa sponte sua feruntur deorsum, hæc sursum. At verò ob nullam ex his causis purgare ostendit medicamēta, sed quia talia sunt.

40 Quid autem per id tale intelligat, ipsi docuimus: & idem met protinus docturus est. Reliquum est, vt probet ob nullam ex recensitis causam purgantia vacuare, sed quia talia sunt: id quod in sequentibus facit. Tertia expositio est Mondini, quam nemo speret nos taxatos, quin liberum relinquimus lectori arbitrium, vt eam expositionem sequatur, quæ ei magis arridebit, & vero similior videbitur.

Et Gale. lib. 1. de
facul. natur.

Lib. 1. de facul. nat.
tur. & cap. 16. &
17. lib. 5. simpli.
medic. & 23. &
24. & 5. lib. 1. &
8. lib. 4. & alijs
passim.

Gale. cap. 15. lib.
2. de diff. feb. &
lib. 13. metho. mē-
dendi.

45 Omne enim (vt aiunt Philosophi) duplici est dotatum virtute, vna quidem elementari, altera verò cœlesti: & illa quidem communis est, hæc verò propria, nam omne calidum & frigidum, cal facere & refrigerare natum est: at purgatorium non est quia calidum, nec quia frigidum, sed quia cœlesti virtute dotatū est, quæ

A iij

Libri primi

ipſius mixtionem dirigit. Et ob id medicamentum hoc eſt purgans, illud prouocatiuum, aliud verò aliam atq; aliam habet virtutem. Quæ omnia præſtat medicamentū propter cœleſtem virtutem, quæ ipſi ad temperaturam accedit.

¶ Dixerat medicamentum non purgare ob temperamentum, nec quia cōtrarium, nec quia ſimile, nec quia graue vel leue, ſed quia tale eſt, id eſt, ob inſitam ſibi à natura proprietatem: nunc vnumquodq; eorum, quæ hic aſſumpſit, ſigillatim probat ex orſus à temperamento: ſimul apertius declarans, quid id ſit, quod vocauit tale, ſimul ob id tale medicamentum purgare oſtendens. Quæ vt probet, ex Philoſophorum ſcholis poſtulatam hoc, Mixtum omne perfectum duplicem habet virtutem, vnam elementarem: alteram cœleſtem: tanquam conſeſſum aſſumit. Nos clarioris doctrinæ gratia ex Philoſophiæ fontibus illud deducamus. Mixtum omne ex quatuor elemētis conſtat, terra, aqua, aere, igne: quibus qualitates primæ, caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas, primò & in ſummo inſunt. Ex horum varia mixtione, aut æqualitas primarum qualitatum cōſurgit, aut vnus, vel duarum exceſſus. Ex harum æqualitate & exceſſu vario nouem temperamenta in genere ſiunt: particularia verò prope- modum infinita, quæ ſub artem cogi nequeunt. Elementa igitur pro vnaquaq; rerum ſpecie peculiariter mixta, temperata, & affecta, materia ſiue ſubiectum ſiunt omnibus mixtis generandis, & naturalibus formis introducendis. Quibus productis & introductis ab eiuſdem ſpeciei formis perfectum cōpoſitum euadit. Qualitatibus ſubiecti introducta forma ad actiones ſuas perficiendas ceu instrumentis vtitur: non aliter atq; faber ſerra ad ſcindenda ligna, vt eſt apud Ariſtotelem libro ſecūdo de ortu & interitu, & de partibus animalium. Forma enim naturalis eſt principium efficiens motus & quietis & cauſa formalis finalisq; vt ſecūdo Phyſicorum eidē Philoſopho probatur. Hæc igitur forma in rebus naturalibus eſt primum & principaliffimum agendi instrumentum, cui actiones omnes potiſſimum referendæ ſunt acceptæ. Ex his perſpicuum euadit duplicem eſſe in omni cōpoſito naturali virtutem, vnam elementarem, hoc eſt, eam, quam vnumquodq; habet ab elementorum mixtione, vt quatuor primas qualitates certo modo cōfuſas, propter quas vel temperatum, vel calidum, frigidum, humidum, ſiccum vel per coniugationem calidum humidum, calidum ſiccum, frigidum humidum, frigidum ſiccum, quodq; appellatur. Huic etiam actiones ſecundæ & tertiæ aſſignandæ ſunt. Nam elementa in mixtis ſecundum Peripateticos tota totis permixta ſecundum qualitates poteſtate inſunt, à quibus ſecundæ & tertiæ facultates pendent. Alteram cœleſtem, quod eſt, à forma perficiente & informate cōpoſitum, quæ Galeno non differt à temperamento rei, Platoni & Ariſtotele varia eſt. Effectuum ab illa prodeuntium rationem reddere poſſumus: nam calefactionem calori aſſignamus, frigefactionem frigori, humectationem humiditati, ſiccationem ſiccitati: eodem modo ſecundæ & tertiæ facultatis effectus ſuis cauſis reddimus. In hac, hoc facere prohibemur. Nam cum ipſius effectus virtuti elemētorum aſcribi non poſſint, ſuper eſt vt dicamus à cauſa nobis occulta fieri: quæ nihil aliud eſt Auerroi, quam elementorum conuenientia & proportio ſimilis, quæ ſola experientia cognoscitur. Effectus tamen ipſius ſenſibus & experientia cognoscuntur, quibus, quantum, & quādo Deus vult, vt Auenzoar eleganter dixit. Inquirere verò quare ea ſic operetur, quæſtio eſt inexplicabilis, cuius probabilis ratio reddi non poteſt. Purgatiã igitur medicamenta per hanc virtutem ducunt humores non ſolum familiares & ſibi ſimiles naturarum proprietate, ſed etiam è certis & determinatis partibus corporis. quanquã elementari virtute interdum adiuta ſœlicius & melius actionem ſuam perficiunt, quemadmodum in ſequentibus dicturi ſumus. Sed non iniuria quæret aliquis, quam ob cauſam virtutem, quæ à ſpecie eſt, vocauerit cœleſtem. Videtur enim aſſentiri ijs, qui rerum omnium indiuiduas formas effectusq; particulares, à Cælo, Sole, Luna, & ceteris Planetis atq; Syderibus, veluti à cauſis particularibus pendere autumant. Quorum ſententiam Comes Picus Mirandulanus duodecim libris, quos aduerſus Aſtologos adidit, validiſſimis argumentis confutat: & Manardus in epistoſis medicis: & alij non pauci, quos Picus in teſtes adducit. Cum quibus autori-

Ariſto. lib. 2. de ortu & interitu. Hippo. lib. de natur. homi. Gale. ibidem, & lib. de elementis. Gale. in lib. de tēpera. & alibi paſſim. Gal. li. 1. ad Glau. Porphyri. ex Plato. capite de ſpecie. Ariſto. & commenta. in lib. Phyſi. & initio lib. 2. de parti. aſali. Philo. in cōmen. lib. 1. & 2. Phyſi. Themiffi. in paraphraſi libri. 1. Phyſi. Cap. 7. & cap. 9. lib. 2. de parti. animali. Auerroes cap. 21. lib. 5. collecta.

Ariſto. li. 1. de ortu & interitu cap. 10. & præcedentibus. Gale. lib. 1. metho. & alibi.

Gale. in proœmio lib. 5. & alibi.

Alexan. Apphrodi. initio proble. & Gale. de facultatu. ſubſtãtia, & lib. 11. ſimpli. ca. de cancriſ, Paul. cap. 4. lib. 7. Auerro. ibid. & Meſu. poſt. & Gale. vt poſt dicturi ſumus. Picus initio lib. 1. & lib. 3. Manard. episto. 1. lib. 2. & 5. 7. & 15. Ptole. enuntiatio primo ſentiloquij.

5
10
15
20
25
30
35
40
45
50

Theorema primum. IIII

bus fatemur Cœlum & Planetas, & ex his Solem & Lunam præcipuè, causas esse vniuersales rerum inferiorum, quatenus motum, lumen, aëris, & flatus mutationes æqualiter & indistinctè in his, quæ sub Cœlo sunt, efficiunt: quibus calorem, vitam, motum, inferioribus omnibus impertiuntur. Neq; ob id inficiamur inferiora variè à causis cœlestibus affici. Videmus enim Solem ceram molliorem reddere, lutum durius, aquam celerius quàm oleum dissipare: & ex terra calida & sicca, exhalationem calidam siccam producere: ex humida, vaporem excitare: ex quibus varij multiq; producuntur effectus: verum id non habent à Cœlo, nec à Planetis, nec à Syderibus: sed patientium varia dispositio in causa est, vt ab eadem causa æqualiter & similiter ratione sui in hæc inferiora agente diuersi & contrarij sequantur effectus. Sol enim & Luna, quæ alter Sol dicitur, calorem & frigus efficiunt interim intra modum, interim extra modum: & in locis quibusdam intensi caloris, in alijs vehementis frigoris, in alijs medij inter hæc extrema causa sunt. Id quod non ob aliud accidit, quàm ob Cœli, Solis, Lunæq; circuitus, & Zodiaci obliquitatem. Omnia igitur vniuersaliter efficiunt, sed quædam intensius, alia remissius, pro temporum, locorum, & corporum affectorum diuersitate. Sydera etiam quædam dum oriuntur & occidunt, magnas in aëre efficiunt mutationes. In hoc sensu Aristoteles intelligendus est, cum dixit, Homo generat hominem, atq; Sol. Homo enim ceu causa particularis & specifica hominem gignit: Sol verò vt vniuersalis & remota. Nam Solis accessus & recessus causa est vniuersalis generationis & interitus mixtorum: non autem specifica & particularis. Quam ob rem in libris de generatione animalium & de generatione & corruptione, & in totius Philosophiæ decursu, vbi proprietates cœlestium explicat, vel inferiorum causas reddit: rerum naturalium generationem interitumq; nunquam Cœlo, Soli, Lunæ, reliquisq; Planetis & Syderibus ascribit, nisi vt causis vniuersalibus. Negamus igitur cum eisdem autoribus specificas & indiuiduas rerum causas, differētias, effectusque a Cœlo, Planetis & Syderibus pendere: nisi vt à causis vniuersalibus, ad quorum commentarios eos relego, qui contrariam nostræ tuentur sententiam. Non enim in commentarijs omnium rerum demonstrationes scribendæ sunt, vt scribit Galenus commentario octauo libri primi de victu acutorū, & alibi aliquoties. Vel ergo ob eam causam cœlestem eam vocauit virtutem: vel quod admiranda & diuina sit: vel quod eius agnitio cœli tus mittatur, vti ex Auenzoare diximus. Cum igitur omne mixtum duplici sit dotatum virtute, vna elementari, altera cœlesti: elementaris communis est omnibus mixtis. Quoniam quatuor elementorum qualitates, vt & elementa ipsa, in vnoquoq; composito naturali reperiuntur: licet à qualitate prædominante calidum, frigidum, humidum, siccum: vel per coniugationem, singula denominentur, nisi sint temperata. Cœlestis verò & specifica virtus singulis speciebus sua & peculiaris est. Si ergo à virtute elementari purgantur medicamenta, omnia indiscriminatim purgant: quoniam elementaris virtus omnibus inest, vti probaui mus: id autē falsum esse cunctis est in propatulo. Quam ob rem alia inest medicamenti purgantibus virtus, cœlestis scilicet, propter quam purgare dicenda sunt. Dicitur igitur medicamentum purgans non quia calidum, nec quia frigidum, nec quia humidum, nec quia siccum: sed à virtute cœlesti, occulta, siue specifica. Quæ quoniā parum perspicua est, interim quoq; facultas dicitur effectrix, quod quæ facit, potest facere. Hæc quatuor elementorum mixtionem & actiones omnes moderatur, & dirigit: & qualitatibus illorum ceu instrumentis vtitur, vti ex Aristotele docuimus. Eadem causa est, vt hoc medicamentum sit deiectorium, illud vomitorium (sic enim interpretor prouocatiuum) aliud aliam atq; aliam habeat virtutem, vt cephalicam, splenicam, hepaticam, vel similem aliam. Ex his autoris sensus & verba perspicua euaserunt. Superest inquirere, quam ob rem duarum solū primarū qualitatum in probatione meminerit, nempe caloris & frigoris: deinde vniuersaliter probare non purgare medicamenta ob temperamētum. Caloris & frigoris duntaxat meminit, quoniam hæc actiua sunt, reliquæ duæ passiuæ: purgatio autem actio est, quare verisimilius erat qualitatibus actiuis vim purgatricem esse assignandam, quàm passiuis: illis autem ascribi non potest, quod probaui, cum dixit: nam omne calidum & frigidum & c. quare neq; his vel passiuarum qualitatum nullam fecit mentionem, quod idem sit iudicium de his atq; de

Aphrodis. proble.
87. secti. 1. & Arist.
sto. lib. 1. meteor.
Gale. commen. in
aphor. 14. lib. 1.

Aristo. cap. vlti.
lib. 4. de genera.
anima. & aucto.
res spheræ.

Aeti. ca. 164. lib.
primi. sermo. 3.
Aristo. proble. 12.
& 13. & 14. & 20.
secti. 26.
Cap. 2. lib. 2. phy.
sic. & diuis. Tho.
mas & Philopo.
expofitores.

Cap. vltimo lib.
4. de genera. ani.
malium. & lib. 2.
de ortu & interi.
tu.

Aristo. lib. 2. de
gene. & Gale. ca.
1. lib. 5. simpli. &
lib. de elemen. &
de natura. huma.
hippo. ibidem.

Gale. in fragmen.
de facul. natu.
substantia.

Gale. initio de cō.
po. phar. gene. &
de theriaca ad p̄.
sonem.

Aristo cap. 2. lib.
2. de gener. & cor.
ru. & capit. 1. lib.
4. meteor. & Gale.
lib. de cōstit. app.
tis Medici.

A iij

Libri primi

Aristote. proble.
25. secti. 1. &
Aphrodi. proble.
56. secti. 2. idem
initio proble. &
Gale. lib. de tre-
mo. palpi. &c.

actiuis, eedemq; possint afferri rationes. Medicamenta purgare ob temperamentum calida potissimum alicui videri posset, tum quoniam calor vi trahendi pollet, sicuti ex Galeno docuimus: tum quoniam purgantia trahendo medicamenta omnia sunt potestate calida, ut docturi sumus. Quæ opinio ex eo maxime probatur falsa, quod cuncta calida non sunt prædita purgandi vi, ut crocus, menta, & alia propemodum infinita: quod tamen necessum erat, si calor prima & præcipua purgationis causa esset. Adde quod frigida quædam purgant, ut myrobalani, tamar, Indi viola, rosa, & quædam alia. Verum negari non potest calorem purgationem iuuare, licet præcipua & prima purgationis causa non sit. Frigida item non omnia purgant, & quæ purgant, à virtute temperamenti repellunt potius, & ad motum pigritantur. Vincitur tamen elementaris virtus à naturali & specifica, qua victa purgatio succedit. Sed pauca huiusmodi sunt, calida multa. Eadem rationes accommodari possunt qualitatibus passiuis. Perspicuum igitur euasit non purgare medicamenta ob temperamentum, ut proposueramus.

Rebus enim omnibus natura, ut inquit Plato, proprietates quasdam indidit, quibus eæ ipsæ, quod sibi est proprium, agunt: idq; pro formæ natura. Quoniam nullius rei actio propria est vlla, nisi quam forma ipsa dirigit. Hoc autem demonstrare non est Medici, sed eius qui altiora speculatur.

Aristo. initio lib.
de sensu & sens.
Aphrodi. ibidem
& initio secti. 2.
Gale. li. 4. simpli.
ca. de abrotano.

Idem hoc loco probat autoritate Platonis, nimirum virtutem hanc cœlestem rebus omnibus inesse, & huic actiones omnes esse assignandas, sed potissimum proprias: hoc est, eas, quæ non à facultatibus elementorum, sed à forma specifica rei prodeunt. Habent enim singulæ actiones quasdam proprias, quæ alijs alterius speciei non insunt: easque habent pro natura suæ formæ, à qua actio proficiscitur. Nam hæc principium & causa efficiens omnis motionis est in rebus naturalibus, sicuti ex Aristotele ostendimus. Hoc autem demonstrare non est muneris Medici, sed Philosophi naturalis, qui altiora speculatur. Nam ars Medicinæ Physiologia subordinata est. Physicus enim Medicinæ principia demonstrat, & ubi is desinit, inde incipit Medicus. Cæterum docere quare hæc formæ sic agant, nullius artificis est. Quoniam causas illæ sunt inexplicabiles, modumq; humani ingenij penitus excedunt, Deo duntaxat cognitæ immortalis, qui rerum omnium parens & autor est. Quarum effectus sola experientia cognoscuntur, quibus quantum, & quando Deus vult.

Absurdum est etiam existimare quia simile est hoc [trahere] ut quia contrarium; contraria enim se inuicem expellunt, non at trahunt.

Gale. cap. 24. lib.
3. simpli. medica.
& lib. 6. cap. de
abrotano.

Ostendit non purgare medicamentum quoniam sit simile humori vacuando, nec quia contrarium: sed ob insitam sibi à natura proprietatem. Quæ ut apertius intelligantur, duplex in rebus similitudo notanda est. Quædam enim est in qualitatibus sensui manifestis ut visibilibus, audibilibus, odoratilibus, gustatilibus, tactilibus. Ob quam similitudinem nemo est tam inops mentis, qui sibi persuadeat medicamenta purgantia vacuare humorem sibi similem colore scilicet, odore, sapore, vel alia quauis sensibili qualitate. Quanquam obseruatione dignum est huiusmodi medicamenta purgantia ferè his etiam qualitatibus convenire cum humore, quem vacuant. Nam aloë & rhabarbarum calida & sicca, flaua, amara: bilem flauam, calidam siccam, amaram ducunt. Veratrum & cnicus alba: pituitam etiam albam eliciunt. Nigrum veratrum, melancholiam etiam nigram. Idem in myrobalanis & alijs non paucis obseruare licet. Veruntamen id non est perpetuum. Nam casia, & tamar Indi, nigra: bilem flauam purgant. Hermodactyli & euphorbium calida: pituitam trahunt. Altera est similitudo naturarum, quæ eadem est cum abdita proprietate, & qualitate occulta: qua Magnes trahit ferrum: Remora exiguus piscis nauem retinet, cor trahit sanguinem & spiritum, & singulæ corporis partes alimentum sibi conueniens, rhabarbarum choleram, & singula alia medicamenta purgantia humorem sibi familiarem. Igitur cum duplex huiusmodi similitudo

Aristote. cap. 14.
li. 2. histo. & proble.
5. & 25. secti.
3. Gale. in lib. de
facul. natu. & sex.
de vsu par. & ca.
23. & 24. lib. 4.

Theorema primum.

V

reperitur in rebus, dum negat Mesues medicamentum purgare, quia sit simile humori vacuando, similitudinem eam intellexit, quæ ex sensibilibus qualitatibus est, vt calore, odore, sapore, vel simili alia qualitate: non hanc, quæ intellectu tantum cõspicitur, & eadẽ est cum occulta proprietate, quam intellexit Galenus, cum dixit à qualitate simili, vel à similitudine substantiæ, vel à similitudine naturarũ, vel à qualitatis proprietate, purgare medicamenta. Mesues itaq; & Galenus verbo tenus differunt, sententiam eandem tuentur. Sed dicet aliquis, si ob hanc similitudinem seu occultam proprietatem medicamẽta purgant humorem sibi familiarẽ, quam ob rem ob eandem causã humor ipse non attrahit ad se medicamentum, & vacationem impedit: Est enim reciproca causã. Soluitur dicendo medicamentum validius esse in attrahendo, vel ratione suæ virtutis potentioris, vel quoniam similitudini auxiliarium adiunxit calorem, Galeno autore capite vigesimo quarto libri tertij simplicium medicamentorum, & capite decimo sexto libri quinti. Cuius seculo medicamenta omnia purgantia calida erant, vt commentario in aphorismum vigesimum quartum libri primi, & quintum libri quarti, & libro inscripto, Quos modica. Quali. Et quando purgare oporteat: & in simplicibus aliquoties, & Aphrodisens initio proble. Quæ omnia calore iuuantur ad trahendum, vnde fit, vt inter ea, quæ essentijs familia sunt: quod calidius est, id potentiũs attrahat. Et ob id granum Cnidium valentiũs quàm Cnicus agit. Nobis verò cognita sunt medicamenta purgantia frigida, quæ sola substantiæ familiaritate dicenda sunt trahere. Trahũt autem, & non trahũtur, quoniam fortiora sunt humore, quem trahere sunt nata. Sunt verò validiora, cum ea est exhibitã quantitas, quæ vincunt humori sit satis. Quibus natura ipsa suppetias it: hæc enim quantitate vel qualitate humoris noxij offensa, sæpe citra vllum Medici auxilium, in humorem noxium insurgit, eumque è corpore expellit: interim tamen impotens per se ad id obeundum à medicamẽto adiuta non difficillimè perficit, id quod alioqui sola ipsa nunquam perficeret. Cum eo tamen, vt certa sit proportio purgantis medicamenti ad humorem trahendum. Nam si citra modum consistat, purgatio nulla fiet: & medicamentum purgans ab humore trahendo retentum, à natura superabitur. Quod si benignũ illud est, (qualia sunt quæ leniendo, lubricando, comprimendo, purgant: & quæ trahendo, nisi venenosa admodum & maligna sint:) conuertetur in humore similem purgando, & ex eo parabit sibi natura alimentum. At sui magnopere malignum est, in corruptionem & venenosam naturam vertetur. At verò si modum excedat medicamentum, vel fiet hypercatharsis, id est, immodica purgatio, (neq; solum humores peccantes & medicamento familiares vacuabuntur: sed etiam alij omnes, vel aliqui, pro excessu & malignitate assumpti medicamenti:) vel prorsus non purgabit, naturã non alterante medicamentum ob ipsius vehementem malignitatem: quin victa ab eo obruetur, opprimetur, & vexabitur. Vnde grauissima sequentur symptomata vt vexatio, nauſea, sudor frigidus, syncope. Si igitur non sit certa proportio purgantis medicamenti ad humorem trahendum: medicamentum oblatũ vel nihil iuuabit, vel damnũ afferet, quemadmodum ostendimus. Nam nec Magnes quantumuis exiguus, massã ferream quantumuis magnam trahit. Sed proportio quẽdam sit oportet inter ferrum & Magnetem, vt hũc trahat, & illud trahatur: alioqui tractus minimè fiet. Hæc si ad hunc modum Manardus expendisset seposito contradicendi & calumniandi studio, neutiquam tam acerbè in Mesuem esset inuectus. Hactenus ostensum est non purgare medicamentum, quia est simile humori vacuando: superest vt doceat non purgare quia est contrarium. Id quod ex eo abundè probat, quod contraria se inuicem expellunt, non attrahunt: subintelligens cunctis esse manifestum tractu fieri purgationem. Post hæc probaturus erat non purgare medicamentum quia graue vel leue: quod ille tanquam manifestum prætermisit, non prætermisurus si illud probatione indigere putasset. Nos nequid desideret lector, probationem adijciamus. Quoniam leue est quod natura sua fertur sursum, & quod sub æquali mole minus habet ponderis: graue contra, quod fertur deorsum, & quod sub æquali mole maius habet pondus, vt post dicturi sumus: videri poterat alicui illud vomitum excitare, & ob leuitatem medicamenta vomitu purgare: hoc deiectione moliri. Cæterum licet leuitas vomitum videatur iuuare, vt in agarico, pinguibus, & oleosis, est videre:

simplicium. & in fine li. 1. de locis affectibus & alijs pleriq; in locis Aphrodisens. p. ble. 50. secti. 2.

Galenus lib. 1. simplicium. ca. 23. & 24. lib. 5. cap. 16.

Galenus cap. 23. & 24. lib. 5. simplicium. medicamentorum. & cap. 22. lib. eiusdem.

Idem cap. 26. eiusdem lib.

Auicenna & Serapion cap. de sagapæpe. & scammo.

Initio epistolæ medicarum.

Libri primi

grauitas deiectionem, vt comprimendo purgantia indicant: non tamen ob id purgāt, quōd graua vel leuia sint. Alioqui si grauitati & leuitati esset assignāda vis purgatrix, cuncta graua & leuia purgarent: & quō singula essent grauiora, eō fortius per deiectionem purgarent: quō leuiora, eō validius per vomitum. Ad hęc, sola graua per deiectionem, sola leuia per vomitum purgarent. Quæ cūm apertē sint falsa, non est quōd plurimum in his moremur. Rectē ergo dictum est, non purgare medicamentum ob temperamentum, nec quia contrarium, nec quia simile, nec quia graue vel leue: sed ob insitam proprietatem & similitudinem naturarum. Vbi antiquus interpres habet, sic ē contra, maluimus nos vertere, vt quia contrarium. Quoniam huius partis subiunxit probationem, cūm dixit, contraria enim se inuicem expellunt. Suppleuimus præterea verbum illud, trahere, vt totius orationis complexus esset apertior. Iam ad reliqua pergamus.

Inquit Heben Mesues: Scire præterea oportet medicamētum in materias agere natura eius actionem inchoante, limitante, & dirigente. Nam ipsa materiā eiuacuatio naturæ est opus: pharmacum verō id per quod fit. Est enim medicamentum naturæ, quod instrumentum artificii.

Cap. 1. lib. 2. physico. Philoponus ibidem.

Gale. cōmenta. in aphor. 15. lib. 1. & in aphor. 4. lib. 2. & lib. de palpi ta. c. suul. & rigore. & libro infirmi. Quod animi mores &c. & de facul. natu. substantan.

Gale. cap. 19. lib. 3. simpli. & 25. eiusdem & lib. 3. t'pera. Aphrodisi. proble. 65. facti. 1. & in cōmen. in lib. 1. de genera. cap. de incremen.

Aphor. 16. libr. 4. & 37. lib. 2. & 22. lib. 1.

Gale. cap. 14. lib. 2. de differ. feb. & in lib. de facul. natu. & 2. de euasitis morbo.

¶ Naturæ significationes varias Aristoteles docet capite quarto libri quinti. *Τῶν μετὰ τὰ φυσικά*, & libro secundo physiorum. Sed maximē propriē & principalissimē, natura, verbum Philosophis de forma dicitur, quam idem Aristoteles sub vocabulo naturæ definiuit, inueniens, principium motus & quietis primo & per se, & non per accidens esse. Hippocrates, Galenus, & reliqui Medici nomen, natura, multifariam etiam vsurpant. Ceterum ad rem præsentem maximē facit significatū illud, quo pro nostro natiuo calore vsurpatur: cui idem est facultas nostrum corpus dispensans, & actionum omnium naturalium causā, formaque ipsa, autore Galeno. In quo sensu, natura, nomen vsurpatur à Mesue. Medicamēta igitur purgantia licet à sua forma siue natura, vt naturales loquuntur, habeant familiares sibi humores vacuare: nunquam tamen suam actionē proment, neq; actu purgabunt: nisi aliunde principium habeant, quo actu talia euadant, qualia dicuntur esse. Id autem à nostra natura, id est, nostro calore natiuo assequuntur. Nam is medicamenta de potestate reducit ad actū. Quatenus igitur id facit, & materias noxias à salubribus secernit, mouet, & expellit, quod quantitate, vel qualitate, vel vtrāq; est alienum. eatenus purgationis causā iure optimo calor noxius, & languenti vel pigritanti veluti manum porrigit, stimulosq; addit, illiusq; actionem iuuat: instrumentum appositē vocatur. At verō inquantum medicamentum in se habet purgandi vim, per quam continuat, & perficit actionem humoremq; certum & familiarem trahit, ipsa interdum reluctantē natura, vt in corporibus sanis, & in hypercatharsi, & vbi medicamentum non est ritē accommodatum humori peccanti: purgationis causā efficiens rectissimē nuncupabitur. Principium igitur sine quo purgationis est natura, id est, calor noxius, quia medicamenti actio nunquam fiet, nisi in actum redigatur à calore nostro natiuo, hoc est, actu id fiat, quod potestate esse dicitur. Eadem medicamenti actionem limitat, prohibendo ne maior iusto fiat vacuatio, neue medicamentum læuiat in corpus: tum ne humorem benignum & necessarium educat, quem nunquam nisi victa relinquat. Dirigit iuuatq; purgationem, cū ipsa quantitate, vel qualitate humoris offensa ad excretionē mouetur: medicamento trahente ad se humorem vel humores sibi familiares & similes substantiæ proprietate, calore sequi paratior. Natura itaq; expellente, & medicamento trahente, facillima fit humoris noxii vacuatio. Est itaq; medicamentum naturæ, vt instrumentum artificii. Sicuti enim ferra mouendi principium à fabro accipit, nec per se vnquam lignum scinderet, cū ipsa alioqui scandi vim quandam habeat: sic etiam medicamētum purgans vim purgandi insitam habet à natura, verūm purgabit nunquam, quin prius à calore nostro in actum redigatur. Verum est ergo medicamenta purgantia vim purgandi habere à sua natu-

Theorema primum. VI

ra, siue forma, siue virtute occulta: quoniam natura cuiusq; est principium efficiens omnium actionum prodeuntium ab illis: sed tamen cum virtus, a qua actiones prodeunt, potestate est, & non actu, vt in purgantibus medicamentis: aliquo extrinsecus eget, quod ipsam ad actum redigat: cuiusmodi est calor noster natiuus medicamentis purgantibus.

Gale. lib. 3. tempera. & cap. 1. lib. 1. simpli. & locis adductis.

5 Natura enim, vt ait Hippocrates, morbos curat, non Medicus: Medici verò munus precipuum est naturæ instrumenta suppeditare.

¶ Hippocrates aphorismo primo particulae quintae libri sexti epidemion sic scripsit, $\nu\omicron\upsilon\sigma\omega\ \phi\upsilon\sigma\iota\epsilon\varsigma\ \iota\eta\tau\omicron\iota$, quod ad verbum redditum Latine est, morborum natura Medici, id est, naturæ sunt morborum Medici. Quam sententiam per numerum singularem interpretatus Mesues apertiore eam reddidit, dicens, natura morborum Medicus est, siue natura morbos curat. Curat autem morbos interim sola sine opera Medici, vt paruos morbos auctore Galeno libro primo de locis affectis. Aliquando etiam magnos vt in crisi- bus, cum ipsa valida est. Sæpe enim ipsa, vbi vires sunt robustæ, nullo adiuta presidio, humores coquit, se-

Aëti. cap. 1. lib. 5.

Aphorif. 20. & 22. lib. 1.

15 cernit, & expellit, morbumq; ipsum vincit. Interim Medicus cum ea operatur, tunc scilicet, cum ipsa vel impeditur, vel nimio onere fatigatur, vel quomodoq; alias imperfecte agit: nam tunc Medicus supplet, quod deesse videtur varia instrumentorum genera ei suppeditando, vt medicamentum purgans, clysterem, cataplasmata, & similia alia: & impedimenta tollendo, vt cum venam secat, materiam minuit, sordida vlcera purgat, obstruula foramina

Aphor. 21. lib. 1. & in arte medi. Aristo. cap. 8. lib. 2. physico.

Gale. lib. 3. metho. & Aphrodi. proble. 88. secti. 1. Gale. cap. 50. artis medicæ.

20 referat, vel quid simile molitur. Sed etiam tunc natura est, quæ primum & potissimum morbos curat, materiam morbificam coquendo, medicamentum in actum redigendo, expellendo: quam nunquam concoquet solus Medicus, nec secernet, nec expellet, neq; medicamentum in actum rediget. Medicus itaq; instrumenta conuenientia naturæ suppeditat: quibus adiuta facilius morbum superat. Est cum solus Medicus operatur sine naturæ auxilio, vt cum

Aphrodi. ibidem.

25 luxatum membrum reponit, calculum excidit. Aliquando deprauatos naturæ motus cohibet: vt cum fluit immodicè sanguis per nares, vterum, vel alium quenuis locum: & cum va- cuationem quancunq; aliam immodicè promouet: aut non mouet per conferentia loca. Tunc enim naturæ deprauatae agenti reluctatur Medicus. Nam ipse naturæ, ritè non deprauatè agentis, minister imitatorq; est.

Cap. 4. lib. de diff. sympro. Aphor. 21. lib. 1. Gale. aphorif. 7. parti. 2. lib. 6. epi de. cap. 87. artis medi. & cometa. in aphor. 2. & 21. lib. 1. & 15. lib. 6. & Aristo. lib. 2. physico. cap. 8.

30 Cum autem instrumenta hæc opus naturæ quantitate aut qualitate malefica vincunt, immoderatiùs agunt magno naturæ incommodo.

¶ Quoniam dixerat Medici precipuum munus esse instrumenta suppeditare naturæ, & hæc medicamenti actionem inchoare, limitare, & dirigere: docet nunc cauendum esse sollicitè, ne dum auxiliaria instrumenta naturæ porrigimus, eam ipsam euertamus. Neq; enim satis est inuenisse medicamentum conueniens humori vacuando, sed necesse præterea est præcognouisse necessariam medicamenti quantitatem, & qualitatem, si qua sit, malignam correxisse priùs, quam in corpus assumatur. Alioqui quod salutare erat remedium, fiet insalubre. Medicamenta enim, vt materiae alia salubres, quâtitate, & qualitate sunt insalubria. Quod pec-

Cap. 85. artis medicæ. & lib. 1. ad Glauco. & lib. 1. & 4. sanita. tuen.

40 catum Medico exhibenti auxilium, non naturæ ascribi debet. Vt enim medicamentum opere- tur, opus est, vt alteretur à natura, & in actum redigatur: deinde vt eam alteret, cum suâ pro- mit actionem, non tamen prosternat. Quoniam ipsa est, quæ humores noxios secernit, & ex- pellit à se: medicamentum verò eos ad se trahit. At verò cum quantitate excedit medicamē- tum, aut qualitate est malignum, opus naturæ vincit, id est, naturam ipsam, & facultatem re- tentricè euertit, immoderatiùs agit, & victa & prostrata natura seuit in corpus, & tum mor- bos, tum symptomata varia excitat, furiosam ipsius actionem nihilo cohibente.

45 Si enim quantitate vincunt plus, quam natura postulat, noxam multitudinis inuehunt: si autem qualitate malefica, tum multitu- dinis nocumenta, tum alia atq; alia inferunt.

Libri primi

Aphor. 1. lib. 5. &
lib. de tremo.

¶ Prefatus adiones fieri immoderatas, si medicamentum purgans quantitate excedat, aut qualitate sit maleficum: ostendit hoc loco longè maiora sequi incommoda, si medicamentum peccet qualitate, quàm si quantitate. Nam medicamentum benignum, vel probè correctum, largius sumptum, largiori tantum vacuatione per se nocet. Potest tamen adeò excedere modum, vt per accidens conuulsionem ab inanitione, syncopen, & tremorem accersat. At vbi qualitate malefica est præditum, grauiora, & plura affert incommoda. Nam tum ea, quæ diximus, tum febrim, viscerum excoriationem, suffocationem, dysenteriam, & alia suis locis dicenda, adducit. At cum quantitate, & qualitate peccat, grauiissima inducit symptomata.

Quapropter tua interest, medicamenta maligna à salubribus discernere.

Cap. 1. theore. 3.

Gale. cap. 23. lib. 8. simpli. medi.

¶ Si purgans medicamentum modum excedens, & qualitate maleficum, symptomata prædicta inuehere potest: præcipuo studio enitendum est, vt cuiusq; medicamenti tum quantitas iustam, quam ἰσότης vocant, teneamus: tum etiam vt malefica & benigna medicamenta velut vngues nobis sint cognita: vt his correctis vtamur, dum postulat vltus: illa vitemus, nisi vrgēs aliqua necessitas nos compellat eis vti, & tunc, quatenus fieri potest, correctis eis vtendum est. Quorum corrigendi rationem vniuersaliter & in genere in hoc volumine tradit: particulatim in libris simplicium medicamentorum purgantium: vbi & singulorum ferè modus præscribitur. Benigna medicamenta, vulgò dicta benedicta, sunt quæ leuiter & clementer aluum subducunt, citra magnam naturæ vim: quinimmo dum purgant, partes corporis roborant, & spiritus dissolutionem prohibent. Huiusmodi sunt emollientia, lenientia & lubricantia, comprimentia, & leuiter etiam trahentia: quæ si purgatione frustrentur, nullam noxam nota dignam corpori afferunt: quæ etiam vel temperie, vel odore, vel sapore, vel his omnibus, vel duobus ex his, familiaritatem cum nostra natura habent. Malefica siue maligna sunt, quæ maiori vi & molestia naturæ materias dissoluendo & trahendo educunt. Horum quedam toto genere talia sunt, vt succussatoria & agitatoria, & naturæ nostræ infesta valdè: quoniam venenosa & erodentia sunt: quedam non nisi ex accidente vt trahentia mitiora, quæ à sui generis notis descuerunt. Vtrunq; genus in corpore retentum grauius lædere solet.

Sunt autem maligna quedam genere, quorum virtus effrenis omnibus est cognita, vt mezereon, glebes, euphorbium. Quædam item in generibus multis, vt turbith nigrum, & agaricus niger & durus, colocynthis vnica in planta sua, scammonium sceniticum. A quibus abstinere oportet, nisi quædo in magnis causis ex his quedam necessaria sint, tuncq; cum formidine & præmeditatione eis est vtendum. Morbis enim quibusdam venena sunt salubria, vt viperæ elephantiasis: malefica tamen eorum vi modis omnibus, vel saltem quibus nobis licet, prius fracta, vt post dicturi sumus.

Gale. loco. proxime adducto.

Gale. cap. 17. lib. 4. simpli. medi.

¶ Nostra interesse dixit nosse, quænam sint medicamenta maligna, & quæ benigna, quibusq; notis hæc ab illis distinguantur. Nunc malignorum duas species notat, à quarum vtrâq; abstinentum esse consulit: nisi vrgens aliqua necessitas nos compellat eis vti. Ait ergo ex malignis medicamentis, quedam genere toto esse maligna, quedam in generibus multis. Genere toto maligna vocat, quæ non ex accidente aliquo, sed ex sua natura maligna sunt, nullumq; est reperire particulare in illo genere, quod sit benignum, sed genere toto præter naturam nobis sunt. Huiusmodi est mezereon, id est, coccus cniidius, & glebec, id est, lathyridis semina, quod cataputium minus barbaris nuncupatur: & euphorbium. Breuiter merè acria & erodentia medicamenta, & si qua his proxima sunt natura venenosa, hoc genere

Theorema primum. VII

continentur. Maligna in generibus multis, licet dissoluendo purgent, vt proximè dictum genus: tamen non perinde cum natura nostra pugnant. Quæ ex accidente dicuntur maligna, cum à proprietatibus & notis sui generis desciverunt: quas singulatim in simplicibus medicamentis persequitur. Huius rei exempla copiosè subiecit, quam ob rem nõ est opus, vt pluribus in his immoremur. Vtrunq; hoc genus malignorum medicamentorum vitare consulit.

5 Cogimur tamen malignis genere interdum vti, vt in magnis & longis morbis, cum spes est adèpta posse illos medicaminibus benignis curari: vt Paulus libro septimo autor est: sed tunc etiam his vtimur, quibus possumus modis correctis. Vipera enim, alioqui venenosum animal, elephantiasis remedium est saluberrimum, vi tamen eius venenosa, quatenus licet, fracta.

10 Mala. Malignis ex accidente nunquam vtimur, nisi fortassè benignioribus destituti, necessitas aliqua ad horum vsum nos trahat. Salubria etiam & benigna statim fugienda esse docebit, nisi priùs preparata, optimè preparato corpori adhibeantur, iusta quantitate, & qualitate, & tempore congruo. Vbi antiquus interpres legit, Scammonium de contracta corasceni, malimus nos Sceniticum vertere, hoc est, de regione Scenitarum, iudicantes dictione esse

15 corruptam, legendumq; esse de contracta $\chi\omega\pi\alpha$ Sceni. $\chi\omega\pi\alpha$ enim Græcis regio est. Scenitæ autem populi sunt in Arabia fœlici, vt Solinus est autor. Hac fortassè ratione ductus Iacobus Syluius præceptor meus humanissimus capite de scammonio in simplicibus ex agro Scenitarum vertit. Non desunt qui Corascenum dictum putent à Trachia castello Corascensium dicto. Alij à regione Persiæ Corazani vocata dictum censent. Præterea vbi in antiqua

20 versione legitur, post fractionem tamen malitiæ suæ, pronomen illud suæ, ad genus vniuersum malignorum medicamentorum referendorum esse censemus, non ad solas vipersas: tum vt sermo sit vniuersalior, tum quoniam pollicetur se edoctrum post rationem corrigendi hanc vim maleficam, quam de medicamentis simplicibus purgantibus docet hoc & sequenti libro, de viperis nusquam. Elephantiasis morbus est perniciosissimus, & contumacissimus,

25 lepra vocatus ab his, qui sermonis Latini & Græci proprietatem ignorant: aduersus quem morbum vipera, alioqui venenosum animal, salutare est remedium: eius tamè venenosa vi, quatenus licet, & fieri potest, castigata.

Gale. cõmen. 12. lib. 2. de victu. acuto. Paul. lib. 7. cap. de helleboris.

Gale. initio lib. 11. simpli. medi. & fine lib. 2. ad Glauc. & de thriaca ad Pisonè, & de antidotis.

Plurimi tamen stolidi, & præcipuè rustici, & noui [Medici] citra vllam prouidentiam vti his nondum correctis audent: ignorant

30 rantes ea lædere magis, quàm perniciosum venenum: ignorantes item quãtam læsionem partibus principibus corporis, & virtutibus ipsam gubernantibus afferant.

¶ Obiter hæc taxat rusticos quosdam & imperitas mulierculas, quibus præcipuè solenne est exhibere huiusmodi medicamenta maligna aduersus omne morborum genus citra vllam

35 castigationem limitationemque: præsertim cum alius cohibita videtur. In quo numero etiã sunt logiatri quidam nihil aliud Medici, quàm nomen habentes. Vnde ægroti dysenteria, vel alio deteriore affectu correpti, miserè pereunt. Id vitij maximè admittunt rustici & amentes, tum ob mores agrestes quos habent: tum quoniam locos ferè habitant, vbi Medici non sunt. Aetate tamen nostra ad celeberrimas quasq; vrbes hoc malum peruasit: magno reipublicæ incommodo. Vbi legitur noui, vel addendum extrinsecus Medici: vel potius legèdum

40 est idiota cum Syluius. Idiota autem dicitur tum is qui artis alicuius ignarus est: tum qui nullo fungitur officio publico, sed propria curat. Partes principes hoc loco appellat, cerebrũ, à quo nervi: cor, à quo arteriæ: hepar, à quo venæ nascuntur: quibus partes hæc principes virtutes suppeditant. Per hæc, veluti per canales quosdam, vnunquodq; virtutem spiritumq;

45 transmittit in alias corporis partes. Cerebrum per nervos in omnes sentientes, cor in viuentes: hepar in eas, quæ vegetantur: si modo vllus sit naturalis spiritus, & singulæ, quæ nutriuntur, partes non habeant sibi insitas facultates à natura, vt hoc spiritu non egeant.

Gale. initio lib. de vic. rati. priua. Gale. in fine lib. 7. metho. & cap. 9. artis medi.

Idem lib. 12. metho. & fine lib. 11. de locis affectis.

Inquit Heben Mesues: Non solùm hæc fugere oportet, verùm etiam omnia medicamenta benigna, nisi obseruentur conditio

B

Libri primi

nes & modi mihi post dicenda, si fauerit Deus.

¶ Vitanda esse medicamenta maligna tum genere tum ex accidente paulò ante dixit: nunc tum illa, tum benigna fugienda esse docet, nisi priùs quàm sumantur, probè castigata sint, & iusta quantitate, qualitate, & tempore congruo sumantur. Siquidem medicamenta omnia, quantumuis benigna sint, corpus alterant. His tacitè commendat tum delectum, tum casti- 5 gationem medicamentorum: de quibus in sequentibus facturus est verba.

Methodus autem obseruationis, qua benignum medicamen- tum à malefico exactè secernitur, versatur in consideranda medi- camenti substantia, temperatura, sequentibus temperaturā qua- litatibus, tactilibus, olfactilibus, gustatilibus. Ad hæc, in conside- 10 rando tempore, loco, vicinia vnius medicamēti ad aliud. Ab his enim singulis dispositio quædam propria medicamētis inest.

¶ Accuratè admodum & ingeniosè rerū seriem & connexum hæctenus sequutus est, vt tan- dem eò perueniret, quò primùm instituerat. Erat enim illi scopus in hoc primo theoremate 15 viam rationemque docere deligendi & secernendi medicamēta benigna & salubria, ab in- salubribus & malignis: tum in eodem genere, tum in diuersis. Quò vt perueniret, quædam præmisit, quæ ad præsens institutum necessaria visa sunt: & demum consequentia rerum du- ctus ostendit medicamentorum delectum tum vtilem, tum necessarium esse Medico. Qua ratione autem possit delectus fieri, in his, quæ deinceps scribit, docet. Primùm octo locos 20 vniuersales proponit, ex quibus delectus medicamētorum ducitur. Hos deinde singillatim in species siue differentias partitur, donec ad infimum ventum sit: ea arte, vt nusquam diui- dendi ratio vitietur. Hac methodo vsus fuerat Galenus in examine vniuersali medicamen- torum simplicium, quam Mesues purgantibus tantum accommodauit. Igitur medicamentū benignum à malefico secernitur substantiā siue essentiā, temperamento, qualitatibus tacti- libus, olfactilibus, gustatilibus, tempore, loco natali, & vicinia vnius ad aliud. Audibilia 25 qualitatū nulla hic fit mentio: quoniam ad vniuersalem medicamētorum delectum nihil conferunt. Quamquam ad particularem cuiusque cognitionem interdum conducant, vt in cassia fistulari, cartamo, ben, & alijs, quæ plena & non vacua esse oportet, est videre. Nam ista cum agitata sonant, mala sunt. Visiles etiam hoc loco omisit, quarum post mentionem faciet, quoniam illas etiam ad vniuersalem medicamentorum delectum inutiles esse putat, 30 vt post dicturus est: licet ad particularem medicamentorum delectum, qui inter cōgenera fit, non vulgariter conducant. Cum enim singulis sensibus sua sint obiecta, & ex singulis suum expectetur iudicium, hoc ordine se habent sensus, quantum attinet ad medicamento- rum delectum. Auditus & visus ad vniuersalem delectum, & qui inter eterogenea medica- 35 menta fit, conferunt nihil. Nam auditus inter ea, quæ diuersi generis sunt, ex sono, iudicare certo & vniuersaliter non potest. Visus etiam circa eadem sapissimè fallitur. Odoratus cer- tius his iudicat. Gustus & tactus certissimè & fidelissimè, vt nunquam fallant. Qualitates temperaturam sequentes primæ & potissimæ tactiles sunt: post has, gustatiles, odoratiles, visiles, audibiles.

Gale. lib. 1. de antido. Idē lib. 1. simpli. & sequē. quatuor & cap. vlti. lib. 4. præcipuè.

Aristo. lib. 2. de ortu & interitu, & cap. 1. lib. 2. de parti. anima. & Gale. lib. 1. de facul. natu. & de ele- men.

Porro à medicamenti substantia differentia obseruandę sunt, 40 graue, leue: tenue, crassum; tenax, friabile: rarū, densum. Per hæc enim medicamenta bona à malis accuratè distinguuntur.

Aristo. cap. 2. lib. 2. de gene. & cor- rup. & cap. 4. lib. 4. meteo. & lib. de sensu & sensu. Gale. in initio lib. de facul. natura.

¶ Enumerat speciatim differentias, secundum quas delectus medicamentorum sumendus est à substantia seu essentia. Sunt autem illæ octo, quas in textu autor expræsit. Cæterum cum illæ à Philosophis inter tangibiles qualitates referantur, non immeritò queret aliquis, quam ob causam eas Mesues ceu distinctas à tangibilibus ad substantiam retulerit. Sed soluitur 45 questio dicendo, Philosophos vniuersaliter & accuratè rerum naturam speculantes rectè has octo qualitates inter tangibiles reposuisse: eisdem etiam has sex oppositiones, grauita-

Theorema primum. VIII

tem, leuitatem: tenuitatem, crassitudinem: lentitiam, friabilitatem, raritatem, densitatem: duritiam, mollitiam: asperitatem, leuitatem: ad quatuor primas qualitates caliditatem: frigiditatem, humiditatem siccitatem reduci ingeniose probasse. At Ioanni Mesuæ has octo oppositiones trifariam secare placuisse: vt duæ caliditas frigiditas, humiditas siccitas, ad temperamentum referantur: quatuor primùm enumeratæ in contextu, ad rei substantiam, de qua nunc agitur: duæ deinceps sequentes ad tangibiles. Non quod ignoraret primas & maximè præcipuas qualitates tangibiles esse caliditatem, frigiditatem, humiditatem, siccitatem, reliquasque omnes ad has reduci (fuit enim non minus insignis Philosophus, quam Medicus) sed vt doctrina esset clarior. Sūt enim ea, quæ per classes distributa sunt, dilucidiora ijs, quæ promiscua relinquuntur. Igitur ipsius autoris vestigia sequentes expositionem verborum aggrediamur, doceamúsque quid graue, leue: quid tenue, crassum: tenax, friabile: rarum, densum: a Medicis & Philosophis dicatur, ne quid relinquatur lectori indiscussum. Graue dicitur Philosophis, quod naturâ sua fertur deorsum: leue contra quod fertur sursum. Eisdem simpliciter graue, terra est: simpliciter leue, ignis: elementa media aqua & aër ad diuersa facta collatione grauiâ & leuiâ dici possunt. Aër enim ad ignem est grauis, id est, grauior: ad aquam & terram leuis. Sic aqua ad terram leuis, id est, leuior, ad aërem & ignem grauis dicitur. Aliter graue & leue vocatur, quod scilicet mole exigua pōdus magnum exhibet nobis vel statëris: huiusmodi sunt terrea, aquea præsertim densa. Leue quod mole etiam magna pōdus exiguum præstat nobis vel statëris, vt igneum & aëreum corpus, præsertim rarum. In hac secunda significatione (quæ Medicis familiarior est) Mesues graue & leue vsurpans, purgantibus medicamentis eiusdem generis accommodauit. Sic rhabarbarum præstantius cenlet, quod appensum grauius est, sumpta æquali mole ex duobus vel pluribus bolis rhabarbari: vel quod libranti manu Medico grauius videtur. In hoc sensu intelligendus est, cum ait, medicamenta quæ comprimendo purgant grauiora, meliora esse: contra quæ trahendo, leuiora eligenda esse potius: facta scilicet collatione inter homogenea, id est, inter ea quæ eiusdem sunt generis: vt inter rhabarbari species censeatur id melius, quod grauius: inter agarici species leuius, præstantius habeatur. De tenui & crasso: lento & friabili: raro & denso: & ceteris qualitatibus, quarum hoc loco meminit, idem dicimus esse iudicium: nempe relationem debere fieri ad ea, quæ eiusdem generis sunt, non ad eterogenea. De calido & frigido, humido & sicco, molli & duro: alia ratio est, vt suo loco dicemus. Tenue & crassum tum in solidis corporibus, tum in humidis reperire est. Tenue in solidis dicitur, quod facile in minutissimas partes potest comminui: vt aloë si nulli sit humori commixta, gummi iuniperi, mastiche, sulphur, agaricus, & huiusmodi alia, quæ nec dura, nec viscosa sunt. Crassum est, quod difficulter in minutas comminuitur partes, vt lapides omnes, & metalla, ossia, lignosa, & quæcumque dura vel viscosa sunt. Tenue in humoribus seu liquidis est, quod facile se pandit, & imbuit quaqua versum corpus, quod tangit: huiusmodi est aqua, aqua vitæ, & succus nucum, & pleraque alia. Crassum in humoribus est, quod difficulter & longo tempore imbuit corpus, quod tangit, vt mel, butyrum, oleum. Verum tenue tum in humoribus, tum in solidis facile in partes exiguas diuiditur: vt crassum in solidis & humoribus semper ægrè comminuitur, seu diuiditur in minutas partes. Friabile etiam, & tenax, & in solidis & in humoribus reperiuntur. Friabile in solidis Philosophi & Medici vocant, quod suam cōtinuitatem facile amittit, diuisum in partes plures duabus siue magnas siue paruas. Quæcumque igitur ita concreuere, vt multis scateant foraminibus, quæ directim posita non sunt: aut habeant quædam directim posita, quædam longè porrecta: ea omnia friabilia sunt, vt amyllum, cerusa, caphura. Tenax in solidis quid sit, ex friabili perspicuum euasit: quoniam contrario eadem est disciplina. In humoribus tenax siue lentum est, quod tractum longissimâ seruat cōtinuitatem non intercisam, ægrèque id in partes minimas diuiditur, quale est mel bonum, resina abietis. Huius contrarium primùm Galeno vocatum est friabile, appellatione translata à solidis corporibus: huiusmodi est aqua. Ostensum est abundè tenue & crassum, lentum & friabile, duobus vsurpari modis. Nobis ad præsens institutum prima significatio sufficiet, quoniam de solidis præcipuus erit sermo: cæterum secunda etiam aliquando vsui

Aristo. ca. 2. lib. 2. de gene. & corrup.

Gale. commen. in aphor. 9. lib. 11.

Aristo. lib. 4. de celo.

Gale. cap. 3. & 11. & 13. & 14. & 21. & 22. & 24. lib. 1. simpli. & cap. 2. lib. 4.

Gale. cap. 14. lib. 1. simpli. & Arist. cap. 4. lib. de sensu & sensibili. Gale. lib. 5. cōpo. ph. p. in dia caryo.

Aristo. cap. 9. lib. 4. metho.

Aristo. ca. 2. li. 1. τὼν μετὰ τὰ φυσικὰ & lib. 4. cap. 2. Lib. 11. metho. meden.

Libri primi

Locis adductis.

erit. Rarum & densum licet inter tangibiles qualitates non referantur ab Aristotele & Galeno, tangibiles tamen sunt, vt Philoponus & Aphrodisæus autores sunt in commentarijs in caput secundū libri secundi de generatione & interitu: sed eas omiserunt, vt ait Alexander, quoniam ad graue & leue reducuntur. Nam rarum, leue est: & densum graue: vt idem Aristoteles scribit capite primo, libri tertij, de cælo, & capite nono, libri quarti physicorū. cuius sententiæ est Mesues, vt paulo infra videbitur. Rarum itaq; corpus dicitur: quod meatu multos & magnos per totum obtinet: vel cuius partes spatijs inanibus interceptæ sunt: vel cuius partes a se inuicem distantes sunt: vt pumex, spongia. Densum contrā, quod paruos & paucos habet meatus: vel cuius partes sibi inuicem propinquæ sunt. Quæ diffinitiones verbis tenus differunt.

Gale. lib. 2. fani. tu. & cap. 13. lib. 1. simpli. & Arist. cap. 9. lib. 4. physico.

Quæ enim sunt inter hæc facultate valentiora, quò sunt leuiora, eò meliora sunt: grauiora verò maligna. Nam scammonium, aloë, colocynthis, euphorbium, baurach, agaricus, & similia: leuiora sunt præstantiora. Hinc tamē excipiuntur ea, quorum substantia coacta esse debet, cuiusmodi est hermodactylus, iris, lazurius lapis. Hæc enim quò grauiora sunt, eò meliora censentur. Quæcunq; etiā humiditate excrementosa abūdant, leuiora, sunt meliora: vt agaricus, turbith, polypodium, scilla, & similia.

Gale. cap. 19. lib. 5. simpli. medi.

¶ Purgans medicamentum bifariam Galeno dicitur, nempe generatim & speciatim. Generatim purgare dicitur, quidquid, quouis modo, & per quoscunq; meatus corporis, excrementa vacuat: vt per os, sedem, vesicam, cutim, pudendum muliebre, hæmorrhoidas, vel aliam quancunq; corporis partem. Speciatim & propriè purgare dicitur, quod deiectione trahendo purgat. Quæ hoc modo purgant, omnia sunt calida Galeno, & sola illa purgantia. At Mesues cum familia Arabum quatuor genera purgantium medicamentorum nouit. Nam quedam purgant trahendo, de quibus nunc agitur. Quæ quoniā calida sunt omnia, calore iuuantur ad trahendum, vt scribit Galenus, capite vigesimo quarto libri tertij, & de cimo sexto libri quinti simplicium medicamentorū. Quoniam igitur validius, potentius, & violentius hæc, quàm reliqua tria genera trahunt, simpliciter & absolutè trahere & dissoluere dicuntur. Quedam comprimendo: horū virtus purgatrix facultate astringente iuuatur. Siquidē partes robustiores redditæ a facultate astringente, maiore vi pellunt, quod aliter num est. Ipsum etiam medicamentū sua grauitate insita (sunt enim astringentia terrea, quare grauia etiam necesse est, vt sint) deturbat humores: quibus adiuta virtus purgatrix validius agit. Quedam lubricando: vbi namq; viæ, per quas fieri debet purgatio, lubrica & læues factæ sunt, vel leui impulsū facultatis purgatricis trahuntur humores peccantes: deinde facillè item a facultate expultrice deturbantur. Quedam deniq; emolliendo partes, per quas purgandi sunt humores, & excrementa indurata, si qua sunt: faciunt, vt vis purgatrix medicamenti facilius & potentius agat. Hæc est sententia Mesue & nostra. Vereor tamen non de futuros vitiligatores aliquos, & infimæ classis Medicos, qui hanc nostram sententiam, ceu exorbitantem a vero, damnabunt: existimantes cōprimentibus, lubricantibus, & emollientibus medicamentis nullam aliam inesse vim occultam a cōprimente, lubricante, & emolliente. Aduersus quos, ne dicam sufficere mihi Arabum testimonium asseueranter tuentium nostram opinionem, pauca quedam subiiciam: quibus cōmunire & roborare sententiā nostram enitar. In primis ex superioribus facillè constat varia esse trahendi genera: inter quæ nonnulla similitudine totius substantiæ trahere veterum testimonijs confirmauimus. Quo modo quatuor medicamentorū genera purgare contendimus. Doceamus igitur in medicamentis, quæ cōprimendo purgant, aliam ab astringente necessario inesse vim: cui purgatio ascribenda est. In quibus vbi id erit probatum, facillè constabit idem esse ius in alijs duobus generibus. Cū ergo inter omnes facillè constet astringentia medicamenta aluum astringere, fluentisq; immoderatè alui præsens esse remedium: purgantia contrā, laxare & resoluerè:

Aphor. penult. lib. 1. & 5. lib. 4. & cap. 16. lib. 5. simpli. & lib. 1. facult. natu. & lib. 2. Quos medica. &c.

Ex Gale. lib. 6. fani. tuendæ.

absurdum est astringentia facultati virtutem purgatricem referre acceptam. Ad hæc, cum omnium astringentium, quatenus astringunt, eadem sit natura, & ijdem specie saltem effectus: si iure compressionis seu astringentis purgantur medicamenta cōprimentia, astringentia omnia purgabunt comprimendo: quod si est, quid vetat, quominus malicoria, balautia, & rhus purgent? Id quod cum sit alienum planè a ratione, alia necessàrio vis à cōprimente purgantibus inest: cui potius vis purgatrix assignanda est. Præterea si vis alia ab astringente nō inest his medicamentis, & ob hanc solùm vacuare creduntur cōprimendo: consentaneum est, vt vnunquodq; magis purget, quò astringendi vi magis pollet: ergo myrobalani, rhabarbarum, infusa, lota, vsta, valentiùs purgabunt: siquidem potentiùs astringunt. Cuius contrarium vsus ostendit. Nam illa lota, infusa, vsta, nihil, aut parum purgant. Hactenus obliquè fortasse dicent nos argumentatos fuisse: quare vnica subiiciamus rationem, ex fontibus Medicinæ ducam, quæ proteruorum ceruicè frangamus. Si medicamenta comprimantia, lubricantia, & emollientia, quia cōprimunt, lubricant, & emolliunt, solùm dicuntur vacuare: omnia, quæ comprimere, lubricare, & emollire possunt, indiscriminatim nullòque delectu obuios quosq; humores trahent: at experientia ostendit medicamenta, quæ comprimendo, lubricando, & emolliendo dicuntur purgare, non quosuis, sed certos humores purgare. Nā myrobalani luteæ bilem flauam, cepulæ pituitam, Inde bilem atram: casiam fistularè, bilem flauam: & reliqua eiusmodi medicamenta certum & peculiarem humorè primum & potissimum vacuare oculis vsurpamus. Neq; id cunctis astringentibus, lubricantibus, emollientibus inest, sed quibusdā tantum. Quo fit, vt vis alia ab hac manifesta inquirenda sit, cui purgatio attribuenda est. In cōprimentibus non solùm vis hæc intellectu conspicitur, sed etiam substantia alia à comprimente seu astringente gustu manifestè deprehenditur. Nam in myrobalanis qualitas acida, vel sub acris, vel sub amara, vel mixta: quæ infusione, lotionè, vstione, tollitur: præter Serapionis non contèndum testimonium, sensu cognoscitur. In rhabarbaro, aloè, absinthio, & alijs huiusmodi euidentior est, quam vt debeat probari. Hæc astringendi vis licet sua naturà aluum sistat, tamen cum est coniuncta virtuti purgatorie, vincta à purgatrice facultate, purgatricis effectus sequuntur: tantumque abest, vt actionè facultatis purgatorie impediatur vis astringens seu cōprimens, vt subsidio potius ei fit, vbi modica est. Nam facultas purgatrix præit, & aluum mouet: quam astringens vis sequitur, & impellit. Hæc pro Ioanne Mesue, & pro veritate in hunc locum mihi adducta sunt: pro quibus, si fauerit Deus, sepe lubens arma sumā, in acieq; itabo. Cum ergo medicamentorum purgantium quatuor sint genera (vt ostendimus) singulas substantiæ differentias, singulis medicamentorum generibus accommodat: docens in vnoquoq; quodnam graue melius sit, & quod deterius. Quod item leue præstantius, & quod peius: idem in singulis alijs substantiæ differentijs ostendens. Trahentium igitur medicamentorum (quæ ille potentioris virtutis, siue facultatis valentioris vocauit, quoniam à partibus remotissimis corporis tum superioribus, tum inferioribus trahunt, reliqua tria genera non item, nisi quantitate excedant) ea existimantur meliora: quæ leuiora sunt. Quoniam leuitas, vbi cetera paria sunt, caloris nota est. A quo cum virtus purgatrix iuuetur, vt in superioribus diximus, à leuioribus medicamentis trahentibus valentior expectanda est actio. Quo fit, vt ea potius eligenda sint, quantum attinet ad hanc notam. Ceterum hac regula non continentur medicamenta, quæ naturà sua densa, coacta, & compacta substantià esse debent: non rara, fungosa, nec laxa. Nam hæc licet trahendo purgent, vt hermodactylus, iris, lapis lazulus, & quæ his similia sunt: grauiora iudicantur meliora. Quoniam hæc suapte natura densa & coacta sunt: idcirco leuitas raritudinis, vel cariei, vel mixtionis eterogenei corporis indicium est. Præterea ex his, quæ humido abundant excrementoso, leuiora præferentur. Quoniam leuitas indicat paucam humiditatem excrementosam inesse his medicamentis: quæ inflationem, vomitum, nauisam, flatum, & subuersionem parere solet. Ob eam etiam causam eiusmodi medicamenta in locis natasiccioribus probantur magis: vt ad finem huius capituli dicturus est. Sed dicet non immeritò aliquis Mesuem contraria præcipere, & à se ipso dissentire, dum dicit medicamenta, quæ humido excrementoso abundant leuiora, esse meliora: & contra quæ densa, coacta, & solida

Hanc vim Paul. cap. 4. lib. 7. proficitur.

Gale. cap. 14. lib. 3. simpli. medi. & lib. 2. alimè. cap. de moris. Idem cap. 16. lib. 3. simpli. & lib. 6. compo. ph. 2.

Libri primi

constant substantiâ, grauiora anteferri. Nam hermodactylus humido abundat excrementoso, vt ad finem huius capituli, vbi de natali loco medicamentorum agit, docet, & capite de hermodactylo in simplicibus purgantibus. Qua ratione leuitate cōmendabitur, & melior censebitur. At quatenus naturâ suâ densa & coacta substantia constare debet, sicuti hoc loco dixit: ea ratione grauior anteferendus erit, vt hic, & capite de hermodactylo in simplicibus. Idem ergo grauitate & leuitate cōmendabitur: quod absurdum dictu videtur. Tollitur ambiguitas dicendo graue bifariam aliquid dici posse, vno modo ratione suâ substantiâ: altero ratione humoris excrementosi imbibiti medicamenti. Nam quæ densa & coacta constant substantiâ, ea ferè grauiora sunt, vt in superioribus docuimus. Contrâ leuia sunt, quæ raram & laxam habent corporis consistentiam. Hæc si multa & copiosa humiditate excrementosa abundant, grauiora dici solent: non quidem suâ substantiæ ratione, sed ob humiditatis excrementosâ copiam, quam in se continent. Illa tum primaria ratione, quæ à substantia est, tum ratione superflue humiditatis grauiora interim dicuntur. Cum hæc sic se habeant, dicendum est, medicamenta, quæ densa & coacta constant substantiâ, si simul humore excrementoso redundare ea contingat (vt hermodactylum, & huic similia) grauiora præferri Mesuæ: habito respectu ad grauitatem, quæ ratione consistentiæ medicamenti inest. Id quod vel ex ipso intelligas licet, dum dixit, Hinc tamen excipiuntur ea, quorum substantia coacta esse debet. Hæc enim vbi vel ratione loci natalis æqualiter sicca sunt, vel Medici industria, vel tēpore, æqualiter siccata: grauiora laudantur magis. Nam in his grauitas densæ & coactæ substantiæ signum est. In quo sensu capite de hermodactylis leues hermodactylos improbat. At leuiora probantur considerata grauitate, quæ ratione excrementosâ & superuacaneæ humiditatis eisdem medicamenti solet inesse. Quod etiam satis indicauit, dum dixit, Quæcunq; etiam humiditate excrementosa abundant & cetera. Nam tunc leuitas signum est paucam humiditatem excrementosam inesse illis. Solet autem esse pauca ratione soli natalis medicamentorum, vel Cæli, vel artis, vel temporis longioris à collectu. Si igitur medicamenta huiusmodi, quibus densa & coacta, & humida simul humore superuacuo esse contingit, æqualiter sicca naturâ, arte, & tempore, inter se conferas, grauiora, meliora censebis: vt si ex duobus hermodactylis in eodem loco collectis, eodem tempore, & æqualiter siccatis, alter sit grauior, alter leuior: grauior, melior est. Quoniam grauitatem illam à sua substantia habet, non ab humore excrementitio, quem æqualem esse in vtroq; constituimus. Contrâ si natiui soli ratione, quod hic in sicciore, ille in humidiori sit natus: vel quia minus hic siccatus est arte, quam ille: vel quod non ita diu est, cum hic est collectus, atq; ille: si præterea substantiam æqualiter densam & coactam videatur vterq; habere: leuior eligendus est. Quoniam cum similis in vtroq; sit substantia, grauitas maiorem vim humoris excrementosi arguit: qui inflationem, flatum, nauseam, & quædam alia ventriculi accidentia parit. Baurach, Arabica vox est, Latine significat vitrum. Lazurius lapis, Dioscoridi cyanos vocatur. Sed de his, vt de reliquis omnibus vocabulis ad expositionem Ioannis Mesuæ pertinentibus, fauente Deo, seorsim à nobis tractabitur.

At quæ comprimendo purgant medicamenta, grauiora: meliora sunt. Nam mirobalani grauiores, meliores sunt: & species raued similiter, & similia. Ablinthium etiam grauius, melius est, vt & absinthij succus: & quæ his similia sunt.

¶ Delectus medicamentorum purgantium comprimendo, per easdem substantiæ differentias, qua ratione faciendus sit, paucis docet, asserens ex huiusmodi medicamenti ea esse meliora, quæ grauitate excedunt: leuiora contrâ deteriora esse. Id quod inde accidit, quod facultas purgatrix preit & viam facit: quam comprimens grauitate infita sequitur, & vt mal-leus clauum, impellit, exprimit, humoresque e partibus in ventrem deturbat. Gale. lib. 7. metho. & Aetius cap. 36. Ser. 1. lib. 5. Hac de causâ actio tum potentior, tum celerior: grauiora medicamenta sequitur. Quoniam virtus astringens purganti coniuncta, tantum abest vt purgatricis facultatis actionem impediât, vt eam iuuât. Raued vocat, rhabarbarum, quod in

Theorema primum.

X

species propriè dictas non partitur: sed differentias sumit autor à locis, in quibus crescit, vt hoc sit Indicum, illud Scenicum, aliud Barbaricum, quoddam deniq; Turchicū: per quas species constituit, licet re verà species non sint. Iuxta easdem etiam differentias melius vel deterius iudicat rhabarbarum, vt capite de rhabarbaro in simplicibus medicamentis intue-
 5 ri licet. Purgat rhabarbarum tum comprimendo, tum attrahendo: quatenus cōprimit, grauius præstantius habetur, vti hic docemus: quatenus attrahit, leuius esse melius proxime do-
 cuimus. Cum igitur pugnantès indicationes in hoc medicamento sint: vtri illarum potius assentiendum est? An cum medicamenta euidenter simul comprimunt & attrahunt, vt rha-
 10 barbarum: dum ad examen præstantiæ per grauitatem & leuitatem trahuntur, comprimenti-
 um natura potius expectanda est? Itaq; licet rhabarbarum & similia alia simul attrahât & cōprimant: grauiora præferenda sunt. Ob hanc causam hic, & capite de rhabarbaro in sim-
 plicibus, graue laudatur, & leue improbat.

Et quæ plena & non vacua esse oportet, grauiora præstantio-
 ra sunt: vt casia fistula, tamar Indi, ben, cartamus, granum nil,
 15 cherua, & similia.

¶ Id est, quæ plena medulla & carne esse debent, quibus interim vacua medulla contingit esse, grauiora meliora sunt. Quoniam grauitas indicat ea esse plena, & abundare ea substan-
 tia, à qua purgatio procedit. Leuitas contra vacui signum est, id est, indicat parum substatiæ
 20 purgatricis contineri, aëris non parum. Nil, cartamum Indicum Auicennas & Serapion pu-
 tât esse: sed Mesues in simplicibus purgatorijs capite de cartamo negat, Nil, speciem cartami
 esse: de quo, vt de cartamo, & alijs, quæ hoc loco enumerat: ibidem differemus. Leoniceno
 autore, Nil, ifatidis tinctoriæ semen est.

Lib. 1. de errorib9
 Plinij & Medico-
 rum.

Præterea, quæ leniendo & lubricando purgant medicamen-
 ta, grauiora, sunt meliora: vt psyllium, casia fistula, pruna, febe-
 25 sten, & similia.

¶ Ex lenientibus & lubricantibus medicamentis grauiora præfert leuioribus, nec immeri-
 to: quoniam facultas horū purgatrix iuuatur ab humore quodam aquoso, & lento: in quo
 potissimum ea residet. Is humor, qui aqueus & grauis natura sua est, vbi copiosus est in hu-
 iusmodi medicamentis, valentius ea purgant, & grauiora sunt. Quo fit, vt optima ratione in
 30 hoc genere grauiora commendentur. Psyllium Græcis inter venenosa medicamina reponi-
 tur: Arabibus non item. Sebesten, Paulus, Aëtarius, & alij recentiores Græci Medicinæ au-
 tores: Mixa, Mixa, & Mixaria appellant.

De iudicio autem quod à tenui & crasso sumitur, paulò post di-
 cam. Videntur enim friabile & tenax à tenui & crassa pēdere sub-
 35 stantia: nam tenue creditur esse friabile, & crassum tenax. Sed id
 absolutè verum non est. Cum ex his, quæ substantiâ sunt crassa,
 quædam tenacia, quædam friabilia inueniantur: vt ex tenuis sub-
 stantiæ rebus nonnulla friabilia inueniuntur, alia lenta: vt aloë
 quædam friabilis, alia tenax reperitur: & scāmonium, & salis spe-
 40 cies, & Baurach, Sagapenum quoq; tenax reperitur, vt & anacar-
 dus. Non est igitur horum causa tantum tenue & crassum.

¶ Explicuit qua ratione sumendus erat medicamentorum delectus per grauitatem & leui-
 tatem substantiæ differentias, idq; in singulis medicamentorū generibus: deinceps idem per
 tenuitatem & crassitiem, friabilitatem & lentitiam, raritudinem & densitatem, reliquas sub-
 45 stantiæ differentias, docturus: de tenuitate & crassitie, friabilitate & lentitia, confusa quæ-
 dam & ambigua proponit, nil statum & certum relinquens. De tenui & crasso pollicetur
 paulò post se dicturum, sed nusquam, quòd sciam, promissum soluit. Nisi fortè quis dicat

Libri primi

tacitè & obscure sub his verbis tum de his, tum de lento & friabili differuisse. In his dubiū huiusmodi tollit. Opinari quis poterat friabile à tenui pendere substantiā, vt quidquid esset tenue, idem esset friabile: & lentum à crasso, vt omne crassum esset lentum. Quoniam tenuis & friabilis, vt crassi & lenti definitiones ferè conspirant, sicuti ex his, quæ diximus paulò ante, liquet. Id quod in vniuersum non esse verum subiectis exemplis docet. Quoniam ex rebus crassæ substantiæ, cuiusmodi sunt aloë, scammonium, salis species, baurach, & quædam alia, quædam friabiles, alia tenaces, vt sagapenū quoddam est friabile, quoddam lentum: anacardus item quidam friabilis est, alius lentus. Ex quibus vel apertissime constat, non esse necessum vt si quid est tenuis substantia, id sit friabile: nec si quid est crassæ substantiæ, vt lentum sit. Sed aliud quid requiritur præter hæc, vt hoc sit lentum, illud friabile. Quid autem id sit, in sequenti oratione docet.

Sed præterea à puritate vel impuritate pendet hoc. Nam purū & tenue, est friabile; impurū & crassum, est lentum. Friabile igitur & tenax videntur in se cōplecti purū & impurū, tenue & crassum. Præter illa, quorū materia est humida tenax, vt saccharum, nabet, alhosos. Ex his enim, quod purius & tenuius, est tenacius.

Tenue igitur, vt diximus, non est simpliciter dicendum friabile, quemadmodū nec crassum simpliciter lentum. Quin potius friabile ex duobus veluti conflatum est, nēpe ex tenui & puro, vt si quid est tenue & purum, id ipsum friabile sit oportet. Contrā tenax crassum & impurum in se continet: vt omne tenax, crassum & impurum sit. Friabilitas igitur medicamentorū, eorum puritatem & tenuitatem indicat: lentorū impuritatem & crassitatem. Excipiuntur tamen ea medicamenta, quæ sua sorte habent humiditatem viscosam & lentam. Nam hæc licet pura sint, & tenuia, tenacia tamen laudantur. Nabet saccharum candum vulgo dictum interpretantur nonnulli. Alhosos manna est, vt quibusdam placet, alij aliter legunt, vt Mondinus scribit, sed mihi alhosos legendum videtur.

Medicamenta verò, quæ substantiæ raritate & densitate æstimantur, idem subeunt iudicium atq; graua & leuia: de quibus paulò ante diximus.

Dux supererāt substantiæ differentiæ, à quibus medicamentorū delectus sumēdus erat, videlicet raritas & densitas: quæ quoniā leui & graui respondēt, & eisdē insunt, idem de duabus cōiugationibus ait esse iudiciū. Nam densum omne graue est, & rarū leue: quæadmodum ex Aristotele & cōmētarijs ipsius in superioribus ostēdimus. In quibus ergo medicamentis leuitas probatur, in eisdē probabitur raritas: & in quibus laudi erat grauitas, in eisdē densitas cōmēdabitur. Tenue præterea & friabile, leui & raro ferè respondet: sicut crassum & tenax, graui & densò: vt eorū omniū, quæ de delectu à substantiæ differentijs sumpto diximus, hæc sit summa.

Medicamenta purgantia.	{	1. Attrahendo.	{	Meliora.	{	Leuiora	{ præter ea, quæ densa & coacta constant substantia naturâ sua.	40
		2. Humorem habentia superfluum,				Tenuia		
						Rariora		
						Rara.		
		3. Comprimendo.				Grauiora	{ præterea, quorum materia est humida tenax.	45
		4. Quæ pleno & vacuo æstimatur.				Crassiora		
		5. Leniēdo, lubricādo, emolliendo.				Tenaciora		
		6. Quæ densa & coacta constant substantia.				Densiora.		

Theorema primum.

XI

¶ Hæc in gratiam Pharmacopolarum & tyronum Medicinæ, quibus præcipue consulere mihi statutum est, in hunc modum digesta sunt: nam doctiores meliora fortasse excogitabunt: quos velim oratos vt, tantisper dum huiusmodi schemata legunt, existimēt se peracto actu comœdiæ tibicines audire.

5 Inquit Heben Mesues: Delectus medicamentorum à temperamento in hunc modum sumendus est. Nam medicamentum calidum, effecta quædam peculiaria consequuntur: vt calfactio, attenuatio, rarefactio, maturatio, cōcoctio, viarum apertio, & his similia. Si autem immodicè calidum est: morsus, sitis, desiccatio,

10 & similia. Si deniq; est summè calidū: acrimonia, inflammatio, attractio immodica, cōsumptio, phœnigmos, vstio cauterij modo.

¶ Tangibiles qualitates in tres partes diuisit, sicut in superioribus ostendimus. Nam ex illis aliquas substantiæ differentias esse dixit, quas hæcenus abundè explicuit: nonnullas ad temperamentum retulit, de quibus in presentia disserit: alias peculiariter tangibiles vocauit, de

51 quibus in sequentibus facturus est verba. Qualitates ex quibus rerum omnium temperamenta consurgunt, sunt: caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas. Quæ primæ, elementares, & communes interdum dicuntur: quoniam primū elementis insunt, secundario & per ea ceteris omnibus mixtis. Quas vtcunq; commiscueris, nouem tantum temperamenta in genere con-

20 surgere reperies. Ab his medicamentorum delectum bifariam sumit, tum a specie temperamenti, tum à gradibus singularum qualitatū. Gradus siue ordines in medicamentis quatuor constituit Galenus, & singulorum proprii & peculiare sunt effectus. Quam ob causam non satis est nosse calidum, vel frigidum, humidum, vel siccum esse medicamentum: sed

25 necesse est præterea nosse quatenus sit calidum, frigidum, humidum, siccum, id est, quoto ordine tale sit, quæadmodum latius in sequentibus explicabimus. Qui ordines licet secundum intensiōem & remissionem infiniti ferè sint: ad vltimū tamen medicinalem limitibus quibusdam circumscribuntur. Primi igitur ordinis vocantur medicamenta calida, frigida, hu-

30 mida, sicca: quæcunq; calfaciunt, refrigerant, humectant, siccant: sed non ita euidenter, vt demonstratione non egeant, quæ talia esse probentur. Secundi ordinis sunt, quæ manifesto iam calfacere, refrigerare, humectare, siccare, possunt. Tertio annumerantur ordini, quæ vehementer iam, sed non summè id faciunt. Quarti ordinis calfacientium sunt, quæ sic calfaciunt, vt escharam moliantur, & vrant. Similiter quarti ordinis refrigerantium sunt, quæ sic refrigerant, vt extinguant. Siccum medicamentum quarti ordinis nullum reperire est, quod simul non vrant. Tertij ordinis siccantiū potest esse aliquod non vrens. Humectantia rarò aut

35 & secundi ordinis aliquot effectus promiscuè recensuit: tertij & quarti ordinis effectus diligentius discreuit. Primus & principalissimus effectus caliditatis, & omnibus calidis communis, est calfactio: vt frigiditatis, refrigeratio: humiditatis, humectatio: siccitatis siccatio. E quibus ceteri omnes effectus, veluti à principijs quibusdam, prodeunt. De quorum singulis hic latius disserere longum & superuacaneum duximus. Quandoquidem Iacobus Syl-

40 uuius præceptor meus libro secundo suæ methodi compo. medica. doctissimè & diligentissimè eos explicuit. Vnde transferemus quæ ad huius autoris expositionem necessaria videbuntur. Calor itaq; tenuat crassa: quæ si liquida sunt, sæpè in vaporem ea conuertit, sin sicca, tenuioris substantiæ ea reddit. Idem rarefacit densa, & poros ac meatus omnes aperit. Quæ de calore mediocri, & qui intra secundum gradum est, intelligantur dicta: nam ardens &

45 igneus poros contrahit, & densat, autoribus Galeno & Aristotele. Maturatio, eodè Aristotele autore lib. 4. meteo. cap. 3. coctio est feminis in pericarpio. Hæc de fructibus peculiariter dicitur, licet ad tumores, & humores interdum trāferatur. Coctio eodem autore cap. 2. eiusdem libri, perfectio quædam est, quæ à naturali propiōque calore ex oppositis fit passiuis, Ex quibus liquidò constat tumurationem, tum coctionem à calore fieri. At vbi im-

Gale. initio. lib. 1. compo. ph. g. & lib. 3. metho. & initio alimen. Gale. cap. 12. lib. 3. simpli.

Idem cap. vltimo lib. 5. simpli. Paulus initio. 7. Aëtius initio primi, Gale. lib. 1. compo. ph. g.

Auerroës cap. 3. lib. 5. collectaneorum, & alij.

Gale. cap. 1. li. 4. simpli. medi. Aristo. cap. 3. lib. 5. genera. anima.

Gale. in fine lib. 7. metho. meden. & 3. sani. tuen. & 1. alimen. Aristo. lib. 4. meteo. de assatione agens.

Libri primi

Gale. cap. 95. ar-
tis medicæ, & ca.
1. lib. 4. simpli. &
aphor. 20. lib. 5.
& lib. de inæqua-
li intemperie.

Gale. lib. 1. sani-
tas. & Aristo. lib.
de longi. & bre-
ui. vitæ.

modicus est, hoc est, tertij ordinis, mordet. Quoniam calidum & frigidum mordent, si fue-
rint immoderatiùs aucta: sed calidum, præcipuè quod crassæ est substantiæ, mordet roden-
do, quod continuum est, dissoluendo & fundendo: frigidum verò diuellendo, contrahendo,
& condensando. Sicut excitat, quoniam sitis causæ Aristotele autore cap. 3. lib. 2. de anima,
& Galeno cap. 30. libri. 1. simpli. calor, vel siccitas, vel vtrunq; sunt. Nam sitis appetitus est 5
frigidi & humidi. Idem per accidens siccitatem humore dissipando, unde nobis connata est mo-
riendi necessitas. Quæ verò summè calida sunt, id est, quarti ordinis calfacientium: acrimo-
niam habent coniunctam, attactas partes inflàmant, attrahunt ad sese potenter, consumunt
substantiam nostram colligando & dissipando. Rubrificationem faciunt in parte, cui ad-
mouentur, phœnigmos dicitur Græcis. Deniq; cauterij modo vrunt, & escharam excitant. 10
Hi sunt effectus singulorum ordinum in excessu caloris: quorum aliqui non sunt ita pro-
prij vnus gradus, vt vel omnibus, vel aliquibus, vt duobus, vel tribus, non congruant, vt
calfacere, tenuare, & si qui alij sunt.

Frigidum autem, frigefactio, condensatio, cruditas, compactio,
& similia: si supra modum est frigidum, coarctatio, obstructio, si 15
extremè frigidum est, congelatio & mortificatio.

Idem cap. 20. li.
1. simpli. & cap. 1.
lib. 4.
Aristo. cap. 3. lib.
5. de genera. ani-
mali.
Aristo. cap. 10. lib.
2. de gene. & in-
teritu, & alibi.
Gale. initio. li. 9.
metho. & lib. de
differen. & caus.
morborum.

¶ Frigoris effectus siue actiones nunc percurrat: ordinem eundem ferè sequens, què in enu-
merandis effectis caloris sequutus est: nempe effectus frigidi ad primum & secundum ordi-
nem primùm declarans, deinde effectus frigidi ad tertium, postremò effectus frigidi ad quar-
tum: eandem ferè loquendi rationem seruans, atq; in recensendis effectis calidi. Igitur frigi- 20
dum refrigerare, densare, incrassare, astringere poros cutis, & omnes alios meatus, docuit
Gale. lib. metho. 8. & 9. & lib. 4. simpli. medi. & aphorif. 20. lib. 5. Cruditatem parere notum
est. Nam si calor coquit, frigiditas cruditatis causæ erit. Quoniam contrariorum contrarij
sunt effectus, qui per se fiunt: & contrariorum contrariæ sunt causæ per se. Obstruere per
se frigidum nequit, stipare potest. Quoniam obstructio proprie dicta ab humoribus fit vel 25
multis, vel crassis, vel lentis. Per accidens tamen obstructionis causæ esse potest. Siquidem
tum sumptum, tum admotum poros & meatus corporis, quos cõtingit, angustiores reddit.
Quo fit, vt faciliùs obstruantur. At enim extremè frigidum, quale est, quod ordinem quar-
tum attingit, narcoticum est, id est, stuporem inducere potest: spiritus in partem influentes
congelat, & immobiles reddit: partis cui admouetur, natium calorem extinguit, eidemq; 30
mortis habitum conciliat.

Humidum item humectatio, lubricatio, lenitio, glutinatio: si
admodum est humidum, obstructio, flatus, nausea, & similia.

Gale. li. 4. de dif-
feren. & caus. mor-
bo. & sympto. &
ca. 8. lib. 1. simpli.
Idem lib. 2. com-
po. ph. p. & 7. me-
tho. meden.

¶ Humidi effectus sunt hi, humectatio, qui vt primus & potissimus effectus humiditatis est,
sic primo & per se humido inhaeret. Hunc proximè sequuntur lubricatio, & lenitio. Gluti- 35
natio non idem significat hîc, atq; libro. 3. metho. meden. Nam illic glutinãtia sicca & astrin-
gentia esse professus est Galenus. At hîc glutinatio, siue cõglutinatio idem significat ac con-
iunctio rerum priùs dissolutarum, vt puluerum, & rerum aliarum siccarum. Humor enim
veluti gluten est huiusmodi rerum: quæ per se vniri non possunt. Quòd si admodum est hu-
midum & cæte. His verbis humoris copiam potius indicat, quàm intensionem qualitatis. 40
Nam largus & copiosus humor, præsertim crassus & lentus, obstructionem parit, vt dixi-
mus. Flatus etiam materialis causæ est humor crudus redundans: efficiens, caloris imbecilli-
tas. Nausea irritus est facultatis expultricis motus ad os, quæ a larga humiditate sæpè fit. Ad
hæc, pauca, aut nulla sunt medicamenta, quæ ad tertium gradum humectent. Quoniam hu-
miditas primarum qualitatum imbecillima est: quam ob rem effectus quarti ordinis in hoc 45
excessu subicit: quoniam nunquam medicamenta ad quartum gradum humectant.

Siccum deniq; siccatio, rarefactio, attenuatio [coarctatio cau-
tatum, cutis corrugatio, cutis scissio, furfuratio] & similia.

Gale. cap. vlt. lib.
5. simpli. medi.

¶ Medicamenta siccantia quarti ordinis nulla sunt, quæ simul non vrant: tertij ordinis re-

- periuntur sicca non solum calida, sed etiam frigida. Siccum rarefacit humorem in poris contentum absorbendo, & partes ad sese contrahendo. Siccata enim partes ad sese contrahuntur. Vnde meatus quidam patentiores alij fiunt: alij angustiores redduntur. Ex quo sequitur cavitatum quarundam coarctatio, & corporis densatio. Sed si cavitates arctat, qui potest rarefacere? An siccitas immoderatio densat, vt scribit Galenus lib. 8. metho. medendi: ceterum cum partes distrahuntur & retrahuntur, accidit vt alia densentur coactis & retractis ad sese quibusdam partibus: alia rarefiant, distractis & a se inuicem disiuictis, non aliter atq; cum terra presicca est. Tunc enim partes quedam ipsius finduntur, diuelluntur a sese, & rimosa fiunt: alia adeo sibi coherent, vt duritia & densitate videantur superare lapidem. Attenuat, id est, emaciat: quoniam humiditatem, qua solet foueri pars, absorbit: quo fit, vt arctius membra colliget, & tabefaciat. Cutis siccata contrahit rugas: quoniam humorem & spiritus, qui eam tendunt, consumit siccitas: qua de causa flacida in sese concidit. Adde siccitas partes in sese recurrere, vt membranula igni admota, & senum cutis, exemplo est. Ob eandem etiam causam accidit cutis scissio. Nam consumpto humore, qui vnitatis partium causa erat, continuitas dissoluitur necessario. Furfuratio vitium quoddam cutis est. Resoluntur enim furfuracea squamule absq; vlceratione a cute: cuius causa fere solent esse humores salii, serosi, melancholici, biliosi. Quae lineolis illis intercepta sunt, non extabant in meo exemplari: sed quoniam ea agnoscit Mondinus in commentario, ascribenda precedentibus duximus.
- 20 *Ex his autem calida incolumiora sunt frigidis: humida siccis, & etiam calidis. In summa quanto temperato medicamentum vicius est, tanto est incolumius: quanto remotius, tanto malignius. Et quod qualitates suas intensissimas habet, malitia reliqua superat, venenumq; potius quam medicamentum dici meretur.*
- 25 ¶ Enumeratis effectis singularum primarum qualitatū docet distinguere medicamenta benigna & salubria, a malignis & insalubribus iudicio sumpto a temperamento vario ex his qualitatibus surgente: & ab intentione & remissione singularum primarum qualitatū, quos gradus vocant. Considerata igitur specie temperamenti, inquit, calida medicamenta frigidis salubriora esse, securiora, & eligibilia: humida siccis, & calidis. Ex quibus elicitur aperte humida medicamenta omnium esse saluberrima, siquidem calida sunt salubriora & incolumiora frigidis, & humida calidis & siccis. Salubriora vero sunt, tum quoniam blandissime omnium agunt: tum quoniam humorem natium vel fouent, vel dissipari prohibent, cuius defectu nobis est connata moriendi necessitas. Calidum licet ad vitam ducat, tamen per accidens sui & vitæ interitus causa est. Quoniam natium humorem partium depascitur, & consumit: quo consumpto ipsum perire necesse est. Ex compositis temperamentis quo vnumquodq; magis cum calido & humido communicat, eo melius est: contra deterius, quo magis ab eis abscedit. Cuius rei hæc etiam ratio potest reddi. Vita nostra a calido est in humido: calidum igitur & humidum medicamentum vitæ amicum est, quoniam calorem & humiditatem, nostræ vitæ principia quodammodo fouet. Frigidum & siccum eidem contraria sunt, quoniam extinguunt, & ad mortem ducunt. Hinc senes proximi sunt morti: quoniam senectus, quæ ad mortem via est, ad frigiditatem & siccitatem tandem perducit. Nam senectus frigidum & siccum corporis temperamentum est annorum multitudine proueniens: & emortuum corpus frigidum & siccum euadit. Igitur cum vita calidum quiddam atq; humidum sit, medicamenta purgantia, quæ similem natura fuerint temperiem, ea securiora & meliora erunt: quæ dissimilem, deteriora. Quæ vitæ respectu intelligi debent: nam si alia qua sit intemperies insignis in toto, vel in parte, natura vel causa alia insigniter alterans & transmutans: medicamenta purgantia, quæ contraria sint natura temperiem, eligenda potius sunt. Nam ea iuuant vacuando humores peccantes, & intemperiem corrigendo: vt latius capite sequenti dicturi sumus. At hæc de calido & humido moderatis intelligo dicta esse: quoniam vehementer calida & humida medicamenta nocent: vt vehementer frigida

Aphrodi. proble.
73. & 74. secti.
prioris.

Gale. lib. 1. cōpo.
ph. p. & Paul. li. 3

Gale. lib. 1. sani.
tuē. & Aristo. lib.
de longi. & bre.
ui. vitæ.

Gale. ca. 1. lib. 4.
simpli.


Gale. & Aristo.
ibidem.

Idem lib. 3. sani.
tuē. & 1. tempo.
ra. & 7. metho.
Aphrodi. 77. se.
ctionis prioris.
Aristo. loco ad-
ducto.

Libri primi

& sicca. In summa, quò singula medicamenta magis ad temperatum accedunt (qualia potissimum sunt quæ primo, & post hæc, quæ secundo ordine calida, frigida, humida, sicca sunt) eò salubriora sunt: quò magis recedunt ab eodem (cuiusmodi sunt calida, frigida, sicca, & humida (si qua sint) ad tertium) eò maius periculum habent annexum. Quæ qualitates habent intensissimas, cuiusmodi sunt medicamēta quarti ordinis calida, vel frigida, vt opium, euphorbiū: ea perniciosa & deleteria sunt. His tacitè distinxit medicamenta benigna à malignis indicatione sumpta à gradibus singularum qualitatum. At verò cū pharmacopola Medici tantum minister sit, debeatque calida, frigida, humida, & sicca medicamina ad vsum reponere citra delectum aliquem graduum, vt Medicus illi prescribet: non est quòd magno opere laboret in cognitione ac secretionē medicamentorum, sumpto à genere temperamentanti & intentione & remissione qualitatum iudicio. Nos singula, quæ de medicamentorum delectu à temperamento sumpto iudicio diximus, sequenti schemate luce clarius representamus.

Auerroes cap. 3. lib. 5. collectaneorum.



Tactus autem index est, mollis & duri; asperi & lænis; & mollis & duri iudicia peculiaria & propria sunt. Nam molle rei cessationem; durum cōtrā significat. Illud quoq; facile patitur, alteratur, corrigitur: hoc difficulter.

¶ Tactus reuerā tangibilium omnium qualitatum explorator indexq; certus est: sed Mesues tangibiles qualitates mollitiem, duritiem, asperitatem & lenitatem peculiariter vocauit, quæ admodum latius in superioribus explicuimus. Hic sensus licet per omnes partes sentientes sit sparsus: tamen exquisitissimus est in ore ventriculi, & in extremis digitorū parte interna manus: si modo cutis talis persistit, qualem natura est eam molita. Qua ad iudicium tangibilium rerū potius vtitur Medicus. Molle enim iudicamus, quod illi cedit in sese refugiens: vt massa, lutum aqua copiosa mollificatum, casia, fistulæ medulla, manna, & his similia. Durum contrā, quod eidem resistit, nec cedit attactum: vt ferrum, lapides, ligna, ossa. Molle igitur & durum absolutè ita dicuntur. Dicuntur etiam molle & durum per cōparationem ad aliud: quæ pro diuersitate eorū, ad quæ comparantur, eadem mollia & dura dici nihil impedit. Sūt & alij significatus mollis & duri, de quibus Galenus agit cap. 5. lib. 5. simpli. medica. Nos durum & molle consideramus partim simpliciter, partim collatione facta ad ea, quæ sunt eiusdem generis. Tum mollities tum durities duplex est: vna naturalis, altera artificis industria parata. Mollities naturalis est, quæ à natura inest vnicuiq; medicamento molli nulla ex parte à nobis alterato ad mollitiem: talis est in medulla casia fistularis Arabiæ, manna,

Aristo. lib. 2. de anima, & lib. de sensu & sensu. & lib. 4. meteororū. Gale. lib. 2. tempera. & cap. 1. & 4. li. 5. simpli. & 2. sani. tuen. Plato in timæo. Gale. cap. 3. lib. 5. simpli. & Aristoteli in categorijs. & cap. 4. lib. 4. meteo. & cap. 2. lib. 2. de gene. & corrupt. Durum & molle simpliciter hic vocamus, quod ad aliud nō cōparat. Gale. aliter vsurpat ea nomina.

& huiusmodi alijs. Artificis industria parata est, quæ opera artificis fit: qualis est in potionibus, bolis, electarijs liquidis, & similibus alijs medicamentis, maximè cum dura aliqua ad ta-
lem redacta sunt consistentiam. Durities item quædam est naturalis, vt in hermodactylis, & lapidibus: altera est artificialis, qualis est in catapotijs, & electarijs siccis, & non paucis alijs.

- 5 Molle tam naturale, quàm artificiale facilius patitur à nobis, & ad vim suam opusque incitatur à calido nostro nativo: quoniam facilius ad minima redigitur: facilius item formam quamvis arte recipit, & facilius preparatur. Quoniam humidum facile termino alieno circun-
scribitur autore Aristotele: molle autem ad humidum reducitur eodem Aristotele autore, cui astipulatur Galenus. Hanc etiã ob rem naturæ magis amicum est, quàm durum. Quoniam
10 illud ad humidum, hoc ad siccum reducitur: at enim humida medicamenta eligenda magis siccis diximus esse. Præterea durum agrè euincitur à nostra natura, & artifici obsistit magis. Quoniam pertinaciter propriam seruat formam: & agrè admittit alienam. Hanc ob causam medicamenta dura eligenda minus, in eodem saltem genere.

Gale. lib. 1. simpli-
ci. cap. 11. & cap.
15. lib. 3. & tertio
lib. tempera.

Aphrodi. proble.
65. secti. 1.

- Asperi quoque & læuis iudicia quædam sunt: nam illud est sic-
15 cius, hoc humidius. Ob id, quæ medicamenta [purgantia] præfertim virium violentarum, sunt læuia, salubriora sunt; & alia si-
militer, maximè quæ utroque modo nasci possunt: aspera contra. Nam colocynthis, absintium, fumaria, elatherium, agaricus, & similia, læuia bona; aspera mala censentur.

- 20 ¶ Asperum est, quod partes quasdam subsultantes & eminentes habet, à quibus tactus offenditur, quasdam depressas magis: quod est, alias alijs eminentiores esse partes in aspero. Huiusmodi est pumex, & tegumentum canis piscis. Lene siue leue est, quod politum est siue æquale, id est, quod nullas habet partes eminentiores alijs, vt colocynthis quædam. Asperitas siccitatis est soboles: læuitas humiditatis. Nam læue ad humidum reducitur, asperum ad siccum.
25 Quod cum ita sit, læuitas signum erit laudabile in medicamentis eiusdem generis, præfertim si virium violentarum sint: à quibus maius nobis impendet periculum. Quanquã & in alijs non minus verum id fit: sed ab illis cauendum potius nobis est. Asperitas contra prauitatis signum est in medicamentis eiusdem generis: in quibus tum aspera, tum læuia, reperire est. Nam cum lenitas ab humiditate fit, asperitas à siccitate: & humida medicamenta sunt præstantiora siccis: merito lenia asperis in eodem saltem genere eligibilia sunt. In his, quæ generis diuersi sunt, non est hoc perpetuo verum. Nam colocynthis læuis non dicitur melior rhabarbaro aspero. Elaterium vocat Dioscorides cucumeris syluestris succum: de quo in simplicibus (si fauerit Deus votis) agemus.

Arist. cap. de qua-
li. in categorijs.

- Odor autem bonus medicamenta salubria reddit: quoniam
35 animam exhilarat, spiritus & vires reparat, virtutum fontes roborat. Grauis verò contraria prædictis inducit effecta, & operationes difficiles & laboriosas succedere facit.

- ¶ Inter differentias, à quibus medicamentorum delectum sumi dixit, proximè ijs, quas recensuit, sequuntur olfactiles, de quibus in præsentia disserit. At enim quoniam hæc intelligi
40 nequeunt, quin prius quædam de odore præmittantur: pauca ex Philosophis & Medicis de odore cursim excribere voluimus. Odor qualitas quædam est in vapore, siue exhalatione ex mixtis exeunte: siue fumida quædam exhalatio & ignea, ex mixtis procedens. Neque nos fugit vaporem & exhalationem Aristoteli differre, sed nobis promiscue utroque nomine libet uti. Medium per quod olfactus fit, eodem Aristotele autore, aer nobis est: aqua piscibus. Organum sunt anteriores cerebri ventriculi. vt libro primo de causis symptomatum & cap. 21.
45 lib. 4. simpli. medica. Siue productiones duæ substantiæ cerebri in nares, quas vulgò excrementas mamillares vocant. vt idem Gale. autor est libro nono de vsu partium, & libro de anatomie neruorum, & de instrumento olfactus. Olfactus autem fit, in nobis cum ea, quæ à

Aristote. cap. 2. &
5. lib. de sensu &
sensu. & cap. 9. li.
2. de anima.
Lib. 1. meteo. ca.
4. sed lib. de mû-
do exhalationem
vtrâque vocauit: Bu-
dæo interprete.

Libri primi

corporibus odoratis resoluntur, ambienti per mixta per narium inspirationē in cerebrum deferuntur. Odera omnia calida sunt, si tantum odorē iudicem sequamur. Siquidē qualitas illa odora in exhalatione, quæ ignea est, collocatur. Sed accidit odora quædam esse frigida, qualis est hyoscyamus, cicuta, mandragora, & alia huiusmodi. Verum medicamenta eiusmodi licet à dominante qualitate dicantur frigida: calida tamen sunt, quatenus odora. Caterū illa ex diuersis substantijs temperie differentibus, nec per totū confusis, conflata sunt: qualia non pauca reperire est. In quibus frigida substantia multo superat calidam, à qua odor est. Quam ob rem frigidum dicitur medicamentū à vincente qualitate sumpta appellatione. Agitur hyoscyamus, mandragora, cicuta, & huius generis alia, quatenus odora sunt, eatenus sunt calida: sed quoniā portio substantiæ calidæ in illis exigua est, frigida longè copiosior: merito frigida hæc appellantur, effectusque frigoris quàm caloris potius ea consequuntur. In hoc sensu Aristoteles, Theophrastus, & reliqui tum Philosophi tum Medici intelligendi sunt, cum dicunt, odorata omnia esse calida. Odorata etiā sicca sunt, quatenus odora, quoniam in odore siccitas dominatur, sed ita ut aliquid humoris simul sit: alioqui αχουα, id est, humore vacantia, ut lapides, non sunt odora. Odor itaque caloris & siccitatis & tenuitatis substantiæ quadantenus index est: verum calida an frigida dici debeat res odorata, & si calida, quoto gradu, non ostendit: quoniam corpora pleraque dissimilari constant substantia, nec omnes substantiæ odoratum mouent, quin alia sunt odoriferæ, alia non. Ob hanc causam non est tutum nec certum ex odore de medicamentorum temperamento, totaque facultate generatim iudicare: præsertim cum sensus olfactus sit nobis stupidissimus. Attamen præstantiam & bonitatem in vno genere indicat odor. Nam odoratissimum quodque in suo genere præstantissimum est. Quæ odore vacat crassæ sunt essentia, sed calida an frigida sint, non constat: quandoquidem nonnulla ex his calida, alia frigida inueniuntur. Odoris species omnes nomina non habent, sed saporum nomina ad odores transferimus dicentes odorem dulcem, amarum, acrem, acerbum, acidum, pinguem: quoniam similitudo & affinitas maxima est inter hos sensus. Plerique enim odores similiter saporibus nos afficiunt. Nam acida, & acetum ipsum similiter odoratum gustumque mouent: tum acrida, ut allia, capre, non minus quàm gustum, odoratum quoque offendunt, mordicantque. Sic in alijs singulatim similibus propemodū est odoris sensus, sensui gustus. Verum id non est perpetuum: quoniam quæ nobis sapore sunt grata, cum rectè valemus, ferè sunt dulcia: at odore suauissima ferè sunt amara. Galenus duas odoris species siue differentias præcipuas & summas constituit: ad quas odores omnes reducit. Sunt autem illæ odor bonus, siue suavis: & odor gravis siue foetidus. Nam licet dulcis acereque dicatur odor, non item (ut idem Galenus ait) austerus, acerbus, salisus, amarus, dicitur, quæ admodum Aristoteli visum est. Odor bonus, quod ex se est, significat alimentū, & medicamentum, familiare & iucundum esse nostræ naturæ. Quare ea à ventriculo facilius comprehenduntur, & comprehensa in actum reducuntur, optatosque effectus facilius & melius præstant, citra nauseam, vomitum, & præmaturam deiectionem. Idem animam, hoc est, vitam caloremque natium exhilarat, dilatatque: spiritus viris que tum animalibus tum vitales reparat, & reficit. Quo fit, ut lypothymia languentibus caryophyllum, nuxmoschata, odor panis, aceti, vini, & similibus: animū iam amissum reuocent. Odore enim celerim vires reficiuntur. Partes principes facultatum cerebrum, cor, hepar, venter, quæ velut fontes illarū sunt, roborat. Ob quam causam aromatica & semina odorata Hippocrates, Galenus, Mesues, purgantibus miscent, ne scilicet ea vi sua malefica has præcipue partes offendant. Malum & foetidum odorē contrarij effectus sequuntur. Nam foetida tum alimentum tum medicamenta cum horrore, saltu, & ventriculi palpitatione assumimus, eaque protinus, vel non multo post, quàm assumpta sunt, supra vel infra deijcimus. Foetidus præterea odor, qualis à cadaveribus, sulphure, barathris, carbonibus, metallis, & huiusmodi alijs, quandam veluti suffocationē spiritibus & calornatiuo affert, propter pugnantiam quam cum eis habet. Quare quæ malè olent alimenta alioqui nobis familiaria: putrilagine tamen aliqua corrupta, ne gustare quidē tentamus, ex odore solo iudicantes ea nobis esse contraria. Quo modo Galenus herbæ lycopersij succum ex solo odore letalem esse iudicauit, nec

Gale. cap. 21. lib. 4. simpli.
Aristo. ibidem & in pble. & Gale. cap. 3. lib. 2. simpli. & 21. lib. 4.

Aphrodisi. proble. 104. secti. 1. & Gale. cap. 24. lib. 1. & 13. & 23. lib. 3. & 2. & 6. lib. 4. Gale. cap. de mandragora i simpli. Gale. ca. 3. lib. 2. simpli. medi. Aristot. lib. de sensu & sensu. cap. 5. Gale. cap. 22. lib. 4. simpli.

Aristo. lib. de sensu & sensu.

Gale. ibidem.

Aristo. cap. 9. lib. 2. de anima. & lib. de sensu & sensu.

Gale. cap. 21. & 22. lib. 4. simpli.

Gale. cap. 21. lib. 4. simpli. medi.

ibidem.

Gale. commen. in aphor. 8. lib. 2.

Gale. lib. 6. de vsu par. & lib. de vsu respira. & aphor. 3. parti. 8. lib. 6. epide.

Gale. apho. 18. li. 2. & Hippo. i lib. de alimē. & aph. 11. lib. 2.

Gale. lib. 2. de vitæ acu. cōmē. 11. & 12. & lib. quos medica. &c.

Gale. lib. 12. metho. & 7. de vsu par.

Gale. lib. 4. simpli. cap. 17. & lib. 10. cap. de lacte.

5

10

15

20

25

30

35

40

45

50

Theorema primum. XIII

eum gustare est ausus. Quare malè olentia medicamenta vel fugienda prorsus sunt: vel saltem prius, quàm assumantur, odoratorum mixtione corrigenda. Interim tamen foetidorum vsus est, vt in p̄focacionibus vteri. Caterum foetida omnia non esse naturæ nostræ contra-
 5 rita ostendit castoriū. Nam hoc foetidissimum cum sit, nulli nec sumptum nec admotum no-
 cuiſſe repertū est. Odores non secus atq; sapores permixti reperiuntur. Nam lycopersij fuc-
 cus odorem graue & inamœnum habet, sed præterea leuem quandā instar aromatum affert
 10 odoris gratiam. Hęc ad Ioannis Mesuæ enarrationem de odore in hunc locū adducta sunt.
 Qui plura de odoribus scire desiderat, legat Aristotelis librum secundū de anima, & librū
 de sensu & sensibili, & sectionem. xij. & .xiiij. proble. & Theophrastum de natura stirpium,
 & alios autores, quibus nostrum hoc foelix seculum abundat. Nos ne quid Medicinæ studio
 15 sum fugiat, doceamus quid per grauem odorē, & graue olens autores intellexerint: quoniā
 non semper nomina hęc idem significant illis. Grauis odor siue graue olens, Græcis Βαρύ-
 οδμου, foetidum & ingratum interdum vocatur, quod proprie Λυσώδες dicitur. In quo
 20 sensu grauis odor sumitur hic ab autore. Dicitur aliter grauis odor & graue olens, quod ve-
 hementem spirat odorem, quodque ob sui vehementiam caput grauare potest, licet ipsum
 25 suauē sit, & iucundum. In hoc sensu polium, aloë, artemisia, & quędam alia, graue olentia à
 Dioscoride appellantur: & à Marone thymbra grauiter spirare dicta est. Hęc de odoribus
 nouisse sit satis.

Idē lib. 1. ad Glau-
 conem.
 Idem lib. 11. sim-
 pli. cap. de casto-
 idem cap. 17. lib.
 4. simpli.

Inquit Heben Mesues: Iudicia, quæ à saporum sumuntur essen-
 20 tia, præter cætera obseruanda mihi sunt in dijudicandis medica-
 mentis salubribus ab insalubribus. Nam hi medicamentorum vis-
 res immutant, vbi vel modicè variant. Hoc autem loco de saporibus
 tantum nobis est dicendum, quantum ad discernendum me-
 dicamenta bona à malis pertineat, quatenus scilicet eos propriæ
 25 quædam & puræ dispositiones omnino consequuntur.

De medicamentorum delectis à saporum essentia sumpto dicitur quędam præfatur, quę
 instituto necessario visa sunt. In primis iudicia, quæ a saporum essentia & differentijs sumū-
 tur, præter cætera à quibus medicamentorū delectus sumitur, cōmendat. Nec iniuria, quan-
 30 do quidem certissimè & tutissimè gustus (qui solus iudex saporum est) omniū saporum dif-
 ferentias saporū discernit, sed vnius etiam saporis intensiōē & remissionem exactissimè
 dignoscit (sunt enim in saporibus gradus intensiōis & remissionis nō minus quàm in qua-
 litatibus primis, id quod ex Galeno ipso elicere licet) ob hanc causam certissimè omnium,
 à quibus sumitur iudiciū, excepto tactu, indicat sapor. Ad hęc, gustus Aristoteli tactus qui-
 35 dam est: at hominē tactu reliqua omnia animantia superare idem scripsit: vnde sit, vt secu-
 rissimè & exactissimè hoc sensu iudicare possit. Hic accedit, quod ex primarum qualita-
 tum mixtione post tangibiles qualitates primū & maximè sequuntur gustatiles: deinde odo-
 res, & colores: quare cum sint proximè generationi mixtorū, tutius & exactius ab eis expe-
 ctandum est iudiciū. Hæc permutantur in aliam speciē, vel in eadem specie mutantur secu-
 40 dum intensiōē & remissionē. Quibus sensibiliter vel intensis, vel remissis, vel omnino mu-
 tatis: necessum est medicamentorū vires simul immutatas esse. Quam ob causam saporum
 natura & differētia magna cura peruestiganda sunt. De quibus Aristoteles, Theophrastus,
 Plato, Galenus, & pleriq; alij ingeniosè admodum disseruere. Nobis in præfens scrupuloso
 re de saporū generatione Philosophis oratione omiſſa, sufficiat ex memoratis autoribus ea
 45 tantum de saporibus transferre, quæ ad discernenda salubria medicamenta ab insalubribus
 necessaria videbuntur. Singulas enim saporū differētijs effectus quidam peculiare iudi-
 ciaque propria consequuntur. Vt autē accuratè intelligantur, quæ ab autore deinceps scri-
 buntur, necessum est nosse quid est sapor, & quod est ipsius instrumentū: deinde quot saporis
 differētiæ sunt: tum qualis sit impressiōis modus in instrumento cuiq; saporis peculi-

Gale. cap. ult. lib.
 4. simpli. & lib.
 de theri. ad Phi-
 lo. & de antido.

Cap. 15. lib. 3. sim-
 pli. & cap. 1. lib. 5.
 Auerro. cap. 27.
 quinti collecta.
 Gale. ca. 16. & 17.
 lib. 4. simpli. &
 cap. 20. lib. 5. &
 lib. 8. cap. de sola
 no. Aristo. cap. 9.
 lib. 2. de anima &
 cap. 4. lib. de sen-
 & sensu.

Gale. initio lib. 1.
 de facul. natu. &
 Aristo. cap. 1. lib.
 2. de parti. ani-
 ma. & lib. de sen-
 & sensu. & Gale.
 li. de natu. huma.
 Aristo. locis pro-
 ximè adductis,
 Theophras. lib.
 de sapo. Plato in
 timo. Gale. lib.
 4. simpli.

ris: post, qualis sit cuiusque saporis essentia & temperies: præterea, qui sint singulorum saporum, seu temperamenti, quod sapores ipsi consequuntur, effectus: ab his, qualis sit operandi modus singulorum saporum, an scilicet celer, an tardus, an mediocris: qui denique quos roborare, obtundere, castigare possint. Sapor Aristoteli est partis sicca terreneque per humorē ex vi caloris percolatio. Humor ergo omnium saporum communis materia est: efficiens causa calor naturalis cuiusque rei, vel solis, vel ignis. Organum est pellicula expansa in lingua & palato, qua super teguntur: qua a nervis tertia coniugationis orta, linguæ ac palato gustum & tactum suppeditat. Gustatiles differentie, ut quidam volunt, non facile possunt comprehendere numero: sed maxime vulgaræ & notissima septem vel summum octo sunt, ad quas cætera omnes reducuntur. Quarum generationis ordo hic est: acerbus, austerus, acidus, dulcis, sal- sus, amarus, acer. Quibus additur à Mesue aqueus siue insipidus: & unctuosus cū Theophrasto & Galeno. Reliquæ gustatiliū qualitatum differentie vel in has incidunt, vel ad has reducuntur, vel certè ignotæ & obscuræ sunt. Saporis cuiusque effectus, operandi modus, castigatio, essentia, temperamentum, impressio, partim in singulis saporibus declarabitur ab auctore: partim à nobis ipsius vestigia sequentibus.

Cap. 9. lib. 2. de anima. & cap. 4. lib. de sen. & sen. Gale. cap. 16. lib. 4. simpli. & lib. 2. 8. 9. 16. de usu parti. Gale. cap. 36. lib. 1. simpli. & cap. 14. lib. 4.

Gale. lib. 1. & 4. simpli. medi.

Acre enim medicamentum facile inflammatur, mordet, penetrat, vrit, ulcerat, aperit, flatus dissipat, siccatur, sitim excitat, emaciat, incidit, tenuat, diuidit, è longinquo attrahit, resoluit: citò & validè operatur: & cū sit tenuis substantiæ, amarum, & cætera imbecilliter & tardè purgantia roborat.

Aphrodi. de hoc, & alijs saporibus agit proble. 66. secti. 2. Aphrodi. proble. 74. secti. 2.

Substantia. Gale. cap. 17. lib. 4. simpli. idè cap. 35. lib. 1. & in proemio lib. 9. Temperamentum & impressio. Idem cap. 2. 17. 18. 20. lib. eiusdè & cap. de zinzibere.

In lib. de genere & corrupt.

Gale. lib. 12. metho. med. ad finè. Gale. cap. 15. lib. 2. de differe. febril. Idè lib. 4. metho.

Seò præcipue cap. 25. lib. 5. & 16. 17. 18. lib. 4. Operandi modus.

Gale. cap. 25. lib. 5. simpli.

¶ Cū quidam ex saporibus frigidi sint, & citra temperatum, acerbus scilicet, austerus, acidus, insipidus: alij calidi & ultra temperatum, ut falsus, amarus, acer: & inter hos dulcis sit medi- dius: Ioannes Mesues in declarandis saporibus à calidis exorsus est: inter quos quoniam sen sui notissimus & omnium calidissimus est acer, ab eo dicendi exordium sumit. Acer itaque, qui acutus vulgo nuncupatur, ignea vel aerea constat substantia: largam habet humiditatem coniunctam, nisi ex amaro acris factus sit. Est autem omnium saporum calidissimus, linguam attactu rodens & vrens: at interim siccitatem, interim humiditatem copiosam sequitur. Atque dum humorē habet coniunctum: multum præsertim & lentum: tardius exerit suam actionem, sed diutius eam excitatam seruat. huiusmodi sunt allium, ranunculi species quedam bulbosa, zinziber, arus, & pleraque alia. Contrà quæ acria sunt & sicca ut piper nigrum, sinapi, euphorbium: celerius & fortius suam actionem exerunt, sed non æquè diu eam excitatam seruant. Huius effectus ut aliorum ferè omnium scripsit Galenus lib. iij. & ad finem quinti simplicium medica. quos hoc loco fulè persequitur Mesues. Acre inflammari facile ait: quoniam symbolum cum igne & calore nostro est: at symbola Philosopho auctore facilius & promptius in se inuicem transmutantur. Acria igitur calida sicca, & calida humida, expeditissime à nostro calore actu calida fiunt: deinde promptissime etià in nos agunt, partesque attactas flammeo quodam calore incendunt. Idem mordet, vrit, ulcerat, quia potèter calidus. Sitim non omnia acria excitant. Nam quæ humiditatem largam & lentam habent, ut allium: ea non mouent sitim, quanquam Dioscoridi aliter visum est. Acre attrahere quoniam calidum, & quò vnūquodque est calidius, eò potentius attrahere euidentius est, quam ut ratione aliqua confirmari debeat. Reliqui saporis acris effectus notissimi sunt, quos qui cupit auctoritate comunire, legat quinque primos libros simplicium medica. Galeni, & proemium lib. noni eiusdè operis, Timæi Platonis, & quæ nos de effectibus caloris in superioribus scripsimus. Citam validamque exerit actionem, tum ob calorē vehementem, quem in se complectitur, quo purgatricem vim non mediocriter iuari diximus: tum quoniam morso partes internas vellicat, & ad excretionem proritat: tum quia substantia tenui constat, quæ facile à nostro calore alteratur, in actumque redigitur: deinde conuersa in nos celerrimè agit. Huiusmodi substantia tenuis ignea est, & interdum aquea. Quæ licet tenuis semper sit, tamen acria quedam crassa dicimus: hoc est, alijs eiusdem generis crassiora. In triplici substantia genere reperiuntur saporibus,

5
10
15
20
25
30
35
40
45

crassa, mediocri, tenui, Acre tenui & ignea constat substantia, amarus crassa & terrea: hanc Cassigatio,
ob causam acer mixtus amaro tardam actionem amari accelerat: quoniam ex utroque mix-
tum tenuius, calidius, & mordacius euadit, ob acris saporis admixtionem. Ob eam etiam
causam omnia, quae imbecilliter & tarde operantur, qualia sunt salsa, vinctuosa, insipida,
5 acerba, austera: ab acris vires assumunt.

Amarum autem siccatur, consumit, sitim generat, orificia venarum
aperit, a putredine praeseruat, attrahit, sed tardius quam acris;
terget, resoluit, incidit, tormina excitat, conturbat, vlcera, haemorrhagiam mouet, flatus dissipat: tarde operatur, sed valenter,
10 suaque crassa substantia acris obtundit.

Huius saporis substantia terrea tenuis est, id est, terrea a calore tenuata. Terrea enim vasa
tenuia euadunt, ut calx vasa, fuligo, cinis. Caterum crassioris substantiae quam acris sunt, mi-
nisque calida, sed tenuiora astringentibus. Non tamen simpliciter tenuia sunt, sed quate-
nus terreis datum est esse tenuibus. Amara linguam dum gustantur abluunt, abstergunt, &

15 aliquid de natura eius colliquant, ingrataque valde nobis sunt summe amara. Calida sunt
& sicca. Nam ex partium terrestrium vitione amari saporis est origo. Vruntur autem vel a
suo insito calore, vel a calore Solis, vel ignis. Notissimus est hic sapor cunctis in felle, &
aloe: quare longiore explicatione non eget. Auerroës nouam quandam commentus est gene-
rationem saporis amari, nepe ex frigore & siccitate, qua opium, & fructus quosdam ait esse

20 amara. Nos cum Galeno & veteribus amarum a calore & siccitate semper fieri asseueramus,
existimantes opium, & quae huiusmodi sunt, frigida scilicet & amara, simul ex diuersa sub-
stantiae rebus, & temperamenti dissimilis, nec ijs per totum confusis, esse conflata: quemadmo-
dum de hyolcyamo, mandragora, cicuta, & huius generis alijs in capite de odore diximus.
Ex quibus substantijs vna est amara, calida & sicca, sed haec exigua est: altera frigida, quae

25 quia est copiosior, effectu vincit. Sed cum amarus sapor in opio vincat, non ab re quaeret ali-
quis, quam ob causam opium non dicitur calfacere, si amarus sapor a calore semper est, &
ex sapore dominante de medicamentorum temperatura iudicandum est. Cui quaestioni respon-
demus dicendo rerum quaedam esse genera, quorum vel exigua portio, maximam sui ostenta-
tionem praebet: qualis est color rubeus. Paululum enim sanguinis, vel similis alterius rei ru-
brae, maximam copiam aquae inficere potest. Huius etiam generis est sapor amarus, nam hu-
ius momentu dulci, vel insipido largiori mixtum, totum amarum reddit. Ad haec, calor sem-
per praecedat & emicat, licet aequali mensura & gradu cum frigido sit, quia potentior est, &
vi agendi maiori pollet. Quamobrem a Philosophis & Medicis *Απαστι Κωτα Τον* dicitur.

30 Dicimus igitur in opio largam esse substantiae aquae frigidaeque vim, amara & calidae pauca-
lam: ob idque opium refrigerare valenter: ceterum quonia sapor amarus naturae nostrae ingra-
tissimus est, & quia calidus, vehementius afficit gustum: aqueus imbecillius, aut nihil (est
enim priuatio saporum, potius quam sapor, uti dixit Auerroës) vbi in eodem uterque est mix-
to, amarum extare, & insipidum latere. Id quod euidentius in lactuca apparet. Nam in hac
substantia quaedam est lactea & dulcis, quare calida est pro dulcedinis modo: est & alia sub-
stantia frigida propter quam refrigerat, stupore dentibus affert, & interim interficit, si im-
moderatus summatur. Dulcis illa substantia facile amaritudinem contrahit: frigida difficul-
ter amarescit: propter quam amaritudinem, quam ferè solam apprehendit gustus, fatendum
quidem necessario est lactucas aliquid caloris habere, neque ob id calidas esse, sed potius fri-
gidas. Quoniam frigida substantia, quae copiosior est, multo superat calidam. Lactuca etiam
40 syluestris, & seridis species, quatenus sunt amarae, calidae sunt: ceterum frigidas esse autori-
tas & experientia conuincit. Nunc redeundum est, vnde digressi sumus. Sapor igitur ama-
rus a calore & siccitate semper est, sicuti veteribus tum Philosophis tum Medicis placuit:
nunquam a frigiditate & siccitate, ut Arabi Auerroei visum est. Siccatur, tum per se, quoniam
ipse temperamento sicco est: tum per accidens, quoniam calidus est. Calidum enim humorem

Substantia, impres-
sio temperies.
Gale. ca. 8. 10. 16.
17. 18. 19. 20. lib.
4. simpli. & li. 4.
cap. de abrotano.

Gale. ca. 18. & 19.
lib. 4. simpli.

Cap. 27. lib. 5.
collectane.

Vide Gale. lib. 3.
simpli. medica.
cap. 14. vbi fufius
de re non dissimi-
li agit.

Gale. lib. de cōsti-
tu. artis medicae.

Gale. li. 5. simpli.
cap. de lactuca, &
lib. 8. cap. de seri-
de, & 2. alimen-
cap. de lactuca, &
3. tempera. & cap.
17. lib. 3. simpli.
medi. & cap. 22.
eiusdem lib.

Effectus.

Libri primi

à se tenuatum resoluendo siccat. Quibus duobus modis humores in quacunq; parte conten-
tos sumptus & admotus consumit. Sitis vtrâq; causam in se habet, quoniam calidus est &
ficcus. Venarum orificia aperire posse, quæ vehementer sunt amara, ne dubites. Siquidem me-

Gale. capit. 26. &
27. lib. 3. simpli.
& com. i aphor.
47. lib. 6.

dicamenta anastomatica, hoc est, quæ orificia venarum possunt referare, crassarum sunt par-
tium, acria, & mordacia. Galeno cap. xij. lib. iij. simpli. medica. & xxv. lib. v. Nam dum hæc
orificia venarum vlceraunt, & mordent, earum vires dissoluunt, atq; deiciunt, quibus deie-
ctis, sanguis per earum ora erumpit. At amara crassarum sunt partium, imò crassiorum, quam
quæ acria peculiariter vocantur. acria etiam eadem sunt generatim sumpto nomine, acre, vt
cap. xvij. lib. iij. simpli. medica. & mordicant, vt liquet ex capite. xvj. & xvij. lib. eiusdem, &
ex initio lib. iij. compo. ph. p. Sunt ergo amara, crassæ substantiæ, acria, & mordacia. Ad hæc
amari sapes admoti vlcerebus mordent: mordebunt igitur sumpti, ex capite. xvij. lib. iij.

Aristo. cap. 1. lib.
4. meteo. & Gal.
cap. 19. lib. 4. sim-
pli. & lib. 1. feb.
cap. 5.

simpli. A putredine præseruat: quoniam putredinis mater est humiditas excrementosa, quam
amara siccando consumunt: nam & ipsa siccissima sunt. Ea de causâ diutissime amara ser-
uantur & seruant citra corruptionem. Attrahit, quia calidus est: tardius tamen quam acre,
quoniam minus calidus minusque tenuis est. At enim à potentiore calore potentiore actio ex-

Gale. cap. 11. lib. 1.
simplici. & lib. 3.
tempera.

pectanda est: & à tenuitate substantiæ celeritas agendi medicamentis inest. Diutius tamen
agit amarum quam acre, quoniam crassioris est essentiæ: quâobrem non ita citò à nostra natu-
ra vincitur. Tormina excitat, conturbat, vlceraunt, morfu: calore, flatus dissipat. Hamorrh-

Agendi modus.
Gale. ibidem.

giam, id est, sanguinis fluorem, excitat: quoniam anastomaticum est. Tardius quam acre actio-
nem suam exerit, ob suæ substantiæ rationem. Crassâ enim & terrena, qualia sunt amara, non
ita facile à nostro calore alteratur, atq; tenuia: & alterata, non æquè citò actionem suam prom-
unt, & perficiunt. Agunt tamen fortiter & diu: quoniam huiusmodi medicamenta caloris

Caligatio.

vim diutius retinent, & cõtumaciùs partibus inhærent, vt non facile possint expelli. Amarum
acri permixtum suæ substantiæ crassitie obtundit, & tardiore reddidit actionem acris. Nam
non æquè facile alterat, & alteratur, & penetrat, quod mixtum est ex vtroq;. Adde calorem
acris vehementissimum remitti & quodammodo dilui mixtione amari. Non aliter atq; tepi-
da aqua feruentissime mixta caloris intentionem minuit.

*Salsum verò incidit, terget, tenuat, liquat, mordet, à putredine
præseruat, conturbat, subuertit, ad vomitum præparat, siccat, si-
tim excitat, asperat, expurgat radendo, aperit: tardè & imbecilliter
ter operatur, estque mediocris substantiæ, & omnia imbecilliter
& tardè soluentia roborat.*

Gale. cap. 17. lib.
4. simplici. & 35.
lib. 11.

¶ *Calidissimus saporum est acer, hunc sequitur proximè amarus, deinde salsus, post dulcis.
Atq; horum omnium ampla est latitudo. Nam quod magis acre, amarum, salsum, dulce est,
magis quoq; est calidum: quod verò minus, tantum amittit caloris, quantum abest ab exacta*

Impressionis mo-
dus.

gustus qualitate. Salsus igitur sapor inter calidos sapes reponitur: amaro affinis est, lin-
guam attactu non contrahens, neq; constipans, vt astringentia, sed detergens, & abluens, le-
uius tamen & moderatiùs, quam amarus. Essentia ipsius terrea est & crassa, calida & sicca:

Essentia, temperies.

minus tamen calida & magis crassa quam amari: autore Galeno cap. xx. lib. iij. simpli. medica.
Validius siccat, quam acre, licet minus calidum sit, vt lib. iij. de victu acutorum Galenus do-
cet. Hunc saporum nil melius, quam sal exprimit, à quo sumpsit nomen. Nitrosus sapor à ni-

Nitrosus.

tro dictus ad hunc, vel ad amarum, reduci debet, quoniam vtriusq; est particeps: siquidem ama-
rus ex nitroso provenit intentione: salsus verò aut nitroso imbecillior est, aut astringentis
assumit aliquid. Sapor salsus incidit, tenuat, liquat: quoniam calidus est, terget, vt in confesso

Gale. cap. 37. lib.
1. simplici. & lib. 9.
cap. de salibus.

est. Mordet ob acrimoniam, quam à calore habet, & ob siccitatem auctam. Galenus in simpli.
medica. tres dixit esse sapes mordentes, acrem, amarum, acidum: quibus scitè admodum
Mesues salsum adiecit. Salsum liquare ostendunt carnes salitæ, quæ primùm plurimam ex se

Cap. 17. lib. 4.
simpli.

reddunt humiditatem, inde sicca euadunt. A putredine præseruat: quoniam humiditatem, quæ
putredinis causâ materialis est, absumit siccando. Conturbat, subuertit, ad vomitum præpa-

Theorema primum. XVI

rat: largam & copiosam eliciendo humiditatem tum liquando, tum calore trahendo, tum os vetriculi rodendo: qua offensum. symptoma huiusmodi patitur. Veruntamen hec de ex-
 aete falsis intelligantur dicta, alioqui si mediocritas sit, gratissimus est hic sapor vetriculo:
 adeo vt nihil ferè iucundum sit, quod non sit sale conditum. Hinc Latini insulsa vocat, quæ
 5 nullam habent gratiã nec iucunditatem. Et vt sunt iucundissima, quæ mediocriter sunt sal-
 sa, sic iniucundissima sunt vehementer salsa, & quæ profus sale vacat. Quoniam igitur vehe-
 menter salsa humorem largum eliciunt, & ori vetriculi ingrata sunt ob morsum: vetricu-
 lum turbant, subuertunt, & ad vomitum prouocant. Salsum fizzare, & sitim excitare, cunctis
 10 ctam illi mordicationem. Aperit, quia calidum & mordax. Quæ omnia tardè & imbecilliter
 perficit, ad acre & amarum collatum: quoniã crassiori constat essentia, quàm illa: minisque
 crassa, quàm astringentia: & media inter terrestrem & aqueam. Salza enim humorem habet
 coniunctum, qua de causa non æquè, atq; amara ficcant. Robur addit imbecillioribus se, vt
 15 vnctuosum, insipido, dulci. Nam salsum pungendo & mordendo stimulat partes ad excretio-
 nem, vt sal inditus clysteribus argumento est.

Corneli. Cel. cap.
23. lib. 2. & 24.
eiusdem.

Modus agendi.

Castigandi vis.

Vnctuosum item lenit, lubricat, laxat, mollit, abominabile est,
 & nauseabundum, flatus gignit, obstruit: imbecilliter & tarde agit,
 suaque mediocri substantia acre, amarum, salsum reprimat.

¶ Vnctuosus sapor (qui oleosus, & pinguis dicitur) & vineus, & molleus ad dulcem sapo-
 20 rem reducuntur. Nam dulcis saporis magna est latitudo, vt iam iam dicturi sumus. Vnctuo-
 sus exasperatas ac veluti erosas linguæ particulas, sine manifesta voluptate velut mungit, im-
 plet, ac in statum suum reducit. Quem exactè representat fructus oleæ, ricini, sesami, nuce,
 & reliqui omnes fructus, ex quibus oleum conficitur. Aquea & aerea constat essentia: tem-
 peramento mediocriter calido, & abundè humido. Huius & dulcis effectus ferè iidem, hoc
 25 solum differentes, quod dulcis sapor naturæ amicus sit. Lenit, lubricat, laxat, mollit, abomi-
 nabile est, & nauseabundum: ob humiditatem largam & pinguem, ob quã os vetriculi ex-
 oluitur: laxatur, & cetera accidètia, quæ diximus, tum hoc, tum reliquæ omnes corporis par-
 tes, patiuntur. Et latus gignit, quoniã larga humiditas, quæ in eo est, materiã flatibus generan-
 dis exhibet: calor imbecillus efficiens causa est. Obstruit, quia largam & lentam habet hu-
 30 miditatè, quare tardè meat, & in angustiis meatibus facile heret. Imbecilliter & tarde agit:
 tum ob motus tarditatem, tum ob remissum calorem, tum etiã quia acrimonia & morsu va-
 cat: quæ actionem accelerare solent. Substantiam, vt diximus, mediocrem habet, quoniam
 aqueus & aereus est, quæ elementa mediocri essentia constant. Acre, amarum, salsumq; repri-
 mit, calorem & siccitatem, immodicã eorum mixtione obtundendo & remittendo: crassam
 35 præterea amari & falsi substantiam quodammodo diluendo, corrigit.

Gale. ca. 36. lib. 1.
& 8. & 9. lib. 4.
simpli. & Aristo.
lib. de sen. & sen.
Impressio.
Gale. cap. 25. lib.
5. simpli. & 7. li.
4. & 37. lib. 1.
a Essentia, temp-
ries, b Effectus.
Idem cap. 25. lib.
5. simpli. medica.

Idè li. 6. de caus.
& disse. sympto.

Agendi modus.

Idem cap. 25. lib.
5. simpli. medi.
Castigatio.

Dulce lauat, lenit, obstruit, flatulentum est: imbecilliter opera-
 tur, sed nec citò, nec tardè, sed in horum medio: suaque mediocri
 substantia acre, amarum, acidum, reprimat, sed insipidum roborat.

¶ Dulcis sapor, animalibus cunctis gratissimus, & solus nutrimento est: reliqui si exacti sunt,
 40 id est, in sua natura absoluti, nec vlla ex parte dulcis saporis participes, nutrire non possunt.
 Nutrimentum ergo aut dulce est, aut dulci permixtum. Afficit eodem modo linguam, cate-
 rasque partes, atq; sapor vnctuosus: verum id facit cum voluptate quadã, quo ab vnctuosus
 secernitur. Aerea est & aquea huius saporis essentia, vt vnctuosus: temperies calida & humi-
 45 da interim dicitur esse, sed mediocriter: interim temperata, vt medius omnium saporu tem-
 perie statuatur. Nam licet interdum res dulces frigide dicantur, interim calidæ, interim tem-
 perata: nulla tamen in dictis pugnancia est. Quandoquidem sapor dulcis, vt ceteri omnes sa-
 pores, latitudinem quandam habet, quæ non ineptè per gradus diuidi possit. Igitur cum res
 subdulcis est, pro dulcedinis modo calida dicitur: cuius si plurima substantia aquea est, fri-
 gida eadem non immeritò dicitur. Hoc modo pituita quædam species dulcis vocatur, sed

Gale. cap. 8. & 9.
lib. 4. simpli. &
Aristo. cap. 4. lib.
de sensu & sensu.
Impressionis mo-
dus.
Essentia, tempera-
tura.
Gale. ca. 35. & 37.
lib. 1. simpli. & pe-
nul. li. 5. & comè.
2. lib. 3. de vict.
acu. & Arist. cap.
2. lib. de longi. &
breui vitæ.
Gale. ca. 36. 9. li.
4. simpli. & Ma-
nar. epist. 4. li. 13.

Libri primi

frigida existimatur. Sic etiam lac frigidum est, sed eâ pituitâ calidius. Hoc calidior sanguis est, & sanguine mel. At in quibus mediocris est dulcedo, mediocris etiam temperies est: & omnia quatenus sunt dulcia, mediocrem & temperatum habent calorem. Nam dulcis generatio à mediocri calore est. Dicuntur tamen calida, vel frigida, dulcia: cum alia in eis dominatur substantia: at exactè dulcia temperata sunt. Quæ licet interdum calida & humida dicantur, temperata esse nihil vetat. Nam tepidum, quod temperato est frigidius, calidum interrim dici consuevit. Ad hunc saporem, ut diximus, reducuntur vinctuosus, siue pinguis, vinctuosus, melleus, & lacteus. Quoniâ hic sapor nature animalium familiaris & gratus est, quia nature sanguinis & carnis conuenit: omnia propemodum medicamenta melle & saccharo officinæ condiunt, quò gratiora sint ægrotis simul & vtiliora. Dulcia enim, quia iucunda, faciliè natura amplectitur, & in alimentum conuertitur: ac inde refocillata & veluti reuiuiscens, actiones suas excitat, & valentiùs morbo resistit. Sed in his modus est seruandus, ut sic sapore dulci condiamus medicamenta, ut viribus in eis desideratis non frustremur: præsertim in calidis corporibus, siue ea nature ratione, siue morbi, siue ætatis, siue tēporis anni, siue conditionis vitæ talia sint. Nam in his dulcia exactè promptè vertuntur in bilem. Obstructiones generat hepatis maximè & lienis. Quoniam enim visceribus his sunt amica, cruda affatim ab eis rapiuntur: & plus, quàm par est, propter dulcedinem assumitur: quare etiâ ægriùs coquantur, vnde obstructions oriri necesse est. Hinc excipi volunt saccharum & passas vvas: quæ liberare potiùs obstructions, quàm generare creduntur. Reliquæ effectuum causæ ex his, quæ de sapore vinctuoso diximus, notæ sunt. Solut imbecilliter, quoniâ humidum & calidum mediocriter est. Quam ob rem nature nostræ gratum & iucundum est, nullam insignem vim illi inferens. In tarditate & celeritate agendi medium obtinuit. Nam non æquè tardè ac vinctuosum agit, quoniam celerius à natura ad suum opus incitatur, quia familiare illi & amicum est: nec valdè celeriter agit, tum quoniam à natura retinetur, quia iucundum, tum quia stimulus nullus illi inest, qui facultatem excreticem lacescat. Itaque medium obtinuit substantiâ, temperie, generatione, actionis celeritate & tarditate. *Permixtum acris, amaro, acido, corû acceleratas actiones reprimit. Acris calorem admixtione obtundit: eius tum substantiæ tenuitatem mediocritate suæ substantiæ incrassat, tum morsum obtundit. Amari calorem hebetiorem reddit, morsumq; tollit. Acidi celerem & festinâ actionem mediocrem reddit. Non desunt, qui, falsi, legant, vbi nos legimus, acidi. Nobis tamen magis placet, ut legatur acidi. Quoniam capite tertio secundum theorematem scribit, inutilem esse permixtionem dulcis cum falso. Inspidum roborat, quoniam inspidum frigidum est & ingratum, quod per mixtionem dulcis gratiùs & iucundiùs euadit, celerius & melius à ventriculo amplectitur, in actumque reducitur.*

Inspidum lubricat, flatulentum est, extinguit, obstruit, densat: tardè & imbecilliter operatur, suâque substantia mediocri, acre, amarum, falsum, acidum, reprimit.

Inspidus sapor, quem ἄωριον Græci vocât, id est, qualitatis gustatilis expertem, aqueus etiam dicitur, estque veluti priuatio omnium saporum: quem aqua exacta ad vnguem representat. Hydropotæ tamè, quod mirum est, qualitates quasdam in aquis percipiunt, per quas longo vsu has ab illis distinguunt. Sed tamen qualitates hæc gustatiles verbis exprimi nequeunt. Aquea est huius saporis essentia, quamobrem frigidum & humidum est temperamento ut aqua. Linguam nullo insigni sapore inficit, dum gustatur: id quod huic saporis peculiaris est. Incrassat, cogit, contrahit, constringit, extinguit, atq; stupefacit: quia frigidus est. Obstructioni semina præbet, ut aqua, ob eandem causam. Tardè imbecilliterque agit, quod irritamentum nullum habeat, quo facultatem expultricem promoueat: & quod frigidum sit. Frigida enim inepta sunt ad motum. Flatibus generandis vberimam materiam præbet, ob remissum calorem, & largum humorem: quæ duo flatu causæ sunt. In tenuitate & crassitudine substantiæ medium quodammodo obtinet. Nec solum acre, amarum, falsum, acidum, reprimit: sed etiam omnes qualitates gustatiles exoluere potest.

Gale. cap. 6. li. 2. de differ. feb. & cap. 6. lib. 4. simplicii.
Gale. cap. 20. lib. 5. simpli. & lib. 2. facul. natu. ad finem.
Idem cap. 9. & 11. lib. 3. simpli. medici. & cap. 1. li. 7.

Alius cap. 13. lib. 5.

Ex Gale. cap. 16. lib. 4. simpli. & lib. 2. facul. natu.

Idem lib. 13. metho. meden. & com. 2. & 10. lib. 3. de vic. acuto. & Corne. Cel. ca. 2. lib. 1. & Aphrodisi. proble. 1. secti. 2. & Gale. li. 2. alim. cap. de ficibus. Agendi modus.

Castigatio.

Gale. lib. 1. alim. cap. de lupinis, & lib. 2. cap. de cucurbita.
Gale. ca. vlti. lib. 4. simpli.
Essentia, temperies, effectus, impressio.
Gale. cap. penul. li. 5. simpli. & lib. 3. de vic. acu. text. & commen. 39.
Agendi modus.
Gale. lib. 2. de locis affectis.
Essentia.
Idem cap. vltimo lib. 4. simpli.

Theorema primum. XVII

Stypticum vnit, intrò cogit, roborat, conglutinat, inspissat: tardè & imbecilliter agit, suaque substantiâ crassa prædicta omnia obtundit, quibus acre, & falsum, vires addunt.

- ¶ Styphon Græcis, vt Latinis astringens, genus est ad acerbum & austerum. Quare non in-
 5 eptè Ioannes Mesues sub styptico sapore acerbū & austerum cōplexus est. Est enim vtrius-
 que natura valde affinis, differens maioris minorisq; ratione, vt cap. vj. libri. iij. simpli. Acer-
 bum enim intensum austerum est, vt Galenus scribit lib. iij. methodi medendi. Recentiores
 austerum nomine generis stypticum vocāt, vt Galeno interdum styphon dicitur: acerbum
 illi ponticum nuncupāt, quem hic *στυφὸν* appellat. Tam acerba, quàm austera terrena
 10 sunt, & crassa corporis consistentia: temperamento frigido & sicco, vt terra. Acerba lingua
 admota validissimè eam siccant, contrahunt, & in multam vsq; profunditatem exasperant,
 asperum quendā inæqualemq; sensum mouēt: huiusmodi sunt galla immatura, hypocisthis,
 balauustum, rhus. Austerus eodem modo linguam afficiunt, sed imbecillius. Austerus enim
 acerbis exolutus est: cuius generis sunt malpunicæ species, cydonia mala, & reliqua mensis
 15 apta. Exoluitur autem acerbis tum à calore, tum ab humore, tum ab utroq;. Astringentia
 substantiâ, qualitate, & facultate, vehementer ab acerbis dissident, vt ostenditur à Galeno
 in proemio lib. ix. simpli. medica. Stypticum laxas partes vnit astringendo, & humores spi-
 ritusque intrò cogit, & coeret repellendo & astringendo. Contrahit, constipat, condēsat,
 & constringit substantiâ nostram: & ob id cuius parti admotum, illam continuo rugosam
 20 & contractam reddit. Idem glutinat: nam glutinâtia sicca & astringentia scripsit esse Gale-
 nus. Roborat: partes laxas constringendo, & spiritus calorisque natiui dissipationem pro-
 hibendo. Imbecilliter & longo tempore actionem perficit, tum quoniâ frigidum & terre-
 stre est, ob quod pigrum est ad motum: tum etiam quod nihil est, quod ad excretionem irri-
 tet partes ratione astringentis: quinpotiùs astringentis natura sua aluum sistit. Ad hæc, quia fri-
 25 gidum & astringens, quibus nominibus viam sibi præcludit: & quia crassum & terrenū, per-
 meare nequit, longòq; tempore à nostro calore in actum reducitur. Saporum omnium in-
 tentionem exoluit stypticum: quoniam opponitur eis vel substantiâ, vel temperamento, vel
 tarditate motus, vel virtute roborante. Acre autem & falsum (quibus & amarum quibusdâ
 additur) vires addunt omnibus, quæ imbecilliter & tardè solunt: quæ etiam stypticum re-
 30 primit.

Acidum deniq; penetrat, aperit, incidit, diuidit, tenuat, densat,
 asperat, terget, extinguit: citò agit, sed in medio valentium & im-
 becillium est: estque substantiæ tenuis, & acre obtundit, dulci &
 insipido vigorem addit.

- ¶ Acidus sapor, acetosus perperam à quibusdam dictus, effectis maxime conuenit cum acri,
 35 excepto quod acre calfacit, attrahit, & digerit: acidus refrigerat, & repercutit. Linguâ dum
 contingit, mordet, rodit, fermentatq; & omnes effectus, quos Mesues illi ascribit, præstat re-
 frigerando & repercutiendo, quo ab acri, fecerni diximus. Nascitur aciditas dum à calido
 mutantur, & alterantur res: ita tamen vt calidum non superet. Terrea substantia humore lar-
 40 go dissoluta acidum procreat. Explorandus est hic sapor in oxylapatho, & oxalide: quo-
 niam in his maxime simplex & syncerus apparet. Penetrat, aperit: quia tenue & mediocri-
 ter frigidum est à calore alteratum. Incidere, diuidere, tenuare commune illi est cum acri.
 In eo tamen differunt, quod acre calfaciendo, acidum refrigerando, id præsent. Densat &
 extinguit, quoniam frigidum est. Asperat, quoniam inæqualitatem partium efficit. Abster-
 45 git humores crassos, incisos, & à se tenuatos à partibus remouendo, deorsumque pellendo.
 Celeris est eius actio: quoniam mordicatione non vrente partes, quas contigit, ad excretio-
 nem irritat: & quoniam tenui & mediocriter frigida substantia constat, facile alteratur, &
 alterat. Sed mediocris est hæc actio: tum quia frigidum est, quò fit vt frigiditas tenuitati sub-
 stantiæ, a qua velox expectanda erat actio, resistat: tum quia morsus acidi saporis mediocris

Gale. lib. 1. alimē.
 & cap. 35. li. 1. sim-
 pli. & 2. alimen.
 cap. de promif. &
 lib. 2. de locis af-
 fec. cap. 2. & cap.
 6. lib. 4. cōpo. ph.
 g. & li. 4. metho.
 & lib. de euchy.
 & cacochy.

Essentia, & esperan-
 tia, impressio.
 Gale. cap. 6. lib.
 4. simpli.

Cap. 7. lib. 4. sim-
 pli. medi.

Effectus.
 Gale. cap. 34. lib.
 1. simpli. & in pro-
 oemio lib. 9. & li.
 1. sani. tuen.

Gale. li. 3. metho.

Agendi modus.
 Idem initio lib.
 2. de locis affe. &
 cap. 4. lib. 3.

Castigatio.

Gale. cap. 25. lib.
 5. simpli. medi.

Impressio.
 Idem cap. 35. lib.
 1. simpli. medi. &
 7. eiusdem & 11.
 12. 4. lib. 4.
 Aphrodi. proble.
 65. secti. 2. & Ga-
 le. lib. 2. alimen.
 capite de malis.
 Effectus.

Idem lib. 2. ali-
 mento.

Agendi modus.

Libri primi

castigatio. est. Acre obtundit, quoniam temperamento illi repugnat. Dulci & insipido vigorem addit: quoniã morfu eorum pigram, & debilem, vel debilem & mediocrem actionem accelerat.

¶ Digressio.

¶ Ex his saporum differentia vtcunq; cognosci possunt, quarum numerus quoniam non est planè definitus, si qua præter has saporis differentia reperiatur apud autores, ad has octo cam reducendam esse censemus. Admonendus præterea lector est, vniuersa quæ à nobis de saporibus dicta sunt, ad sapores exactos, id est, meros & synceros referenda esse: quales in paucis medicamentis reperias. Siquidem maxima pars medicamentorum duos, vel plures saporibus dicta sunt, ad sapores exactos esse nequit. Ex astringentibus enim (vt idem de alijs polliceat) quedam præter astringentem acrimoniam habent, alia pinguitudinem, alia dulcedinem, alia amaritudinem, alia falsedinem, alia aciditatem: ex quorum singulis diuersi effectus expectandi sunt. At syncera astringentia vnum id semper est, quod est, vti & falsitas, dulcor, & aliarum qualitatum gustabilium vnaqueq;. Ex quibus similes semper expectandi sunt effectus. Nam idem quatenus idem semper idem facit Aristotele auctore. Ob hanc causam inquirenda tibi sunt medicamenta, quoad eius fieri potest, simplicissima, & simplici sapore, vel certè eximio prædita: in quibus exercendus gustus est assidue gustando, plurimumque mandendo: tum impressionis seu affectionis modus diligenter memoriæ mandandus est, vt post mixtos sapores exactè discernere queas. Id quod dum fit, lingua nullo alio, sapore infecta esse debet. Nam cum humore aliquo, seu gustabili aliqua qualitate imbuta est, nequit accuratè diiudicare sapores: quin potius iudicat, quæ gustatur tali sapore esse prædita, quali erat id, quod prius gustauit, vel quo ipsa imbuta erat. Ob hanc causam febricitantes omnia, quæ gustant, iudicant sæpè esse amara, falsa, insipida, acida, dulcia: quia lingua imbuta est salua biliosa, falsa, insipida, acida, dulci. Ex his cuius perspicuum est hallucinari eos, qui duplicè saporem amarum, & acidum comminiscuntur, vnum exactum, hoc est, nullius alterius qualitatis gustatilis participem: alterum minus exactum, id est, alijs qualitibus gustatilibus commixtum: quoniã ij de medicamentis, vt de saporibus verba faciunt: cum saporibus ipsi simplicibus semper sint, & perpetuò eodem se habeant modo, effectusque eosdem nunquã non præstent. At medicamenta ipsa vt rhabarbarum, acetum, sæpius varios sapores habent in se confusos, eosque sæpius pugnantibus & contrarios, vt rhabarbarum astringens est & amarum, acetum acidum & acre: sed non ob id saporum species plures sunt: alioqui quid vetat saporis dulcis plures species ponere, siquidè dulcedo astringenti, & omnibus ferè saporibus mixta reperitur? Idem in alijs saporibus reperire est. Quod cum sit planè absurdum, præstat, secundum gustabilium qualitatum varietates saporum differentias numerumque diffinire, quæ admodum veteres præceperunt. Hactenus quæ ad saporum essentiam, effectus, agendi modum, & castigationem pertinebant, exposita vtcunq; sunt: superest vt ad medicamentorum delectum (propter quem præcipue sermo de saporibus in hoc theoremate institutus est) à saporibus sumpta indicatione perueniamus.

Scito igitur medicamēta exactè acria omnium esse deterrima, quale est euphorbiū, & mezereon: exactè amara minus esse magna, vt colocynthis, cucumer agrestis, & similia: in horum medio esse, quæ simul sunt acria & amara, vt scammonium. In summa quanto medicamentum ab acri & amaro sapore recedit longius, tanto est benignius.

¶ Medicamenta exactè acria, amara, falsa, dulcia, vinctuosa, insipida, acida, astringentia dicuntur: quæ nullam qualitatem gustatilem sensui manifestam habent, præter eam, à qua appellationem sumplerunt. Acria exactè quoniam effectus præstant periculosos vt excoiatione, vstionem, aliòsque partim iam recensitos, partim dicendos: maximè perniciofa sunt. Inter hæc refertur euphorbium, & mezereon. Hoc nomine tum fructus tum planta significatur Arabibus. Dioscoridi planta thymelæa peculiariter nuncupatur, fructus, siue semen coccus

Gale. cap. 36. lib. 1. simpli. medi.
Gale. capit. 14. & 23. lib. 3. simpli. medica. & cap. 2. lib. 4.
Gale. ibidem.

Cap. 10. lib. 2. de gener. & corrup. & Gale. cap. 14. lib. 3. simpli.
Gale. cap. 3. lib. 4. simpli. medi.

Gale. cap. 14. lib. 1. simpli. medi.

Gale. cap. 21. lib. 4. simpli. medi. & Aeti. sermo. 1. li. 1.

Theorema primum. XVIII

enidius, de quibus in simplicibus purgatis fusiis differitur. Minus periculosa & maligna sunt, quæ exactè sunt amara: quoniam minus calida & mordacia sunt, minusque natura infesta, vt colocynthis, cucumer agrestis, & quæ his similia sunt. Quæ simul sunt acria & amara, mediam inter hæc obtinent naturam. Neq; enim æquè periculosa sunt atq; acria, & maligniora sunt amaris: huiusmodi est scamonium, quod acre & amarum simul est. Ad summam, quo minus medicamenta acrimonia & amaritudinis sunt participia: eò præstantiora sunt, & deligenda magis, minusq; maligna. Atq; hæc de malignis medicamentis sint dicta.

His adhuc benigniora sunt ea, quibus acria simul & styptica cōtingit esse, huiusmodi est epithimum, alhasce. Mitiora præterea sunt, quæ amara simul & styptica sunt, vt rhabarbarum, absinthium, fumaria. In horum sunt medio, quæ simul acria & amara & styptica sunt, vt stoechas. Ad summam, quò magis styptica substantia vincit acris & amari proportionem: eò medicamentum salubrius est.

¶ Acria solùm, amara solùm, acria & amara simul medicamēta, periculosa & maligna sunt, sicuti proximè dixit: de quibus in his etiam agit. Verùm non ampliùs de synceris & impermixtis, sed de mixtis cum styptico sapore, cū quo, acria, amara, & acria & amara simul, mixta inter medicamenta benigna & salubria iam referuntur. Caterum bonitate eundem seruant ordinem, quem priùs quàm styptico saporis miscerentur, inter se seruare diximus, nempe vt acria & styptica minus sint benigna, quàm amara & styptica: & acria & amara simul, & styptica bonitate media sint inter acria styptica, & amara styptica. Quod triplex medicamentorum genus salubrius & tutius est, quàm superius. Quoniam stypticus sapor essentiã, temperamento, & effectibus, acris & amari opponitur: quo fit vt horum immoderatos & in salubres effectus corrigere possit, vt infra dicturi sumus. Verùm quoniam stypticum non æquali modo medicamentis omnibus inest, sed quædam alijs astringentia magis sunt, quædam minus: scito singula huiusmodi medicamenta in suo genere præstantiora esse & salubriora, quo magis astringunt, duntaxat sumpto delectu à sapore. Alhasce, siue hasce, thymum est, de quo, vt de purgantibus alijs, in simplicibus agit.

Ex Gale. cap. 19.
lib. 3. simplici.

Saluberrima & maxime omnium tuta sunt dulcia medicamenta, vt casia fistula, tereniabin: & insipida, vt psyllij mucago: & dulcia simul & acida, vt pruna, tamar Indi. Salubria etiam sunt, sed minus his, dulcia & amara simul, vt violæ. Meliora etiã his sunt, quibus ad dulcedinem & amaritudinem accessit styptica substantia, vt rosæ. In summa stypticitas medicamenta omnia purgantia salubriora efficit. Ob id ignorandum tibi non est artis auxilium naturæ æquipollere. Quare arte supplendum est, si in aliquo natura defuisse videatur. Quoniam ars naturæ imitatrix, & assecla est. Quo autem modo auxilietur ars, dicemus postea.

¶ Quæ proximè recensuit medicamenta, salubria & tuta sunt. Saluberrima tamen & maxime omnium secuta sunt, de quibus nunc agit. Siquidem nutrimentosa medicamenta, qualia sunt dulcia, & quæ dulcedine participant, maxime probantur: quoniam quantum viribus detrahunt qualitate medicamentosa alterando & transmutando corpus, tantum ferè substantia nutrimentosa restitunt. Ob quam causam Hippocrates in cibo medicamentum commendabat, id est, medicamēta ea laudabat, quorū alteratrix virtus sensum effugeret, actione tamen non falleret, simulque instauraret vires. Quæ enim dulcia sunt, aut dulcedine participant, eorum substantia ex cibo & pharmaco est cōmixta. Ad dulcia etiam referes aqua

Gale. cap. 9. lib.
4. simpli. medi.

Gale. initio lib. 1.
alimen. & lib. 8.
compo. ph. p.
Actias loco eorū.

Libri primi

siue infipida: nam hæc vel obscure dulcia sunt, vel clementer & leniter & citra magnam naturæ vim aluum subducunt, quemadmodum dulcia: & vtraque mediam sortita substantiam, omnia quæ vehementius agunt, obtundunt. Dulcia & amara, si simul astringendi vim habeant, vt rosa: inter laudabilia medicamina reponenda sunt. Et vt semel de styptico sapore dicam, quibuscunq; medicamentis iuncta est stypticitas, eadem sunt salubriora, humanòq; corpori minus noxia. Eorum enim morsum, si quæ habent, vt acria, amara, falsa, acida (nam quatuor hi sapes mordentes sunt) obtundit, & diluit: vel quòd contrariam habeat essentiam, vel quòd temperamentum oppositum nactum sit. Ad hæc, noxas alioqui à medicamentis inducendas prohibet, quæ sunt caloris nativi dissipatio, partium laxitas, & bonorum humorum multa commotio, oris ventriculi offensa. Quibus omnibus astringens vis occurrit. Nam astringentia laxas partes vniunt, contrahunt, roborant, spiritus calorisque nativi dissipationem prohibent, virtutem retentricem robustiorem reddunt, os ventriculi laxum & imbecillum roborant. Igitur cum effectus tam insignes & salubres ab styptico sapore expectentur, sitq; ars medica, vt reliquæ omnes artes, naturæ imitatrix, eamque veluti ducem sequatur: merito extrinsecus addendus est sapor stypticus, quando in aliquo medicamento purgante naturâ non inest. Nam perinde operabitur extrinsecus additus, ac si natura ei inesset. Sed cum Pharmacopola Medici tantum minister sit, super his nihil attentet inconsulto Medico. At verò calumniari naturam ceu mancam & imperfectam ob ea, quæ diximus, nefas est. Nam medicamentum astrictione carens in suo genere perfectum esse potest, ceterum ad corporis sanitatem, vel medicamenti actionem præstantiorem, securiorem, & salubriorem: potest interim extrinsecus addi aliquid, quod naturâ illi non inerat: quoniam non erat ex perfectione speciei. Quod ait ergo, si in aliquo defuisse videatur, interpretandum, si in aliquo medicamento naturâ non inest astringendi vis. Tereniabin manna est Arabice. Psyllium Dioscorides inter venena reponit. de quo in simplicibus purgâtibz. Tamar, Arabes dactylum & dactylos vocât. Iam quæ de medicamentorum delectu, à saporibus sumpto iudicio, hæctenus diximus, schemate quodam oculis subiiciamus, in quo à malignissimis exordiamur, & in benignissimis faciamus finem. Schema autem est huiusmodi.

Gals. ca. 16. & 17. lib. 4. simpli. & Mesu. de sapo. falso.

Aristo. cap. 8. lib. 2. physico. & Gale. comm. aphor. 2. lib. 1. & alibi.

Medicamentâ maligna.	{	Acria exactè.	{	Dulcia.	30
		Acria & amara.		Infipida.	
		Amara exactè.		Dulcia acida.	
Salubriora.	{	Acria & styptica.	{	Dulcia amara styptica.	55
		Acria amara styptica.		Dulcia & amara.	
		Amara styptica.			

Ex coloribus autem ordinatus & vniuersalis medicamentorum delectus, qualem hinc requirimus, sumi nequit: sed ex accidenti malitiam ac bonitatem quorundam medicamentorum significat, vt dicturi sumus: vt scammonium varium, aut subalbum, bonum est: nigrum, malum. Et agaricus albus, bonus: niger verò malus. Turbith & colocynthis similiter. Sic rosam exactè rubram, bonam censemus; & alia similiter iudicamus, vt in simplicibus particulatim docebimus.

Aristo. lib. de sens. & sensu. & 2. de anima, themis. in

¶ Color qualitas est mixti corporis luminis particeps: seu color qualitas est facultatem habens mouendi actu perspicuum, quod diaphanes vocant. Atq; hæc est natura coloris, vt sine

in uectu luminis uideri nō possit, & in lumine semper uideatur. Colorum species varia sunt ex Platonis Timæo, Aristotelis libro de coloribus & de sensu & sensibili, Galeno, Actuario, Thylefio, Marcello Florentino, & alijs discenda. Natura & generatio colorum, & cetera quæ ad naturalem Philosophum pertinent, ex Platone & Aristotele petenda sunt. Nos fecisse satis uidebimur, si de colore dixerimus, quantum presenti instituto erit necessarium.

5 Cū igitur propositum auctori in hoc opere sit uiam rationemque uniuersalem tradere, ut per eam in varijs medicamentorum generibus siue speciebus tuto liceat delectum facere: & color fallacissimum sit indicium ad iudicanda temperamenta & facultates in varijs medicamentorum generibus (nam in singulis coloribus calida, frigida, humida, sicca reperire est, ut ueratrū, piper alba, calida & sicca sunt: similiter & nigra. Cerusa & nix alba, frigide sunt: & in reliquis coloribus eodem modo se res habet) merito dixit ex coloribus nullam certā neque uniuersalem cognitionem medicamentorum haberi posse, quam in opere hoc desideramus. At uero ex accidenti, id est, in his quæ eiusdem sunt speciei, certus iudex bonitatis & malitiæ medicamentorum potest esse color. Hoc modo agaricus albus, bonus existimatur, si solum colorem iudicem expectes: niger uero malus: imo quò albior est, eò præstantior habetur. Breuiter quò unumquodque medicamentum colorem sui generis (ut idem de sapore, odore, consistentiâ pollicear) euidentius exprimit, eò perfectius censetur: tutumque ex his est in congeneribus de qualitatibus primis, totaque medicamentorum facultate iudicare. Nam unumquodque in suo genere flauum, rubrum, fuluum, calidius est: quàm album: ut cæpa, scilla, uinum, quantò fuerint albiora, tantò minus sunt calida: quanto flauiora, & fulua magis: tantò calidiora, facta collatione ad singula sui generis. Idem usu uenit in alijs particularibus unius speciei, ut radicibus, seminibus, succis: quenadmodum in singulis medicamentis purgantibus alio opere docturi sumus.

paraphra. Aphro-
in cōmē.in.2. de
anima,

Gale. cap. 2. lib. 1.
& 3. lib. 2. & uiti
mo lib. 4. simpli.
medi.

Gale. cap. ultimo
lib. 4. simpli. &
lib. 1. de antido.
& lib. de theria.
ad Pisonem.

Horum autem cognitionem exactam scientia naturalis docet.

25 Nos autem de coloribus medicamentorum in simplicibus dicemus, quatenus scilicet malitiam, uel bonitatem, significant: his uel illis, adiuncti.

¶ Ex varia elementorum mixtione varij oriuntur colores. Quo autem mensuræ modo singula singulis misceantur, etiam si quis nouerit, narrare prudentis non est. Cū neque necessarium sit, neque uerisimilem de his rationē asserere possit. Eorum varias nomenclaturas & species auctores supra adducti reddunt. Quorum generationem & naturam si quis accuratè scire desiderat, eosdem etiam consulat auctores. Est enim perquam necessaria colorum cognitio futuro Medico. Quamquam eorum exacta cognitio, hoc est, quæ causas & generationis modum inquirat, ad Philosophum naturalem potius, quàm ad Medicum pertineat. Nos de coloribus medicamentorum in tractatu de simplicibus purgantibus disseremus, quatenus malitiam, uel bonitatem congenerorum medicamentorum significant.

Plato in timæo &
Aristo. lib. de co-
loribus, & in cō-
mentis, de sensu
& sensu.

Tempus etiam iuuat ad cognoscendam essentiam medicamentorum: & ad iudicandum, quo præcipuè tempore colligenda sint, & quo non: tum quanto tempore eorū uirtus durare possit: tum quòd quedam antiquata, meliora & tutiora sunt, quædam maligniora: quedam recentia sunt meliora, alia maligniora.

¶ In medicamentorum delectu temporis præcipua est habenda ratio: quippe quod medicamentorum omnium, ut rerum aliarum, vires tadem exoluit. Licet enim alia alijs durare magis possint uiribus integris: suam tamen omnia senectam habent. Neque parui refert, quo tempore singula condantur, & demetantur: nam pro huius ratione aut ualent uiribus, aut euania & inutilia sunt. Medici cū de medicamentorum uiribus, & mensura exhibenda loquuntur: non de euaniadis nec exoletis, sed de uigentibus intelligendi sunt. Hæc cū ita sint: eruditè admodum præcipit Mesues circa tempus tria cōsiderare, nimirum quo potissimum

Gale. lib. 1. cōpo.
ph. p. & Diosco.
in proemio li. 1.

D

Libri primi

tempore medicamenta singula colligenda sint: quandiu cuiusq; vis efficax perduret: quãdo eorum est melior vsus: quibus repositio commoda addi posset, de qua, vt de alijs, paulò latius differemus. Hęc omnia Pharmacopola in numero habere debet, & maximo studio obseruare, ne nos medicamentis carie exesis, aut exoletis pro bonis cogat vti: aut nondum depuratis, aut prematurè collectis: aut deniq; ijs, quorum virtus vel iam euauit, vel noxia est. At verò singula hęc in singulis medicamētis docere, longū esset, opusq; requireret huic rei dicatum: quod humanissimus & eruditissimus Iacobus Syluius præceptor meus deque omnium disciplinarum genere benè meritus præstitit lib. j. de pharmacopia. Nos ne proflus a symboli discedamus, pauca quędam de re eadem cursim notabimus.

Verè enim medicamēta amara antiquiora, deteriora sunt. Sic ciora enim euadunt, cum alioqui amarum sit extremè siccum. Acria contrà antiquiora, sunt meliora: quoniam calor inflammabilis & superficialius expirat, acrimonia in reliquo obtunditur: quæ dum recentia sunt, ferrant, faciliq; inflammantur. Styptica recentiora probantur magis. Dulcia laudantur mediocria, vt insipida. Siquidem recentiora humiditate excrementosa abundant: quæ inflat, & flatum gignit. Salsa veterata ferrant: recentia turbant ventrem, euertuntque ad nauseam & vomitum: mediocria laudantur.

¶ Tria circa tempus proposuit discutienda, ex quibus priora duo in hoc opere ferè intacta reliquit, in simplicibus cursim de eis nonnulla notauit: tertium & postremum generaliter declarat, docens quando singulorum medicamentorum vires à sapore sumpta indicatione meliores & salubriores sunt: post idem declaraturus ab alijs rebus iudicio sumpto. Ait ergo amara medicamēta vetustate deteriora fieri. Quoniam cum ipsa sint natura admodum sicca, vt in sapore amaro & salso ostēdimus: extremè sicca vetustate euadunt. Contrà acria antiquiora preferuntur: quia eorum calor vehemens, & ob id facile inflammabilis, & superficialius, procedente tempore expirat, & euanescit: & quidquid acrimoniæ superest, in reliquo obtunditur, & emarcescit. At dum recentia sunt, mordent, faciliq; inflammant, & inflammantur. Styptica recentia commendantur, quoniam tunc satis sunt humida: praua autem fiunt ob siccitatem immodicam, quæ illis tempore accedit. Dulcia nec recentia nec antiqua probantur, sed mediocria: nam recentia & ante tempus collecta humore largo & non satis elaborato abundant, qui nauseam, vomitum, & flatum parit: antiqua & post legitimum tempus collecta amarescunt: mediocria vtròq; vitio vacant. Insipida idem subeunt iudiciū, quod dulcia. Salsa vetustate ob siccitatem auctam rodunt, & mordent: recentia ob largam humiditatem, nauseabunda sunt, vomitumque cient: mediocria laudantur. Acida & vinctuosa omisit: quoniam hęc idem subeunt iudiciū, atq; dulcia: illa, quoniam ad insipida referenda sunt.

Ad hęc ea, quorum virtus imbecilla est, aut facilè resolubilis, aut superficialia, aut substantiã constant parum firmiter contexta: recentiora probantur magis. Antiquatis enim his tempus vires exoluit. In contrarijs horum contrà res se habet.

¶ A substantia, & facultate, & facultatis situ medicamentorum sumit indicationem, vt doceat, quęnam medicamenta in suo genere meliora sint: antiquiora ne, an recentiora. Nam quędam, vt diximus, recentia meliora sunt vetustis: alia contrà vetusta recentibus preferuntur: nonnulla media ætate sunt salubriora. A substantia sumitur indicatio: nam medicamenta quę substantiã constant parum firmiter contexta, id est, quę raro sunt corporis textu, qualia potissimum sunt calida humida, vel calida sicca, aërea: recentia laudantur magis.

Quoniam eorum virtus tempore vel profus resoluitur, vel saltem languescit. Similiter ea, quorum virtus imbecilla & languida est natura, vel facile resolvable: vt epithimum, violę: aut superficialia, vt quę abluere prohibet, ne virtus lotionē tollatur, vt viola, rosa, fumaria: recentia meliora sunt. Horum contraria, vt validam virtutem habentia, & difficulter resolvablem (cuiusmodi sunt crassa, glutinosa, frigida) & in profundo sitam: & quę densa & solida constant substantia: ea antiqua non improbantur. Quoniam tempus natuum & infitum eorum humorē non resoluit: quin humiditas excrementosa, si qua illis inerat, temporis diuturnitate resoluitur, consumitur, & excoquitur. Quo fit, vt in posterum melius conseruentur. In secundo theoremate capite de coctione trimembrę tantum fecit hanc diuisionē:

10 eorum scilicet quorum virtus exoluitur facile, aut superficialia est, aut parum firma textura constantium duntaxat facta mentione. Quem locum Iacobus ille Syluius in hunc modum interpretatus est. Ea quorum virtus facile resoluitur, quia vel imbecilla est, vel in superficie posita est, vel in subiecto raro consistit, & cęte. Quę lectio mihi summopere probatur. Nam non ob aliud longa horum asseruatio & coctio fugienda est, quàm quod eorum virtus tēpore & coctione longis resoluatur & expiret. Resoluitur autem & expirat, vel quia ipsa suapte natura imbecilla & languida est, vel superficialia, vel in subiecto raro. Atq; hæc non solum de purgantibus medicamentis vera sunt, verum etiam de omnibus alijs.

Antiqua verò & recentia intelligimus pro cuiusq; generis natura. Neq; enim antiqua vt cinis, neq; recentia vt germen, intelligimus.

Medicamenta singula tunc eligenda sunt, cum vires habent salubriores, & humano corpori minus noxias, satisque validas. Quę dotes quoniã non eodem tempore medicamentis omnibus insunt, quędam recentia, alia media, nonnulla antiquata, salubriora esse existimauit: ob eamque causam tunc deligenda potius censet. At enim quoniam recens, mediocre, & vetustum, suū est singulis medicamentorum speciebus: docet quomodo in his, quę scripsit, intelligenda sint hæc vocabula, ne quis circa ea hallucinetur. Neq; enim, ait, recentia hic dicimus, quę sunt veluti germen, id est, germina ipsa platarum, & quę germini proxima sunt, quęq; nunc primū pullulant, & è terra emergunt: sed quę cum tempore congruo sint collecta, reposita, & asseruata: non diu est, cum collecta, reposita, & asseruata sunt. Sic antiqua vocauimus, non ea, quę cinefacta, corrupta, & exesa carie sunt: sed quę iam diu est, cum collecta sunt, sed tamen vires suas adhuc retinent innocētiore & salubriore. Ex quibus notum est, quid per mediocria intellexerit. At verò tempus quo vnūquodq; recens, mediocre, vetustum dicitur: non est omnibus æquale. Nam herbar, flores, & semina post annum ferè inutilia sunt, & vetusta, paucis exceptis: protinus à collectu & siccatione, recentia: medio tēpore mediocria. Euphorbium acre medicamentū anniculum recens est, & fugiendum: post annum vnum ad sextum vsq; antiquū vocatur à nobis, & eligendum potius est ad purgationem. Post annum sextum iam elanguescit, & cineritium euadit. Elaterium Dioscoridi à bimatu incipit esse tempestiuum purgationibus, duratque decennio: primo & secundo anno recens eidem erit. Menses triennio tantum conseruari scribit, & post sex menses administrari: cui prius quàm sex elapsi sint menses, a collectu, recens erit: antiquum à sexto mense ad triennium, tuncq; eligendum est ad purgationes, quoniã acre est. Rhabarbarum & epithimum amara medicamenta trima & quadrima adhuc recentia sunt, & purgationibus aptissima: elapso hoc temporis interuallo antiqua sunt, & purgationibus minus apta. Possent pluribus exemplis rem hanc illustrare: sed quoniã ex his, quę subiecimus, abundè constat, non æquali tempore medicamenta recentia, media, vetusta dici: sed alia breuiori, alia longiori, pro cuiusq; medicamenti natura: superfedere his decretum est nobis.

Quo autem tempore medicamenta singula sint colligenda: & quādū viribus integris seruari possint: nos Deo fauēte dicemus.

Quo tempore medicamentorum melior vsus est, summa quadā est complexus: supererat

D ij

Gale. lib. 1. cōpo. ph. p. & capit. 2. lib. 2. eiusdē operis, & cap. 1. & 3. lib. 3. cōpo. ph. g.

Libri primi

tantum ex tribus, quæ de tempore enarranda proposuit, docere quo tempore medicamen-
 ta singula colligenda sint: & quandiu cuiusq; virtus efficax perduret. de quibus duobus pol-
 licetur se alio in loco dicturum. Quod promissum soluit utcumq; libro secundo: vbi cuiusq;
 medicamento purgantis vniuersam naturam particulatim explorat. Nos quo tempore colli-
 genda sint medicamenta, generatim prius prestringamus: deinde de duratione & asseruatio-
 ne nonnulla his ascribemus. Summo igitur studio niti decet, vt suis temporibus singula de-
 metantur, & recondantur. Nam pro horum ratione aut valent viribus, aut inutilia sunt. Ma-
 gni preterea refert inter colligendum, si vel squallones, vel imbres infesti sint. Radices, li-
 quores, cortices vt recondantur, colligere conuenit, inquit Dioscorides, cum planta defron-
 descunt. Sunt qui veris initio radices velint colligi, prius quam in folia, aut in caulem erum-
 pant. Sed errorem vitabis, si tunc eas colligas, quum maximè medicamento se sunt. Quæ dos
 omnibus eodem non inest tempore, sed alia alio vegeta magis sunt. Eligenda intentæ, non fla-
 cida, nec rugosa, magnitudine mediocri: qualitates sui generis exquisitas habentes. Flores,
 folia, & semina, colligenda sunt: antè quam sponte sua decendant. Sed flores ferè aperti, sed
 non ita pridem, ne virtus exhalet. Capparis tamen in gemma, rosa interim expandi cœpta
 colligitur. Folia colliguntur, cum maximè vigent magnitudine, odore, sapore, colore. Semi-
 na colligenda sunt, vbi siccati cœperint, & matura sint. Eligenda fecundiora, magis am-
 pla, non tamen enormia, plena. Herba ferè cum floribus colliguntur, aut seminibus: aut cum
 maximè vigent colore, odore, sapore, magnitudine. Fructus vbi maturi fuerint. Herbarum
 succus, & foliorum, elici debet, germinantibus tum primùm cauliculis. Lac & lachrymæ ex-
 cipiuntur, inciso per summum adolescentiæ vigorem caule. Hæc summam de collectionis
 tempore ex Dioscoride, Galeno, & alijs dicta sint: particulatim de singulis scribere non est
 presentis instituti. Scire preterea conuenit, quanto tempore singulorum medicamentorum
 vires integrae permaneant. Nam valde vetusta fugere conuenit, in liquoribus, succis, folijs,
 floribus, corticibus, fructibus, seminibus, radicibus, & alijs. Nam & metallica ipsa tempore
 vires suas amittunt. Quædam etiam recentia nimis, periculosa & insalubria sunt, vt euphor-
 bium, elaterium. Sed ad id docendum longum & vacuum tempus requiritur. Breuem autem
 & summaria cognitionem sic habeto. Ex herbaceis medicaminibus veratri genera, nigrum
 scilicet & candidum multis edurant annis: reliqua à trimatu inutilia sunt. Radices parua, te-
 nues, raræ, anno tantum seruantur: magna & crassa essentia premitæ, vt bryonia, rheon Pon-
 ticum, aristolochia, gentiana, etiam triennio seruari possunt. Herba quotannis mutantur, vt
 flores: quauis schœnuanthos etiam decennium efficax seruari possit. Chamæmelum item diu
 vegetum est. Fructus & semina annis singulis mutare prestiterit, etiam si pleraq; diutiùs ser-
 uari possint. Ligna diu vires suas tuentur, ob fortem partium suarum mixtionem, crassamq;
 essentia. Cortices etiam singulis ferè annis mutandi sunt: alioqui tamen diutiùs seruantur: vt
 cinnamomum, casia. In summa medicameta, quæ vetusta meliora sunt, diutiùs seruantur: con-
 tra quæ recentia meliora sunt, minus: quæ mediocria laudantur, mediocriter etiam seruan-
 tur. Et vnūquodq; tunc maximè vigere cognosces, cum colorem, odorem, saporem, confi-
 stentiam sui generis euidentius representat. De repositione medicamentorum obiter etiam
 aliqua dicamus. Radices singula suo tempore collecta, bene nutrita, probè lota, à stolo-
 nibus purgata, siccata vti decet, reponantur loco non insolato, non infumato, non humi-
 do, nec humili, non puluerulento: sed sublimi, puro, sicco, aut Septentrionè, aut potius Me-
 ridiem spectante. Flores, & omnia, quæ iucundum odorem efflant, arculis tiliaceis, nullo situ
 obductis reponantur. Nonnunquam charta, aut folijs, semina vt perennent: aptè inuoluuntur.
 Liquidis medicaminibus densior materia argentea, vitrea, aut cornea conuenit. Fictilis
 etiam, si modo rara non sit, accommodatur: & lignea, presertim è buxo. Antidota vase stan-
 neo reponantur, aut vitreo, aut aureo. Sed vitrum & aurum adulterari non possunt. Stannum
 plumbi mixtura adulteratur. Vas etiam, quod ex argento non purgato constat, celerrimè
 rubiginem contrahit. Aenea vascula ocularijs medicamentis, liquidisq; & omnibus ijs: quæ
 aceto, pice liquida, aut cedria componentur, conueniunt. Adipem autem & medullas stan-
 neis vasis recondi conuenit. Hæc de optimo medicamentorum vsu, collectione legitima, du-

Ex Diosco. præfa-
 tione & alijs.

Colligendi tempus.

Gale. lib. 1. de
 antido.

Duratio.
 Gale. lib. 1. cōpo.
 ph. p. & cap. 1. lib.
 3. cōpo. ph. g.

Ex eodem Diosco-
 rids.

Idem lib. 1. de
 antido.
 Repositio.

Dioscorides ibi-
 dem.

Gale. ibidem.

Dioscor. ibidem.

5

10

15

20

25

30

35

40

45

50

ratione, & repositione, cursum à nobis sint dicta. Qui plenam & accuratam de his notitiam habere cupit, legat librum primum Iacobi Syluij de pharmacopœia.

Locus autem maximè facit ad medicamentorum generationem: & proprias quasdam dispositiones, & virtutes, illis imper-
5 tit. Natura enim (vt inquit Plato) locis virtutes quasdam indi-
dit, quas illa rebus in se genitis communes faciunt: sed tantum
diuersas, quantum causæ harum differunt, & artifex natura est
multiplex.

¶ Medicamenta bonitatem & malitiam fortiuntur etiam à locis, in quibus oriuntur. Nam
10 quedam alijs in locis non modo generalibus & regionibus, sed etiam particularibus in sin-
gulis regionibus meliora gignuntur, in alijs deteriora: alia solùm in vnica regione crescunt:
nonnulla campestria loca, alia rigua, alia aprica, alia vmbrosa, alia cliua, alia ventis exposi-
ta, alia silentia amant: alia solum pingue, alia tenue, alia frigidum, alia calidum, alia humidum,
alia siccum optant: & singula familiari naturæ suæ loco meliora proueniunt. Hanc ob causam
51 Galenus plantas calidas ficas, quales sunt Cretenses optat.
Habet enim hæc plantæ in illis locis vires vegetiores. At verò quæ medicamenta in singulis
regionibus gignantur præstantissima, Dioscorides, & alij verè scripserunt. Quod verò plan-
tæ quedam vnicum ament locum, vel certè non omnem: cinamomum, balsamum, dictamum,
& alia medicamenta, quæ non crescunt nisi certis locis, ostendunt. Quod Vergilius signifi-
20 cantissimè dixit, hic segetes, illic veniunt fœlicius vua. & cæte. Promptam igitur & fœlicem
generationem locus accommodatus naturæ plantarum præstat: contrario loco vel omnino
nasci recusant, vel certè imperfectæ & steriles proferuntur. Nec solùm dispositiones & pro-
prietates varias à locis contrahunt plantæ, verumetiam interim naturam vniuersam immu-
tant. Nam arboris Persee fructus apud Persas interimit, in Aegyptum translata planta fru-
25 ctum producit esculentum, & minimè noxium. Helleborus in Antycira probatissimus gigni-
tur, tutiusque illic sumitur, quam alibi. In feruidis & Meridionalibus locis copia plantarum
odoratarum reperitur, in Septentrione non item. Vites, quæ apud nos nascuntur, si in alic-
nam transferantur terram, vinum longe diuersum reddunt. Idem de reliquis quoque plantis
rusticæ rei scriptores ostenderunt: quæ admodum & de herbis, ij, qui herbariam posteris tra-
30 diderunt. Quippe cum ex suis terris in alienas deferuntur, etiam minori quàm duorum sta-
diorum intervallo, sæpè non paucis alterationis differentijs immutantur. Hanc rem Plinius
paucis attigit, dicens, vel fastidio, vel contumaciâ, vel imbecillitate, vel Cælo inidente, vel
solo repugnante: balsamum, palmam, cinamomum, amomum, nardum, myrtum, laurum, lo-
cis quibuldam non nasci. Quam sententiam Vergilius elegantissimè expressit carmine, cum
35 inquit. Continuo has leges æternâque fœdera certis imposuit natura locis. Probè igitur Pla-
to in Timeo dixit naturam, id est, rationem diuinam, toti mundo & partibus eius inertam,
proprietates indidisse locis, quas loca ipsa rebus in se genitis communicant. Ceterum pro-
prietates hæc variæ sunt, quoniam solum in quo crescunt variam habet naturam, & elemen-
torum mixtionem: & quoniâ natura siue forma cuiusque medicamenti, quæ artifex omnium
40 operationum est, varia est. Quantum igitur causæ, id est, soli natura & temperies, & forma
cuiusque, quæ artifex dicitur, variant: tantum medicamentorum proprietates sunt diuersæ.
Vel quantum terre natura & dispositio varia est, & cœli temperies alijs alijsque in locis est
dissimilis: tantum medicamentorum proprietates differunt inter se. Loca enim à locis diffe-
runt: & aër ab aère.

45 In locis itaque liberis plantæ proprietatē assequuntur generi suo
debitam: in non liberis excessus eorum naturam induunt.

¶ Locus, vt proximè dixit, proprietates quasdam impertit rebus in se genitis, omniâque lo-
cis naturæ suæ accommodatis meliora proueniunt. Sunt enim loca propria & familiaria sin-
gulis plantarum generibus. Quedam enim aprica amant, alia vmbrosa, alia alia vt diximus.

D iij

Theophras. cap. 3.
lib. 2. & 5. lib. 3.
& 15. lib. 9. histo.
plantarum.

Lib. 1. de antido-
tis.

Gale. ibidem.

Initio Georgi-
con.

Theophras. ibidè
vide Gale. lib. 2.
alimè. ca. de aro.
Gale. li. 2. alimè.
& in simpli. me-
di. & lib. 2. cõpo.
ph. p. & Diosco.
lib. 1. & ca. 2. li. 3.
de causis sympto.
Diosco. ca. de hel-
lebo. & theophra-
cap. 6. li. 4. histo.
plata. Aristo. pro-
ble. 3. sect. 12.
Gal. li. 3. de caus.
sympto. cap. 2.
Lib. 6. histo. cap.
32.

Theophras. cap.
3. lib. 2. histo.

Ex theophras. 4.
historia.

Libri primi

Vbi ergo in loco libero, id est, naturæ suæ accommodato, sponte sua nascuntur plantæ: proprietates & facultates acquirunt generi suo debitas. At quæ in non libero nascuntur, hoc est, in loco naturæ suæ minimè familiari, vt apricum amantia in umbroso: ea à sua natura quantenus degenerant, & excessus loci naturam induunt: id est, excrementorum natalis soli naturam, temperiem, & proprietatem sibi quodammodo asciscunt, & à perfectione sui generis recedunt. Vel locum liberum vocat tum natalem, qui non stercorezatur, neq; aliter adulteratur: tum qui perflatilis est, & excrementis omnibus vacat. Nam in hoc nata plantæ meliores sunt, & deligendæ magis: quoniã vires & notas sui generis exactius representant. At quæ in loco non libero, nempe naturæ ipsarum minimè congruo, vel stercorezato, vel aliter corrupto nascuntur: minus exacte sunt. Ob id rectè dici solet, naturam plantis rusticis esse parentem, hortensibus nouercam. Illæ enim sponte natæ loco naturæ suæ congruenti ferè nascuntur: hæ verò arte edomitæ varijs modis adulterantur.

Aphrodi. proble.
49. secti. 2.

Plantæ enim ex terra humorem sibi conuenientem attrahunt: vt lupinus nitrosum, vitis dulcem, colocynthis & cucumer agrestis amarum, ex partibus terræ adustis natum. Sed huius rei inquisitio, non est sermonis præsentis, sed altioris.

Aristo. cap. 3. lib.
2. & 10. lib. 4. de
parti. animal.

Terra plantarum omnium seminarium in se habet, & parens illarum est suo gremio alimentum congruum naturæ cuiusq; complectens. Quod radicibus, quæ vice oris illis sunt, ipsæ ad sese trahentes alterant, & transmutant in suam substantiam. Nam si lupinus, vitis, colocynthis, cucumer agrestis, in eodem sint loco sata, vel sponte sua proueniant: lupinus nitrosum humorem terræ, vitis dulcem, colocynthis & cucumer agrestis ex adustioribus partibus terræ amarum trahent. Est enim in terra acidus, dulcis, amarus, salus, & omnifarius humor, quæ admodum dixit Hippocrates. At enim is humor non est æquè copiosus omnibus in locis, sed alijs copiosior est austerus, alijs acidus, alijs alius. Eam ob rem plantæ primum trahunt humorem naturæ suæ conuenientem vt acerba, acerbum: austeræ, austerum: dulces, dulcem: acidæ, acidum: falsæ, falsum: amaræ, amarum: acres, acrem: oleosæ, oleosum: & quæ varijs saporibus præditæ sunt in vna sui parte, vel pluribus: varios, & illis simili sapore præditos humores attrahunt. At verò cum hoc familiari humore destituuntur, trahunt, quod primum occurrit, etiam si naturæ suæ minimè congruat. Non aliter atq; ventriculus noster per incediam succos quoscunq; saniosos & excrementosos ad se trahit. Quæ cum sic se habeant, plantæ, quæ sponte sua oriuntur in loco naturæ suæ congruo, plurimum copiam humoris conuenientis & familiaris habent: at quæ opera nostra sunt sata, cultæ, & edomitæ, vel casu sponte sua nascuntur solo naturæ suæ non adeò familiari: non item. Ob hanc causam illæ potius eligendæ sunt, hæ respuendæ. Ceterum plantis non solum facultatem attractricem alimenti congruentis inesse, sed etiam reliquas tres facultates naturales: sensumq; quendam familiaris & noxijs, in confesso est tum Philosophis tum Medicis. Veruntamen has facultates plantis inesse demonstrare Philosophi naturalis munus est, & Physiologicæ partis Medicinæ. Verum ergo est plantas in locis liberis & naturæ suæ accommodatis, quoniã alimentum conueniens naturæ suæ trahunt, proprietatem & perfectionem sui generis assequi: contra quæ in non liberis nascuntur, quoniam alimento destituuntur congruo, & ceteris ad suam generationem necessarijs: excessus natalis soli naturam induere.

Hippo. & Gale.
lib. 1. de natu. hu
mana.

Gale. li. 4. de usu
par. & idè & Hip
po. lib. 1. de natu.
huma. & Gale. li.
de facul. natur. &
in fragmento de
facul. natur. substan.
.

Gale. li. de facul.
natu. substan. &
de elementis.

Ob id plantæ humido excrementoso abundantes, in locis ortæ siccioribus, meliores sunt: sicciores in locis siccioribus deteriores. Nã hermodactylus in locis humidioribus natus, malus est: similiter turbith & agaricus. Mezereon itè in locis calidioribus natum, malum est, & venenosum: similiter cucumer agrestis, & colocynthis. Absinthium etiam maritimum nõ est bonum: neq; scammonium sceniticum, Antiochenum verò bonum est.

Theorema primum. XXII

¶ Ob id, quia scilicet planta loci naturam & proprietatem induunt, humorēq; quo locus abundat, trahunt: in locis temperie sue similibus nata potentius quidem actiones suas perficiunt, vt calide in locis calidis natę valentius calfaciunt: frigida in locis ortę frigidis refrigerant intensius. Humida & sicca, & secundę & tertię facultates idem subeunt iudiciū. Hanc
 5 ob causam Galenus plantas calidas siccas ē locis calidis siccis optat. Ideo Creticas in primis cōmendat, deinde Italicas, si Ver totum Aestatis modo siccum fuerit. Cui apertē refragari videtur Mefues: quippe qui humidiores plantas, ē locis siccis optat: sicciore ex humidis: calidiores ē frigidis: frigidiores ē calidis. At verō cū ad diuersa respiciāt, vterq; probē dixisse deprehenditur. Siquidem Galenus vires & actiones plantarum primas, secundas, ter
 10 tias, summē perfectas & intensas requirit, vt optati effectus sequantur feliciter, vt scilicet calida validius calfaciāt, frigide refrigerent, humide humectent, sicce, siccet: & ceteras omnes actiones, quas posse facere dicuntur, melius & efficacius perficiant. Id quod Cælo & solo simili validius prestant. At Mefues vires salubriores & tutiores desiderat ad corpus humanum facta collatione: ad quod relata singula, quo magis ad temperatum accedunt, eō sunt
 15 salubriora: quia minus afficiunt, & alterant corpus, minusque violenter purgatiua actionem suam perficiunt. Cū igitur calidiora iusto medicamenta (de his enim sermo nobis est) in loco nata frigido, humidiora in sicco, & vice versa, vires habeāt edomitas & remissas, & humano corpori minus noxias: non immeritō medicamenta huiusmodi in locis nata temperaturę suę contrarijs meliora eidem existimantur. Igitur medicamenta, quę humido abundāt
 20 excrementoso à natura, vt hermodactylus, turbith, agaricus, & similia: in locis nata sicciorebus meliora sunt. Quod humiditate illa vacent, quę nauseę, vomitus, inflationis, flatus, subuersionis, solet esse causa: quęq; alioqui arte consumenda erat, nam Cælo & alimento ipsis contrario emēdantur, & ad temperaturā mediam, quoad fieri potest, accedunt. Eodem modo quę iusto sicciore sunt natura sua, quoniam vehementiori illa siccitate nocent, loco nata
 25 humidiori meliora sunt. Sic etiam calidiora æquo in locis nata frigidioribus, salubriora sunt: vt mezereon, cucumer agrestis, colocynthis, ablinthium maritimū, scammonium Sceniticum, calida & sicca medicamenta, in locis nata sicciorebus & calidioribus deteriora euadunt: in humidioribus & frigidioribus prestantiora. Quoniam siccitas, calor, acrimonia vehementiora, à frigore & humiditate obtunduntur: quapropter medicamenta eiusmodi ad
 30 temperatum magis accedunt. Par ratio est de frigidioribus medicamentis. Nam hæc etiam in locis nata calidis, salubriora & tutiora sunt.

Lib. 1. de antido.
& 4. sani. tuē. in
diacalamin.

Dilatatio.

Ad hæc, dispositio loci & corporum cœlestium aspectus, alio atq; alio in loco differt. At dissimilitudo vel similitudo has vel illas salubres facit. Nam guaril & aquaticum piper loco nata dissimili, prestantiora sunt: vt humidum habentia superfluum, cuiusmodi sunt turbith, agaricus [scammonium] loco nata simili: meliora sunt.

¶ Hactenus ostendit locum à loco plurimum differe quantum attinet ad plantarum felicem generationem, & perfectionem suę speciei. Sed cū locus bifariam possit intelligi, vno modo pro regione, plaga, & tractu Terrę amplissimo (quo modo planta vnius regionis meliores alijs, quę in alia proueniunt regione, dicuntur esse, vt scammoniū Antiochenum melius Scenitico iudicatur: & rhabarbarum Sceniticum ceteris omnibus speciebus antepositur) altero modo qualitatem loci in eadem vel diuersa regione designat (vt cū mōtanus, apricus, vmbrosus dicitur locus) quod ait, loci dispositionem alio atq; alio in loco variam esse, de vtroq; loco intelligendum est. Quoniam vtriq; loco natura suas dotes, proprietatē, & temperamentum peculiaria tribuit: neq; omnia loca eodem abundant humore, sed ille
 45 salso, alius acido, alius alio, quamobrem quędam planta melius hoc loco proueniūt, quam alio, alię contra. Quoniam omnium illarum temperamentū non est vnum, neq; alimentum commođum omnibus est vnum. Sed præterquam quod loci dispositio ad hunc modum est

Ptolo. scribit apoteles. primo loca ipsa ni homini. nō parū discriminis afferre. Hippo. in lib. de aquis, aere, & locis idem memoria prodidit.

Libri primi

Capit. 15. lib. 9. &
16. eiusdem histo-
rie. Gale. lib. 1. de
antido. Dioscori.
lib. 1.
Aristo. proble. 2.
secti. 12.

Marsilius ficinus
de vita coelit. cō-
paran. & alii: quā
quam Picus Mar-
sili. excusat lib. 1.
aduersus Astrolo-
gos.

varia, Cœli, Solis, & lunę, & quorundam aliorum corporum cœlestium aspectus, & influ-
 xus, non ubiq; similis est: sed hanc regionem & partē orbis aliter afficiunt, aliter illam. Inde
 in Oriente fecundiora & odoratiora omnia proueniunt, ut dixit Theophrastus: in Septen-
 trione non item. Aegyptus etiam medicamentis celebris est iam inde ab Homero. Etruria,
 Aeschilo autore, medicaminibus & venenis abundat. Dictānum Crētæ insulæ non ob aliud
 5 credendum est proprium esse. Iris illirica commendatur. Petrofelinum Macedonicum. Bal-
 samum in Iudæa quadam valle & in Aegypto duntaxat nascitur: alia item alijs regionibus
 vel solum crescunt, vel ibi meliora sunt: alijs omnino nasci recusant, vel imperfecta profe-
 runt. Id quod non ob aliud euenire putandum est, quā ob loci siue terrę naturam, pro-
 prietatem, & temperiem: quoniam ea mater & materia plantarum est: variūque Cœli, So-
 10 lis, Lunę & aliorum planetarum & syderum insignium influxum, variāque affiendi ra-
 tionem. Cœlum enim & cœlestia enumerata rationem formę & agentis subeunt. Neq; ob id
 assentior his, qui rerum omnium causas, & virtutes occultas, effectūque & formas particu-
 lares Cœlo, planetis, & syderibus, ceu causis particularibus ascribunt. Vnde Pæonia Phœ-
 15 bi virtute contra comitalem morbum valere creditur. Corallium aduersus atræ bilis illu-
 siones Iouis præcipuē Venerisque virtute remedium putant. Sic myrobalanorum vim Sa-
 turno & Mercurio acceptam referunt: Mercurio lapidem achatem consecrant: ceteraque
 similiter proprietates specificas cœlitū habere putantur, & effectus omnes particulares ab
 illis veluti filo quodam pendēre autumant. Quæ, licet graues habeant patronos, curiosa ni-
 20 mis & à veritate planē aliena putamus: ob eamq; causam minimē à Medico obseruāda esse,
 quæadmodum neq; ab Hippocrate & Galeno obseruata legimus. Sed reuersi vnde digressi
 sumus, dicimus plantas quasdam solum & Cœlum nactas suæ temperaturę contraria, melio-
 res esse: alias contrā simili solo & Cœlo emendari. Nam guaril & aquaticum piper calida
 & sicca medicamenta, solo & Cœlo naturę suæ dissimili, hoc est, frigido & humido, ut mu-
 25 scofo, aquoso, paludoso, opaco, & similibus, meliora proueniunt: quā in calido sicco, vt
 aprico, australi. Contrā quę humido abundant superfluo vt turbith, agaricus, hermodacty-
 lus, loco nata naturę suæ simili, nempe calido sicco, meliora sunt. Quoniam humore abun-
 dant excrementoso, quę in locis siccioribus nata paulō antē dixit meliora esse. Quando qui-
 dem humiditas illa superuacanea & excrementosa siccitate loci natalis corrigitur. Itaq; si-
 30 militudo hęc loci ad has plantas intelligenda est respectu temperamenti natui medicamen-
 torum, non ratione excrementosa qualitatis: ad quam si respiceret, dissimilem locum com-
 menderet, sicuti paulō antē fecit. Neq; impedit aliquid abundare humore excrementoso, &
 ipsum naturā suā esse siccum, vt copiose Galenus de partibus senum in temperamentis do-
 cuit. Scammonium lincolis intercepimus in textu, quoniam non satis videbatur quadrare
 35 ijs, quę proposuit. Nam dissimilitudinem naturę loci ad plantas quasdam, eas salubres red-
 dere dixit: contrā ob similitudinem eiusdem alias meliores fieri: & priorem orationis par-
 tem exēplis subiectis confirmauit, cum dixit: nam guaril, & aquaticum piper locis nata dissi-
 milibus præstantiora sunt. Supererat ostendere similitudinē loci ad plantas idem efficere: id
 quod opinione nostra facit, cum ait, vt humidum habentia superfluum, & cęte. Quod si est,
 40 qui fieri potest, vt scammonium legatur? Agaricus enim & turbith loco naturę suæ tempe-
 ramenti similis corriguntur, & meliora fiunt: scammonium contrā loco dissimili natum vt
 Antiochenum Scenitico melius & salubrius est. Hanc ob causam non omninō temerē, vt
 remur, in locum scammonij hermodactylum sufficiens existimauimus, quemadmodum
 & ipse autor proxima huic oratione de eadem re differens dixit, sicciores in locis sicciori-
 45 bus deteriores: nam hermodactylus in locis humidioribus natus, malus est: similiter turbith
 & agaricus. Videbitur fortasse alicui interpretatio hęc violentior, vera tamen est, consen-
 taneaue rationi. Nam ratio postulat vt similitudinis, exempla conuenientia subijceret: quę
 admodum initio proposuit. Hanc difficultatē sentiens Iacobus Syluius vtrobq; legit dissi-
 50 mili. Ceterum cum similitudo & dissimilitudo referri possint tum ad temperiem plantarū,
 & loci in quo natae sunt (quæadmodum nos referendas censemus) tum ad plantas inter se,
 & respectu soli natalis: in hoc sensu vera est Syluij interpretatio. Nam turbith, agaricus, &

Theorema primum. XXIII

scammonium loco dissimili nata sunt meliora. Quoniam turbith & agaricus è locis siccioribus meliora sunt: scammonium calidum & siccum ordine tertio è frigidioribus & humidioribus locis est melius & salubrius. Igitur hæc locis dissimilibus meliora proueniunt. At verò cum antiqua omnia exemplaria in priori loco habeant dissimili, in posteriori simili, 5 professusq; initio sit tum similitudinē tum dissimilitudinem medicamenta hæc vel illa salubria reddere: dictionem haud mutare ausi, sententiã nostram libere diximus. In qua si fallimur, oratum te velim humanissime lector, ne inde calumniandi nos ansam arripias, sed scripto potius meliora ædas. At verò antiquam lectionem integram reliquimus, ne eam immutantes nimium audaces alicui videremur, & vt liceret tibi, quam malles sententiã sequi. Licuit

70 Syluio graui & erudito viro dictionē ad veritatis sensum (vt ipsi visum est) immutare: nobis vix dum vmbra ipsius assecutus minimè id permittimus. Guaril scnicum siue scnicum esse luce meridiana clarius est, si Auicennam cum Paulo & Aëtio capite de scnico conferas. Scnicus autem animal est calidum & siccum, vel (vt alij volunt) calidum & humidum: venem vehementer accendens. Aquaticum piper Mondinus opinatur si symbrium aquaticum 15 esse: nos hydropiper Dioscoridis aliud esse iudicamus. Nam hydropiper idem Græcis significat, ac aquaticum piper Latinis, fortitum nomen, à locis in quibus nascitur aquosis scilicet: & à similitudine, quæ illi cum pipere in gustu est. Barbari fortassè corruptè, vt reliqua, siymbrium sic vocant.

Auic. Paul. Dio-
sco. Aëtius in sim-
plici.

Gale. lib. 8. simpli-
ci. medicamen-

Vicinitate etiã vnus ad aliam plantæ meliores vel peiores 20 euadunt: vt vnitate & multitudine.

¶ Quoniam plantæ quædam ex aliarum plantarum, vel rerum alterius generis vicinia aut contactu meliores vel peiores euadunt (est enim naturalis quædam amicitia & inimicitia plantis, non minus quam animalibus) de vicinitate & propinquitate quædam dicere proponit: & quoniã vnitas & multitudo, magnitudo & paruitas insigniter vires earum per accidens mu- 25 rant, aliquando quidem in melius, nonnunquam verò in deterius: ab eis etiã medicamentorum delectum facit. Quibus absolutis finem huic capiti imponit.

Sic hermodactylis, scillæ aut raphani vicinitas vigorem addit, & thymus epithymo, & quercus polypodio, & sennæ ruta. Scammonium verò propinquum ipsi xeban, & cuidam speciei lactariarum villosæ, deterius euadit: vt polypodium lapidibus innatum, & epithymum ozimo vicinum.

¶ Exemplis subiectis docet plantas meliores vel deteriores euadere ob quarundam rerum viciniã, propinquitatem, & contactum. Nam hermodactylus prope scillam aut raphanum natus, melior est: tum quia vigorem & acrimoniã ab illis accipit, & potentius fit: tum quia 35 scilla & raphanus humorem fortè contrarium hermodactylorum naturæ è terra ad se rapiunt. Epithymum thymo supercrefcens melius est: quoniam acrius & purgantius euadit. Quercinum etiã polypodium in primis commendatur: quoniam astringendi & roborandi vim à quercu accipit. Senna etiã prope rutam nascens præstantior habetur, vel quia acrimoniã ab ea accipit: vel quia abditam aliquã vim cum ea communicat. Contra deterius euadit scammonium vicinum ipsi xeban, & cuidam speciei lactariarum villosæ. Quoniam cum 40 ipsum natura sit acre, mordax, malignum: iuxta has plantas natum, acrius, mordacius, malignius euadit. Quandoquidem huic suam comunicant acrimoniã, mordacitatē, & malignitatem: alioqui quatenus ipsæ plantæ ad se humorem acrem & mordacem alliciunt: præstantius esse deberet prope huiusmodi plantas natum. Polypodium lapidibus innatum malum est, 45 quoniã inde humiditatem contrahit excrementosam: quæ flatus, subuersionisq; solet causa esse, vt scribit Mesues in simplicibus: & quoniã nõ ita roborat, & astringit, atq; quercinum. Epithymum si quando ozymo vicinum nascatur, ab eo vitiosum quendam succum, & venenosum, vt quidam putant, contrahit. In summa medicamenta ex aliorum vicinia meliora vel 50 deteriora euadunt: quoniã eorum vis salubris, vel insalubris quodammodo pro sua natura

Gale. lib. 2. alimē.
& Diosco. lib. 2.
simplici. medica.
venenosam vim
habere volūt ozy-
mum.

Dioscor. & Gale.
in simplicibus.

Adulteratur ti-
thymallorum la-
& Diofco.

medicamenta propinqua afficit: vel quoniam vnum alterius humorem familiarem vel con-
trarium ad se rapit. Xeban esula est vulgò dicta, Dioscoridi tithymallus paralyos. Lacta-
ria villosa est, clematis altera Dioscoridis, prima Galeni. Planta acris & caustica est, calida
ad initium quarti ordinis: sanguinem educens vlcera, vt scribit Mesues capite de volubi-
li in simplicibus purgantibus. Sunt qui per lactariam villosam intelligat tithymalli species. 5
Sed nos vt verum sit scammonium vicinitate tithymallorum peius fieri, Mesuen tamen spe-
ciem clematidis intellexisse contendimus, de qua subuolubilis siue conuoluuli nomine in
simplicibus agit.

Casia fistula etiã, cum est singularis & sola, præstantior est: colo-
cynthis verò, & scilla, & cucumer agrestis, deterior. Virtus enim 10
diffusa remissior est: vnita valentior euadit.

¶ Numerus quoq; plantarum, vel fructuum: eorū vires immutat. Nam casia fistula planta, si
in loco amplo sola crescat, vel si vnica, vel pauca: filiquæ in planta reperiantur: ea, vel ea,
procul dubio optime dicendæ erunt. Nam cum vnica planta est, ea largam vim substantiæ
sibi similis è terra vicina trahit. Sic etiam cum singularis fructus est, vel certè pauci sunt, to- 15
tam plantæ substantiã ad se alliciunt: vnde fructus benè nutriti & bene habiti sunt. Quod si
multæ plantæ similes in vno sint loco, vel vnica numerosos fructus produxerit: fiet certè vt
plantæ & fructus minus habeant familiaris nutriti: quare rugosos fructus, crudos, tenues,
imbecilliores plantæ pumilæ, & malè nutritæ producent. At verò vt benigna medicamenta,
vt casia fistularis, laudantur singularitate & paucitate, quoniã quem trahunt succum, fami- 20
liaris est nostræ naturæ: sic improbantur colocynthis, scilla, cucumer agrestis, & reliqua me-
dicamenta maligna, cum sola, vel pauca, in loco amplo sunt: quoniã plantæ illæ totam vim
acrem & malignam loci illius, & fructus plantæ ad se rapiunt. At cum plures sunt huiusmo-
di plantæ in eodem natæ loco, vel vna multos fructus producit, tum plantæ, tum fructus, me-
liora erunt. Quoniam illa maligna vis loci, vel plantæ, in plures plantas, vel fructus distribu- 25
ta est. At diffusa & in plura distributa virtus, remissior ac debilior solet esse: contra coacta
& vnita, fortior ac vehementior euadit.

Aristo. loco infra
citato.

Nec ignorare debes rei magnitudinem & paruitatem, virtutis
diffusionem & aggregationem facere: ob id colocynthis magna
est melior.

Aristo. cap. 1. lib.
4. meteo. & Ga-
le. cap. 11. li. 1. sim-
plici. & Aphrodi-
proble. 71. secti. 1.

¶ Magnitudo & paruitas plantis ipsis bonitatem addunt, vel malitiam: saltem in eadem spe- 30
cie rerū. Nam paruitas virtutis aggregationem, magnitudo diffusionem significat. Et cum vni-
ta virtus sit fortior se ipsa dispersa: merito medicamenta maligna magnitudine laudantur,
paruitate vituperantur. Proinde fit, vt colocynthis maior, minore sit præstantior. Quoniã vi-
res malignas & noxias, habet dispersas & diffusas: quas parua coactas & aggregatas habet. 35

DE MEDICAMENTORVM DELECTV
sumpta indicatione ab ipsorum facultate. Cap. ij.

Nquit Heben Mesues: Quanquam medicamēti pur-
gantis actio fiat secundum directionem, quam forti-
tum est, tamen motu violento vacuat, nec enim va- 40
cuaret, nisi naturæ vim afferret.

¶ Expedita priore parte theorematis primi, in qua de medicamentorū delectu ab ipsorum
essentia sumpto iudicio egit: posteriorem in præsentia declarare aggreditur, in qua etiã de
eodem differet delectu, indicatione sumpta à facultate medicamentorū quarta, cuius actio
à temperamento minimè pēdet: licet ab eo interdum iuuetur, sicuti in superioribus diximus. 45
Primum igitur docet, quopactò purgans medicamentū operetur. Quæ verba vt facilius in-

Theorema primum. XXIII

telligantur, paucis repetendum est, id quod initio primi capituli in ea verba (scire amplius oportet & cetera) notauimus. Medicamentum purgans, ut eo loco diximus, licet a sua forma siue facultate quarta humorem vel humores sibi familiares naturaliter possit trahere: tamen nunquam potentia hæc ad actum reducitur, id est, actu trahere dicitur, nisi a natura, hoc est, calore nostro nativo, in actum redigatur, & actu tale fit, quale dicitur esse potentia. Qui calor similis quodammodo videtur calori cælesti. Nam ut is virtute continet corporum inferiorum omnes qualitates, & cum causis illarum proximis omnia generat & producit: ita ille medicamentorum omnium vires actu quodammodo in se complecti non immerito dicitur. Quandoquidem licet ipse per se calfaciat, tamen ut ex medicamentis calidis potentia, calore actu excitat: ita ex frigidis, frigiditate: ex humidis, humiditate: ex ficcis, siccitatem: quæ etiam purgantia potestate dicuntur, ut actu id sint, quod dicuntur, hoc calore nativo opus habent. Breuiter medicamenta omnia quæ potestate dicuntur esse, energiam ab hoc accipiunt: id est, ut actu id sint, quod dicuntur, ab hoc calore habent. Idem medicamenti actionem limitat, & intra certos fines coercet, si nullus in purgatione admittatur error, neque natura deprauata agat. Dirigit etiam eiusdem actionem, dum ipsius vim ad partem, quæ ope eget, ceu manu deducit: & humorem noxium infestantem unam cum medicamento discernit educitque, & sapienter Medici errores corrigit tegitque. Quæ licet sic se habeant, & ceu habentis quibusdam videatur natura moderari medicamenti purgantem actionem: tamen in purgatione semper affertur vis eidem naturæ. Nam eam alterat, & immutat: facultatemque expultricem ad excretionem mouet, & irritat: & dum partes sensu præditas mordet, & pungit, venarum ora ampliari cogit: quæ deinde humorem in se conceptum trahi permittunt: humectat, lenit, vel aliter quomodo cumque pro sua facultate immutat, & afficit. Ex natura autem medicamenti est naturam alterare, & immutare prima, vel secunda, vel tertia, vel quarta facultate: quod autor afferre vim vocauit. Quam vim nisi afferret, non educeret. Nisi enim medicamentum alteraret naturam, & qualitates alienas ab ea haberet: in substantiam nostro corpori familiarem coctum & superatum conuerteretur. Interest enim inter medicamentum & alimentum, quod hoc alteratur, & immutatur a natura, dum coquitur in ventre venisque & in sanguinem, vel alium humorem abit: atque inde ex istis in os, carnem & alias corporis partes tota substantia alteratur, veteremque naturam exiit, in aliam transiens speciem. Illud corpora nostra alterat, & transmutat, pro sua facultate, neque speciem veterem exiit, neque coquitur, neque vincitur. Quod si interdum a natura superatur, & vincitur, nulla fit purgatio: sed in alimentum, vel venenum conuertitur. Non ergo vacuaret, nisi naturæ vim afferret, id est, eam alteraret, immutaretque pro sua facultate, & quodammodo superaret, ac euinceret.

Vacuatur autem non communiter, sed proprie: siquidem non materiam, sed hanc materiam educit, nisi ipsius actio effrenis fuerit.

Opinati sunt nonnulli medicamentum citra delectum vllum humores cucurbitæ modo attrahere, cui attrahendi modo tenuiores primum succedunt, post crassiores, tandem crassissimi: quam opinionem obiter hic refellit Mesues, dicens non temere medicamentum humorem quemuis educere, sed certum & selectum. Singula enim medicamenta purgantia familiaritatem habent cum aliquo ex tribus humoribus, quem etiam primum in purgationibus attrahunt. Non ergo communiter, id est, quenuis eitra discrimen vllum humorem vacuant: sed proprie, hoc est, proprium & familiarem medicamento trahenti. Non ergo materiam in genere medicamentum purgans vacuat: sed certam, determinatam, & familiarem illi. Nisi ipsius actio effrenis ac immodica fuerit. Nam tunc humores omnes citra delectum educit, ut post dictum est. Quod si cum duobus, vel pluribus familiaritatem habeat ut peplium, polypodium, helleborus, scammonium, agaricus: illos etiam naturaliter educit.

Effrenis autem actionis causa est peccatum in quantitate [vel qualitate] ut iam diximus.

Actio hæc effrenis & immodica hypercatharsis dicitur Græcis, quam inducunt medicamentum minimum quantitas immodica, vel qualitas aliena, vel utraq; ut autor initio huius operis scripsit.

Picus Mirande.
cap. 4. lib. 3.

Gale. cap. 19. lib. 3. simpli. & 23. temperamen.

Alexan. Aphrodisi.
proble. 57. secti.
2. in alijs. 53.

Gale. li. 1. simpli. & 3. tempera. & primo alimen. & primo de elementis.

Gale. cap. 23. lib. 3. simpli. medi.

Gale. de purgan. medica. facul.

Hippo. lib. de natur. huma. & Gale. 2. elem. & 2. facul. natu. & in simplicibus lib. 3. ad finem. & lib. de atra bile.

Gale. cap. 26. lib. 3. simpli. medica.

Libri primi

Est enim necessum, vt certa sit proportio medicamenti purgatis ad humorem trahendum: quam si excedat, & maior medicamenti quantitas exhibeatur, quam par est, & requiritur: maior etiam iusto fiet vacuatio. Nam educto humore vacuando vacuatio non cessabit, donec medicamenti actio penitus exoluatur. Quoniam dum illud continenter attrahit, & venarum ora fugit: facultatis retentricis vasorum infirmitas, & osculorum eorundem laxitas, sequitur. Quoniam igitur citra intermissionem vllam medicamentū attrahit, & mordicat, & facultas retentrix vasorum infirma est, & ipsorū ora sunt laxa: necessum est vt post familiaris humoris vacationē, reliqui quoque vacuentur. Idem accidit cum qualitate peccat medicamentū, vt cum deleterium est, corrosiuum, mordicatiū, non probè correctum, vel alia præditum qualitate à nobis aliena: nam tunc præter id quod vasorum infirmitatem, & laxitatem inducit: qualitate illa infesta ad excretionē partes irritat, & promouet. quare post vacationem humoris familiaris, alij etiā sequuntur: vt in scammonio, & scammoniatis vocatis medicamentis, colocynthide, & similibus, est videre. Hæc enim nisi probè correctæ & castigata sint, sua perquam acri natura vellicant, mordent, intestina exulcerant, & per confensum nervosum genus noxa afficiunt, tormina & contractiones afferunt, & humorum omnem genus eliciunt. Itaque quod à purgante medicamēto alieni quoque vacuentur humores, eas habeto causas. At verò quod hi prius, illi posteriùs vacuentur (vt post dicturi sumus) humorum tenuitas, tum crassitudo, in causa est: & ad hæc, quoniā non æquè omnes humores naturæ familiares sunt. Nam sanguis omnium familiarissimus illi est. Non desunt, qui aliam contentur reddere causam, propter quā alij à familiari, vel familiaribus, humores vacuentur cum effrenis est operatio: sed nobis ex Galeno hæc scripsisse in præsentia sit satis. Illud, vel qualitate, extrinsecus addidimus, quia desiderari videbatur: additum etiam fuerat in principio primi capituli huius theorematibus.

Quamquam verò omnia propè medicamenta purgantia genere sunt venenosa, quorum excessum natura non fert: eadem tamen omni suo conatu, nititur corrigere illorum motus, quibus virtutes nostri corporis dissoluunt: ac sine æstuatione & lucta non modo patitur corporis excrementa expelli, verum etiam in eorum educatione, tanquam onere leuata, recreatur, non minus quam si ipsa motu suo naturali expelleret.

¶ Medicamenta purgantia licet in genere deleteriorum siue lethalium medicamentorum reponantur, ipsa tamen probè castigata & correctæ, & iusta quantitate exhibita, alexiteria siue bezoardica dici possunt. Deleteria & venenosa dicuntur, quoniā eorum natura corporibus nostris substantiā & viribus est aduersa: ea tamē moderatione summi possunt, vt neque copia nimia corpus offendant, neque paucitate à nostro vincantur calore, neque qualitate aliqua maligna insigniter nos lædant: quin potius sic temperata humorem noxium euacuunt, qua ratione alexiteria siue bezoardica non immeritò vocantur. Caterum licet suppetias nostræ naturæ eant hac moderatione exhibita, tamen pro sua natura corpus nostrum alterare, & ipsius vires dissoluere nituntur. Quem conatum natura quibus potest modis arcet, prohibet, exoluitque: & corporis excrementa, à quibus infestatur, illis trahentibus, non modo facilis permittit, sed etiā in eorum educatione per medicamenta, non minus quam si ipsa motu suo naturali expelleret, tanquam onere & molestia leuata recreatur. Non aliter atque qui graue aliquod onus humeris gestat, vel quid vehementer calens manibus gerit: vbi à se graue illud, vel molestum expulit, gaudet. Excessum tamen eorum, id est, vim medicamentorum venenosam, non patitur natura grassari per corpus: quin protinus eam cōpescit exoluitque. Vel excessum, id est, immodicā quantitatem, vel qualitatem malignam medicamentorum ferre nequit: quoniā hæc nisi iuxta quantitatem & qualitatem, quatenus licet, castigata sumantur, lethalia esse solent. Porro autē, quæ Galenus scribit, de medicamentis fortiter & dissolendo purgantibus præcipuè intelligenda sunt. Nam quæ lubricando, emolliendo, & cōprimendo

Gale. ibidem, & cap. 27. lib. eiusdem.

Aëuar. lib. de cōpo. medica. & Gale. lib. 12. metho.

Gale. cap. 26. & 27. lib. 3. simpli.

Auerroës in collectione.

Gale. cōmēta. 12. li. 2. de vici. acu. & cap. 17. lib. 5. simplici. medi. & Celsus cap. 12. li. 2. & initio lib. 5. & Gale. li. Quæ medi. purganti. & c. Aëtius lectio. 3. lib. 1. Gale. capit. 22. lib. 3.

Hippo. & Gale. aphor. 2. lib. 1.

Cōmēta. 12. lib. 2. de viciu acu.

purgant: quantum purgatoria facultate corpori detrahunt, tantū vel alimentosa, vel astringentia virtute restitunt. Quæ vt exciperet Mefues limitationem illam, propè, addidit.

Eductio autem hæc duobus notissimis purgationis modis fit, quorum Hippocrates meminit lib. i. aphorismorum: interdum vomitu, agitata fursum ad stomachum materia: frequentius deiectione, excrementis ad ventrem deiectionis.

¶ Purgans medicamentum speciatim sumptum vomitu & deiectione vacuat: qui duo purgationis modi vulgo notissimi sunt, & in vsu creberrimo antiquis. Nobis vomitus per medicamenta purgantia lacessitus ferè iam est desuetus, neq; prouocandus est, nisi humores vacuandi sint in ventriculo, vel eò sponte sua vergant. Medicamenta quæ vomitū eliciunt, os ventriculi infirmant, & eò humores natura sua trahunt ab hepate, intestinis, & alijs partibus, vt paulò post dicturus est. In purgatione, quæ per deiectionem fit, excrementa versus fundum ventriculi, & ad intestina trahuntur: vnde tum à facultate expultrice deiectione, tum à grauitate illis insita promptè feruntur deorsum. Atq; hæc purgatio naturalior est, & in vsu frequentiore. De quibus duobus modis Hippocrates in aphorismis nominatim meminit. Purgantur item interdum humores per vrinam, sudores, & alios etiam meatus corporis: sed licet eam purgationem aliquoties natura fecerit, præueniat, ea tamen rarius medicamentis tentatur à Medico.

Medicamentum autem purgans ventriculo receptum non penetrat ad humorem vacuandum: sed vi attractrice sibi insita delectu quodam familiarem humorem ad se trahit: non aliter atque magnes ferrū, & charabe festucam, & alia quædam alia trahunt.

¶ Nequis dubitaret quomodo medicamentum purgans humorem vel humores sibi cognatos vomitu & deiectione purget, docet in presentia medicamentū non adire ad humores vacuandos, & post inde veluti manu ad os vel finem intestini recti deducere: sed potius ipsum in ventriculo detentum vi attractrice sibi insita familiares humores è venis, & capacitatibus, & meatibus sensum latentibus, ad se trahere: non secus atq; magnes è certo loco certaq; distantia ferrum ad se trahit, & charabe (succinum Latini vocant) festucas, & cucurbitula humores & spiritus, & alia quædam, vt partes corporis inanitas, alia, id est, nutrimentum, & quæcunq; surculos, telorum cuspides, serpentium venena, quæ telis sunt illita, euellunt. Quo loco obiter Asclepiadis & Erasistrati opinio falsa reprobatur, dicentium nullam esse facultatem attractricem: simul etiam Epicuri opinio exploditur, concedentis quidem facultatem attractricem medicamentis, sed ridiculam quandam rationem comminiscens, dum causam reddere conatur, quare sic trahant. At verò ad humorem vacuandum non penetrat medicamentum, nisi facultate aut vapore, aut certè portione paucissima. ob id etià paulò crassius teritur, ne per vrinas vis ipsius feratur: id quod in omnibus medicamentis seruandum esse scripsit Galenus.

Attractio autem humoris vacuandi non aliunde fit, quàm ex venis, & meatibus corporis sensum latentibus ad ventriculum & intestina: at ventriculi & intestinorum natura grauata, cum expellere nititur. Quòd si ad ventriculum declinet agitatio fursum humore (id quod rarius accidit) vomitu vacuabitur: at si deorsum vergat, deiectione.

¶ Docet nunc vnde trahant medicamenta purgantia humores vacuandos, & quam ob causam attracti ad loca excrementis dicata expellantur: & quando per vomitum, quando per secessum euacuentur: & vtra illarum vacationum crebrior & naturalior sit. Vt autè quod primum propositum est, exquisitè intelligatur: necessum est scire venas totius corporis ab

E

Aphor. 2.
Gale. cap. 19. lib. 5. simpli. medi.
Idem lib. 11. metho. & lib. de vicia. & lib. de vicia. & comen. aphor. 2. lib. 4. & lib. 1. de locis affe. & aphor. 4. & 6. lib. 4.

Gale. li. 5. metho. & aphor. 21. li. 7.

Idem cap. 19. lib. 5. simpli. medi.

Serapi. cap. 10. de antido.

Aeti. cap. 24. sermo. ter. lib. 1. & Gale. lib. 1. facul. natura. & lib. 5. simpli. cap. 16.

Lib. 4. sani. tuen. in diacalamin.

Rafis. 7. ad Almazo. Serapi. in antidotis. Auicem. 4. primi cap. 4. de regulis communibus. & cano. 4. multis in locis.

In omnibus lib. anatomis. hepate habere originem secundum Galenum, quem ceu ducem in arte medica sequimur. Ab hepate igitur duæ maximè insignes venæ oriuntur: quarum altera caua dicta è parte gibba & superiori hepatis nascitur, inde fursum & deorsum, & ad latera per vniuersum corpus distribuitur. Altera, quæ vena porta vocatur, ab inferiore hepatis parte procedit, & in aliquot ramos insignes distributa lieni, ventriculo, intestinis, & alijs quibusdam partibus venas im-
 5
 10
 15
 20
 25
 30
 35
 40
 45
 50
 55
 60
 65
 70
 75
 80
 85
 90
 95
 100
 105
 110
 115
 120
 125
 130
 135
 140
 145
 150
 155
 160
 165
 170
 175
 180
 185
 190
 195
 200
 205
 210
 215
 220
 225
 230
 235
 240
 245
 250
 255
 260
 265
 270
 275
 280
 285
 290
 295
 300
 305
 310
 315
 320
 325
 330
 335
 340
 345
 350
 355
 360
 365
 370
 375
 380
 385
 390
 395
 400
 405
 410
 415
 420
 425
 430
 435
 440
 445
 450
 455
 460
 465
 470
 475
 480
 485
 490
 495
 500
 505
 510
 515
 520
 525
 530
 535
 540
 545
 550
 555
 560
 565
 570
 575
 580
 585
 590
 595
 600
 605
 610
 615
 620
 625
 630
 635
 640
 645
 650
 655
 660
 665
 670
 675
 680
 685
 690
 695
 700
 705
 710
 715
 720
 725
 730
 735
 740
 745
 750
 755
 760
 765
 770
 775
 780
 785
 790
 795
 800
 805
 810
 815
 820
 825
 830
 835
 840
 845
 850
 855
 860
 865
 870
 875
 880
 885
 890
 895
 900
 905
 910
 915
 920
 925
 930
 935
 940
 945
 950
 955
 960
 965
 970
 975
 980
 985
 990
 995

In omnibus lib. anatomis.

Gale. cōmen. prognos. 13. lib. 2. & lib. de atra bile.

Hippo. aphorif. 1. particule. 6. li. 6. epide. Gale. lib. de inæquali intēpe. & cap. 12. lib. 1. simplici. & lib. de viū pulsuum. & 3. facul. natu. & alibi.

Aphrodi. proble. 53. secti. 2. & Gale. lib. 3. facul. natu. & lib. 4. sanitu. & Apho. 15. lib. 1.

Lib. 4. sanitu. lib. 1.

Gale. lib. de victu priuatorum.

Prima causa.

Ad intestina verò plurimum declinat, propter sex causas. Quarum prima est, quoniam materiæ ad inferna sæpius ruunt. Altera, quoniã meatus & canales expellendis excrementis dicati plures ad intestina, quàm ad ventriculum feruntur. Tertia, quia natura intestina destinavit vacuandis excrementis, non ventriculũ.
 35
 40
 45
 50
 55
 60
 65
 70
 75
 80
 85
 90
 95
 100
 105
 110
 115
 120
 125
 130
 135
 140
 145
 150
 155
 160
 165
 170
 175
 180
 185
 190
 195
 200
 205
 210
 215
 220
 225
 230
 235
 240
 245
 250
 255
 260
 265
 270
 275
 280
 285
 290
 295
 300
 305
 310
 315
 320
 325
 330
 335
 340
 345
 350
 355
 360
 365
 370
 375
 380
 385
 390
 395
 400
 405
 410
 415
 420
 425
 430
 435
 440
 445
 450
 455
 460
 465
 470
 475
 480
 485
 490
 495
 500
 505
 510
 515
 520
 525
 530
 535
 540
 545
 550
 555
 560
 565
 570
 575
 580
 585
 590
 595
 600
 605
 610
 615
 620
 625
 630
 635
 640
 645
 650
 655
 660
 665
 670
 675
 680
 685
 690
 695
 700
 705
 710
 715
 720
 725
 730
 735
 740
 745
 750
 755
 760
 765
 770
 775
 780
 785
 790
 795
 800
 805
 810
 815
 820
 825
 830
 835
 840
 845
 850
 855
 860
 865
 870
 875
 880
 885
 890
 895
 900
 905
 910
 915
 920
 925
 930
 935
 940
 945
 950
 955
 960
 965
 970
 975
 980
 985
 990
 995

¶ Causas assignat, propter quas vacuatio, quæ per secessum fit, naturalior & frequentior est (Licet vomitus antiquis celebris & solemnis fuerit, vt Philotimo & Praxagoræ: nobis verò desijt in vsu adeo crebro esse) Nam motus excrementorum ad intestina & anum na-

Theorema primum. XXVI

turalior & frequentior est: tum quoniam materiæ ob insitam gravitatem deorsum ruunt, hoc est, ad intestina, non sursum ad os ventriculi (pituita enim & melancholia graues humores sunt, & reliquorum grauium naturam sequuntur. at bilis flaua ignea, leuis, olei naturam imitans, sæpè per superiora promptè vacuatur: promptè etiam per inferiora, quoniam
 5 facile sequitur medicamento tractum) tum quoniam venæ mesenterij plurima sui parte ad intestina terminantur: per quas, veluti per manus, hepar trahit chylum: & excrementa tum sua, tum reliqui corporis ad intestina transmittit. Ad stomachum venæ sunt paucissime è iecoris porta profectæ, quæ non in id sunt factæ, vt per eas excrementa corporis vacuentur. Sola igitur reliqua est pylori continuitas cum intestinis, per quam non facile admittuntur
 10 excrementa: nisi magno impetu sursum repant ob aliquem affectum præter naturam: vt si os ventriculi sit infirmum, vel quia exitus per inferiora excrementis est negatus, vel quia vi rapiuntur à medicamento vomitorio, vel ob aliam aliquam causam. Tertia causa est, quoniã intestina excrementis recipiendis sunt dicata, non ventriculus. Homo enim quoniam animal politicum est, vt ait Plato, ne assidue egereret, neue meieret: humidis quidè excrementis vesicam naturam subiicit, ficcis intestina crassâ, quæ veluti stercorarium quoddam sunt.
 15 At ventriculus officina est prima coctionis, nec facile excrementa in se recipit, quoniã exquisito sensu, & vi expultrice valida præditus est. Ad hæc, sagax natura prudētissimè in hoc paruo mundo instituit, vt partes quædam nobiliores, fortiores, superiores essent: aliæ contra ignobiliores, imbecilliores, inferiores: vt ab illis ad has fieret trãmissio eorum, quæ vel
 20 quantitate, vel qualitate essent aliena. at ventriculus non solum nobilior est intestinis (quia sensu tactus exactissimo præditus, & quia cum cerebro, corde, hepate, partibus principibus colligantiam habet: & quoniam officio & munere fungitur nobiliori) sed etiam fortior & superior. Ob quas causas consentaneum est, vt excrementa ad intestina potius, quàm ventriculum deuoluantur. His accedit, quòd venæ mesaraicæ maxima sui parte ad intestina terminantur: quare via breuior est, & naturalior ad ea, quàm ad ventriculum. Atqui, vbi cætera
 25 similia sunt, via compendiosior & breuior eligenda est. Demum cum natura inferiorem ventriculi portam expulsionem dicauerit, gulam verò attractioni: consentaneum magis est naturæ, si materia ad ventriculum sua sponte feratur, deiectione potius, quàm vomitu deturbari. Id quod sententia quadam vniuersali probat, dicens, Omnis enim operatio & cæte. Habent enim corporis partes certas, præfinitas, & limitatas actiones, vt loca per quæ excrementa sua purgant: quæ vbi inuersa sunt, & contrario modo, perque contraria loca, quàm à natura sunt instituta perficiuntur, infelices & improspere esse solent. Ex quibus abundè probatum est, materias sponte sua, & à natura promotas, plurimum deiectione vacuari: rariùs vomitu.
 35 Cum igitur medicamentorum purgantium alia naturâ vomitoria sint, alia deiectoria: scire licet ea esse vomitoria, quæcunq; os ventriculi ex insita proprietate debilitant, & in ipso moram trahentia, ad ipsum ex hepate, intestinis, & partibus cæteris [materias] attrahunt: quæ in eo excitant agitationem cum subuersione: deinde motu cõtrario nature continuato, per os expulsio fit.
 40 ¶ Duos ex Hippocrate dixerat esse notissimos purgandi modos, vomitum & deiectionem: sed non docuerat hæcenus, quæ essent medicameta vomitoria, & quæ deiectoria: & quo pacto vomitoria elicerent vomitum, & deiectoria per inferiora purgarent. Nam licet ostensum sit ab insita virtute medicamentorum operationes has fieri, desiderabatur adhuc, quo modo afficiuntur partes, in quibus sunt medicamenta vomitoria, & deiectoria: vt inde vomitus, & deiectio sequantur. Primum tamen de vomitorijs differit, ostèdendens vomitoria me
 45 dicamenta dici, quæ os ventriculi infirmare possunt, & in ipso aliquandiu immorantia humores ab intestinis, & alijs partibus, per proprietatem sibi insitam, etiam contra naturam institutum, eò rapere: à quibus offensus os ventriculi ad expulsionem eorum per gulam in

Gale. lib. 5. de vsu partiu, & Hippo. de somnijs ægrotu, & lib. 4. san. tuen.

Secunda causa. Hippo. & Gale. apho. 4. & 6. lib. 4. & lib. de natu. huma. Gale. lib. 3. facul. natura. Idem lib. 4. de vsu parti.

Tertia causa. Gale. lib. 4. de vsu parti.

Quarta.

Quinta. Gale. commen. in apho. 21. lib. 1. & lib. 4. metho. Sexta.

Aphor. eodem. & Aphor. 17. parti. 2. lib. 6. epide.

Auicē. cap. 4. fen. 4. lib. 1.

aliud institutam mouetur, humorésque ipsi motu natura sua contrario (nam ferè graues sunt) sursum pelluntur, continuato motu medicamentorum ad superna. Humores hi ad os ventriculi attracti tremorem & displicentiam in eo excitant: quoniam qualitate, quantitate, & essentia contrarij sunt. Subuertunt etiam illud, id est, nauseosas dispositiones in eo excitant: quas deinde sequitur vomitus, debilitatis partibus supernis eius. Trahuntur humores à medicamentis vomitorijs ab intestinis, hepate, & alijs partibus: nunquam tamen commode vacuantur per vomitum, nisi in ventriculo sint, vel sponte sua eò ferantur. Hæc ferè medicamenta leuia, flatuosa, humida, oleosa sunt. Cætera quæ de vomitu desiderantur, ex Hippocrate, Galeno, Auicenna, Paulo, & alijs discenda sunt.

Gale. cap. 1. & 3.
lib. 3. cõpo. ph. p.
& cap. 26. lib. 3.
simpli.
Idem aphor. 12.
lib. 4. & lib. 11.
metho.

Deiectoria verò sunt medicamenta, quæcunq; in ventriculo immorantia ab hepate, cæterisque partibus humorem sibi familiarrem ad intestina attrahunt, propter commoda prius dicta, & faciunt in ventre perturbationem: deinde naturali ita exigente virtute, continuato motu ipsius, expulsio fit foras per anum. Atq; hoc modo vomitorium medicamentum est [tantum] vomitorium: & deiectionem est [tantum] deiectionem.

¶ Deiectoria medicamenta quæ sint, & quo loco maneant, dum purgatio fit, & vnde attrahant, & quo modo ventriculi fundum afficiant: in his docet. Medicamenta igitur quæ per inferiora purgant, in fundo ventriculi retenta ad se, & ad intestina humores ab hepate & alijs corporis partibus rapiunt, & tandem ventriculi partem inferiorem naturâ sua laxant, & infirmant: & tum in ipso, tum in intestinis tormina, & rosiones excitantur. A quibus facultas expultrix ventriculi & intestinorum irritata, expellit deorsum tum medicamentum, tum humores attractos. Quo motu natura ipsa sponte sua consueuerat talia excrementa vacuare, & ipsa alioqui per inferiora sapius & commodius vacuantur, propter causas iam recensitas. Et hoc pacto medicamentum vomitorium elicit semper vomitum, & nunquam deiectionem: & deiectionem semper per inferiora purgat. Aliquando tamen repugnante medicamentorum natura, vomitorium fit deiectionem: & deiectionem, vomitorium: vt iam iam dicet.

Ignorare autem non oportet deiectionem fieri interim vomitorium: interim accidere contra. Deiectionem fit vomitorium, propter naturam interim medicamenti, interim ægri, interim vtriusque.

¶ Tres assignat causas, propter quas medicamentum naturâ sua per secessum purgans, per vomitum, reluctantem proprietate insita, purget. Quarum prima est, natura & dispositio medicamenti: altera ægri, qui suscepit illud, natura & præparatio: tertia, quæ vtrique communiter succedere possunt: quæ neq; ægro, neq; medicamento peculiariter assignantur. Quas partes singillatim ipse persequitur.

Ob medicamenti naturam.

Propter medicamenti naturam, si ori ventriculi supernat: aut nimis abominabile est: aut agitationem, & perturbationem nimiam in eo facit.

Ex Gale. lib. 2. alien. capit. de armeniacis.

¶ Leuia, vt agaricus: oleosa, & humore superuacuo prædita, vt balanus myrepfica, & hermodactyli in locis nati humidioribus: flatuosa, dulcia, insipida, vinctuosa: ori ventriculi supernatare solent, & ad nauseam & vomitum eum prouocare, nisi exactè castigata sint. Molestæ & horrorem mouentia sunt fœtida, vehementer acria, amara, salia, deniq; quæ odorem, saporem, colorem, consistentiam ingratam suscepturo habent. Nam hæc ferè cum horrore, saltu, & palpitatione ventriculi assumuntur. Agitationem & perturbationem nimiam in ventriculo faciunt, vt elaterium, helleborus, lapis lazulus, scammonium, & alia similiter

Theorema primum. XXVII

fortia & succussatoria medicamenta.

Propter naturam ægri, si est stomacho imbecillo: aut si stercus iam siccius in intestinis pertinacius hæret: aut si canales & meatus expulsionem dicatos arctatos habet: aut si flatus aliquis medicamentum ipsum subleuat.

Ob naturam ægri.

- ¶ Deiectorium medicamentum fit vomitorium propter ægri naturam seu dispositionem, vel quia est stomacho, id est, ventriculo, & maxime ore ipsius a natura, vel a morbo imbecillo. Quoniam natura tum sponte sua, tum a medicamento irritata ad partem imbecillioris expellere consuevit, quæ aliena sunt. Hinc iubet Galenus, ubi per inferiora purgandum, inferiora esse soluenda, superiora roboranda: contra ubi per superiora purgandum, superiora comprimenda & roboranda: superiora laxanda. Quoniam vomitus sequitur, ubi superiores ventriculi partes debilitas occupauit: deiectio ubi inferiores. Aut quia stercus durum impactum est in quibusdam intestinis, ut cæco, colo, recto. Nam tunc quoniam exitu prohibetur per inferiora, ad superiora remeare compelluntur, & vomitu vacuari. Vel quia canales & meatus, per quos natura expellere consuevit, obstructi ab humoribus multis, crassis, lentis, vel flatibus sunt: vel compressi, vel utcumque aliter formam habent corruptam, ut in iliaca, & colica affectione, tumoribus hepatis, vel aliarum partium, per quas excrementa vacuanda sunt. Vel quia flatus medicamentum secum ad superiora rapiunt, ut in colico affectu sæpe accidit: & ubi alia quæuis flatuosa affectio corpus occupat. Ob has causas prudentissimè monuit Hippocrates sacro illo oraculo, Corpora cum quis purgare voluerit, fluida prius esse facienda.

Cap. 26. lib. 3. simplic. & in lib. facult. natu. Corne. Cel. cap. 18. lib. 3.

Aëti. cap. 117. sermo. 3. lib. 1.

Gale. lib. 5. de usu parti.

Aphorif. 9. lib. 2.

Propter vtriusque naturam, ut si post sumptum medicamentum corporis aut animi motus aliquis [immoderatio] sequitur, vel fætor, vel rei abominabilis aspectus, & similia.

Ob naturam vtriusque.

- ¶ Quæ hic scribuntur, communia sunt corpori purgando & medicamento, ita ut neutrorum peculiariter conueniant. Motus enim tum corporis tum animi, diuersum quid est a natura & dispositione tum ægri, tum medicamenti. Quandoquidem animi affectus, de quibus potius dubitare quis posset, inter externa reponuntur a Galeno. Reliqua nemo in controuersiam vocabit, num vtriusque communia sint. Cæterum decidenda est hoc loco dubitatio quædam, quæ tyrones aliquos torquere posset: vtrum scilicet motus corporis vomitum prouocet. Galenus enim in fine lib. iij. de sanitate tuenda scribit motum corporis deiecere aluum, cui experientia cotidiana suffragatur. Nam vulgares, nedum Medici, iubent, ubi medicamentum tardius operatur, corpus mouere in latera, & ambulare. At verò Hippocrates in aphorismis corpus moueri iubet, ut promptior ex helleboro sequatur purgatio per vomitum. Sed soluitur dicendo, motum præcipue vehementem corporis protinus aut non multo post a sumpto medicamento vel cibo initum, vomitum elicere: facta verò prima coctione, & distributione alimenti ad hepar: vel medicamento iam a ventriculo vndique amplexo, vel operari cæpto: si modicus fiat & lentus, recto corpore, citius aluum deiecere. Situs etiam corporis pronus vel reclusus non parum facit, ut ex deiectorio fiat vomitorium medicamentum, & vice versa. Motus item animi vehementes ut vigilia, tristitia, denique quæuis animi intentio vehemens, rapit calorem, spiritus, & materias omnes sursum: præcipue verò id facit apprehensio medicamenti assumpti. Nam illa quibusdam horrorem, tremorem ventriculi, nauſeam, vomitum denique excitat. Fætor & aspectus rei abominabilis a sumpto medicamento idem efficere solent. Fætor enim omnibus hominibus nauſeam & vomitum prouocat. Qui dam etiam tam sunt proni ad vomitum, ut si quid videant, audiant, odorent, gustent, tangant, quod naturam suam, vel ipsis horrorem aliquem prouocare possit: ilico nauſeant, & vomant. Ob id postquam sumptum medicamentum est, & dum sumitur, odora naribus offerimus, iucunda omnia naribus offerimus, canimus ad numeros, ludimus musicis iustrumentis: ut horrorem & tædium assumpti medicamenti fallamus.

Commen. aphorif. 1. lib. 1.

Idem scribit lib. 2. alim. post ca. de pomis, & cap. 2. lib. 3. de caus. sympto. & initio alimen. 14. & 15. lib. 4.

Libri primi

Vomitorium contrà, quandoq; euadit deiectorium propter illa eadem tria, aliter tamen se habentia.

¶ Medicamenta naturâ vomitoria per inferiora quandoq; purgant propter tres iam recensitas causas nempe medicamenti, ægri, vtriusq; naturam & dispositionem, contrario tamen modo se habentes à supra dictis. Quo modo autem se habeant singula, ipse in sequentibus membratim declarat.

Medicamenti natura.

Quorum primum est, si medicamentum suapte natura promptè descendit, aut si iucundum aliquid ei permixtum est.

¶ Graua & terrena medicamenta licet qualitatem aliquam vomitoriam in se comprehendant, quia tamen suapte natura ipsa ad fundum ventriculi & intestina feruntur, egestionem interdum excitant, non vomitum. Huiusmodi sunt lapis lazulus, & armenus, nitrum, & quæ his similia sunt. Idem accidit, cum iucundum aliquid & ventriculo gratum admixtum est medicamento vomitorio, vt polypodio vel agarico aromata, vel alia, quæcumq; ventriculo siue alimenta siue medicamenta grata sunt. Nam quoniam ea grata sunt, medicamenti iniucunditatem & vomitoriam vim tegunt, exoluuntque: quare ea ventriculus amplectitur, & in sui fundo retenta alterat, in actumque redigit, eademq; post eò attrahunt, & per inferiora modo iam prius dicto expelluntur.

Ægri natura.

Alterum est, si stomachus suscipientis est robustus: aut tunc vehementer esurit: aut aluus lubrica est.

¶ Qui ventriculo sunt firmo & robusto non facile ad vomitum prouocantur, nisi à fortibus & vehementibus medicaminibus: quin potius interdum ea retinentur, & alterantur, & deniq; aluum laxant, interdumque victa & coacta in humorem similem purgando, vel venenosum conuertuntur. Nonnulli enim sunt stomacho adeò firmo, vt nunquam vomuerint. Si quis etiam dum sumit medicamentum vehementer esuriat, illud retinebit, & transmutare conabitur. Siquidem per famem ventriculus, quibus potest, expletur, non modo alimentis, sed etiam, si ea desint, excrementis, & medicamentis, si suppetat: ipsaq; potentissimè vndecumq; ad se trahit, amplectitur, & concoquere nititur. Aluus præterea lubrica naturâ, aut morbo, vt in profluuijs ventris: sæpè fecit, vt medicamentum vomitorium aluum solueret. Quò natura enim vergit, eò vel leuissimo impetu medicamenta & humores feruntur.

Vtriusq; natura.

Tertium est, si iucunda quædam obiecta apprehensionem medicamenti extrinsecus prohibeant.

¶ Mens nostra interim adeò altis cogitationibus est immersa, vt necessitati naturæ succurrere obliuiscatur. Sæpè enim nec recordamur cibum sumere, nec aluum deicere, nec vesicam laxare, ad id inuitate natura. Amantes etiam respirare obliuiscuntur, dum rem amatam intensius meditantur: sæpè locum, quem institueramus petere, imprudenter præterimus. Sic etiam sumpto vomitiuo medicamento, si animus ad iucunda quædam obiecta rapiatur, operatio vomitiui impeditur: etiam si ipsum aliquoties ad vomitum naturâ lacererit. Quare natura aperto pyloro humorem attractum, & medicamentum naturaliter ad inferiora depellit. Ad hæc, quies corporis medicamentum vomitorium, deiectorium reddere potest. Nam sicut motus corporis diuersis temporibus, & diuerso modo initus deiectionem & vomitum prouocare potest: sic quies. Siquidem hæc per initia facit, ne vomitus sequatur: at post deiectionem moratur.

Huc accedit, quòd natura, quæ omnia dirigit, sapienter consuevit vomitiuum, solutiuum reddere, propter dicta prius comoda.

Gale. lib. 5. de usu par. & Aphrodi. proble. 88. secti. 1. & Gale. lib. 1. fan. tuen.

¶ Vltimam scribit causam, propter quam vomitorium per secessum purgat, & non per vomitum. Quoniam scilicet natura, quæ nostrum corpus dispensat, & regit, prudenter consuevit omnia in melius dirigere. Nam excrementa ipsa à natura nostra aliena, vt humor melancholicus, qui in liene mutari ac elaborari non potuit, vt nec bilis flaua, omni suo conatu ni-

Theorema primum. XXVIII

titur ea in vsum aliquē assumere. Hac enim per ecphyfin vacuata in intestina vice clysteris
 vtitur. Nam cum ipsa suapte natura incidere, & abstergere crassos & lentos humores possit,
 & irritare & mordere sensibiles partes, pituitam crassam & lentam (quam animal, quandiu
 recte ac naturaliter se habet, collectam in intestinis ferè continet) & excrementa ipsa alimē
 5 ti quotidie euacuat. Illo verò per vas venosum in ventriculum translato, appetentiam exci-
 tat, ipsumq; intendit, ac contrahit in se ipsum, cogitq; cibos ad vnguem circumplecti, atq; re-
 tinere quousq; fuerint percocti. Igitur cum melius, salubrius, & congruentius sit humores
 peccantes per aluum, quam per vomitum vacuari, propter sex causas, quas in superioribus
 scripsimus, & natura semper quod melius est facere nitatur: consentaneum est, naturam ali-
 10 quando vomitorium medicamentum, reddere deiectorium, facultate ipsius medicamenti
 aliud exigente.

Gale. lib. de atra
 bile, & de vsu
 parti.

15 Deiectorium fit vomitorium ob naturā
 Medicamenti — si { 1. ventriculo supernat.
 2. stomachum agit & subuertit.
 3. abominabile est.
 20 Aegri — si { si stomachus est imbecillus.
 stercus ficcius adharet intestinis.
 intestina angustiora sunt reddita.
 flatus aliquis subleuat medicamentum.
 25 Vtriusq; propter { motum corporis & animi, foetorem,
 vel aspectum rei abominabilis.

30 Vomitorium fit deiectorium ob naturā
 Medicamenti — si { ipsum promptè ad aluum descendat.
 Mixtum sit aliquid gratum suscipienti.
 35 Aegri — si { stomachus est robustus.
 inanitus est, & famet.
 aluus lubrica est.
 40 Vtriusq; quoniam { Mens ad alia iucunda distrahitur.
 Natura propter commoda iam dicta ex vomito-
 rio facit deiectorium.

40 Ex vomitorijs præterea quædam sunt clementia (suntque ea
 propriè, quæ citra magnam naturæ vim, vomitum eliciunt) alia
 his contraria sunt.

45 Quoniam vomitoria omnia non eodem modo vomitum eliciunt, sed quædam clemētius
 & citra magnam naturæ vim: alia vehementius, & cum maxima naturæ vi, periculo & corpo-
 ris succussatione: alia mediocriter: ea prudenter trifariam diuisit, & singula in suum ordinē
 50 digessit. Quam diuisionem licet non ita apertè hic expresserit, in his, quæ deinceps subiun-
 git, manifestè declarauit. Quanquam ex doctrina Hippocratis vi & potestate eam com-
 plexus est. Nam sub extremis medium facile intelligitur: at medium citra extremorum ap-
 positionem non facile cognoscitur. Cum itaq; extrema duo clementia scilicet, & vehemen-
 tia (quæ per hæc verba [& quæ his contraria sunt] intellexit) declarauerit: mediū, medio-

Gale. lib. 2. fani-
 tuū, & 9. metho-
 di, & alibi.

Libri primi

cria nempe, facile intelligitur. Nihil igitur in diuisione desiderari potest. Idem etiam aperte indicauit, quoniam essent uehementia vomitoria, ubi dixit, clementia esse, quæ citra magnam naturæ vim vomitum eliciunt. Nam cum clemens & uehemens sint contraria, & contrariorum eadem sit disciplina, contrariæ diffinitiones: & qui nouit vnum, nouit & alterum: facile cuius constabit, uehementia esse, quæ cum maxima naturæ vi vomitum prouocant. Ex quibus mediocria quæ dicantur, nemo dubitat.

Clementia sunt, semen anethi, atriplicis, melanthij, rapæ, radicis, caparum: & raphanus, sal, flos myricæ, asarum, & similia.

Cap. de anetho in simplici. medi.

¶ Primam classẽ vomitorijs clemẽter dicauit, secundam mediocriter vomitorijs, tertiam & vltimam uehementibus. Inter ea igitur quæ clementer vomitoria sunt, principem locum femini anethi assignauit, quod Dioscoridi aluum vomitionesque fistit. Quid alijs accidat nescio, mihi frequentissimè eo vtenti, nunquam vomitum prouocauit. Nisi quis dicat cum tepida epotum id efficere, sed ipse huius euentus aquam tepidam potius in causâ esse putarem, quam anethi semen. Rapa quid sit Dioscorides docet. Radix cum absolutè enunciat, raphanum vulgò Hispanis nuncupatum significat, Galeno raphanis dicitur. Dioscoridi raphanus. Raphanum vocat Mesues syluestrem radicem, Romanis armoraciam dictam. Sal etiam vomitorius est, licet insulsa iuscula vomitum prouocent. Myrica Latinis tamariscus dicitur.

Mediocria sunt, nux vomica, cnicus, baurach, sal gemmeus, sal Indus, ben magnum, & similia.

Plini. theophras. Gale. Diosco.

¶ Secunda classis vomitoria sunt, quæ paulò fortius, & cum maiore naturæ molestia, quam clementia medicamenta: sed minori, quam uehementia, vomitum prouocant. Inter quæ nux vomica primum locum sibi vendicat. Ea veteribus incognita fuit, Anicennæ, Ruellio, Syluio, Musæ, & recentioribus alijs cognita. Ben magnum fructus est triangulari figura, magnitudine auellana; balanus myrepfica Græcis dictus.

Uehementia vomitoria sunt, helleborus albus, condisi, meze-reon, ben minus, lathyris, kerua, thapsia, harmal, cucumer agrestis, & similia.

Gale. cõmẽ. apho. r. lib. 5. Mesu. in simplici. capit. de hellebo.

¶ Helleborus absolutè prolatus in scriptis Græcorum albus intelligitur: in scriptis Arabum niger. Albus præcipuè vomitum prouocat, de quo pleni sunt autorum libri. Condisi struthion dicitur Græcis, radice Latinis, vulgò herba fullonum, saponaria, & lanaria. Cnicus carthamus iam cœpit vulgò vocari. Salis species in simplicibus purgãtib; traduntur. Ben paruum ignotum Græcis, fructus ciceris emulus ostenditur in officinis. Lathyris cataputium minus herbarijs & vulgò Pharmacopolarum nuncupatur. Cheruaricinus & cacinus dicitur, vulgò cataputium maius, de quo extrahitur oleum de cherua dictum. Thapsia quid sit, Dioscorides docet. Circa Harmal error minimè ferendus per vniuersam ferè Europam grassatur. Nam maxima Pharmacopolarum pars pro harmal cituta semina, venenum præsentissimum, accipit. Cum ruta syluestris à quibusdam autore Dioscoride harmola siue harmal vocetur. Ex quo discere licet corruptè apud Serapionem & alios Arabas harmel legi cum & in secundo loco. Cucumer agrestis anguininus à quibusdam vocatur, vulgò corruptè asinus dicitur. Sunt alia non pauca vomitoria, quorum hoc loco non meminit Mesues, quæ ad has tres classès facile quiuis redigere poterit, eaque omnia per verbum similia cõplexus est. His postremis medicamentis non nisi vrgente aliqua necessitate, & probè castigatis & correctis, corporeque prius preparato est vtendum. Nam alioqui non minus periculi ab his impendet, quam à uehementibus & malignis per inferiora purgantibus.

Inquit Heben Mesues: Medicamentorum deiectoriorum actio quatuor modis ab insita proprietate fit. Nam aut vacuant dissoluendo à proprietate sibi insita, vt scammonium & turbith; aut sua

Theorema primum. XXIX

proprietate comprimendo & exprimendo, vt myrobalani: aut virtute sibi cognata leniendo, vt casia fistularis, tereniabin: aut lubricando sibi ingenita vi, vt mucago psyllij.

¶ Medicamentorum purgantium genera, Arabibus cognita & celebrata quatuor esse in superioribus ostendimus, multisque contendimus eorum quodque non solum à virtute & facultate manifesta humores sibi cognatos educere, sed etiam ab insita, & occulta proprietate: & hanc esse, cui purgantium actio potissimum & primum ascribenda sit: illam auxiliariam & secundariam huic esse. Veteres vnicum tantum genus medicamentorum purgantium posuerunt: reliqua tria genera vel ignorarunt, vel certè inter purgantia reponere dedignati sunt. Neque ob id sunt ea explodenda & exhibilanda. Neque enim assentior his, qui nullum verbum neque sententiam recipiunt, si in libris Græcorum scripta non reperiuntur: quin multarum rerum & vtilissimarum inuentionem experientia & vsu Arabibus merito suo referri debere accepta fatemur. Quatuor hæc genera ab insita & occulta proprietate vacuare generatim primum dixit: deinde idem speciatim in singulis medicamentis repetit. Comprimentia medicamenta astringente virtute ventriculum & reliquas partes roborant, quæ roborata valentiùs exprimunt. Ipsa etiam comprimentia suapte natura deorsum feruntur, quare materias omnes, quæ ante ea sunt, deturbant.

Cæterum (vt ego sentio) quæ dissoluendo purgant à proprietate medicamenta, eadem ferè virtute sibi insita attrahunt, & eradicant: à supernis quidem partibus attrahunt materias, eradicant ab inferioribus.

¶ Quatuor hæc genera medicamentorum purgantium in vi & facultate trahendi inter se confert: ex quibus quæ dissoluendo corporis vires, & orificia venarum aperiendo purgant, à superioribus & inferioribus partibus corporis educere scribit: reliqua tria medicamentorum genera non item, vt statim dicit. Cæterum dissoluentia à supernis trahere dicuntur, quoniam materia ipsa momento suo & naturali inclinatione deorsum fertur: vt vel sponte sua eò interdum moueatur, quare vel leuissimo attractui medicamentorum interdum cedit. Ab infernis verò non nisi maxima vi trahitur, quia grauitate sua ceu radicibus quibusdam firmata, tractui medicamentorum fortiter resistit, quoniam motu suæ naturæ contrario rapitur.

Reliqua autem non similiter. Quoniam huiusmodi virtus à natura insita debilis & parum perspicua est in eis, vt quæ solum materias, quibus ipsa occurrunt, euacuet, neque ultra hepar & caput ea se fundat: & ad caput vix aliter perueniat, quam vacuando materias, quæ ad ipsum ascendunt, quo pacto per accidens iuuat.

¶ Reliquis tribus medicamentorum purgantium generibus compressorij, lenitiui, & lubricantibus vis purgatrix imbecilla est: neque ita manifesta atque dissoluentibus. Quoniam non transcendit hepar, sed obuias tantum materias educit, nisi ampliori pondere exhibeatur. Tunc enim totius corporis purgatoria esse potest, vt de aloë scripserunt Paulus, Dioscori. Actua. Per accidens tamen purgare potest etiam reliquas corporis partes, vt caput, artus, articulos: vacuata nempe materia, quæ ad eas partes fluebat ab stomacho, hepate, & alijs partibus: vel potius quia vbi deorsum natura momentū & inclinationem à medicamento purgante accepit, ipsa post suo nutu expulsionem continuat, donec inutile excretum sit. Nam vt phlebotome à toto corpore vacuat, non primo, sed succedente in locum vacuati sanguinis alio sanguine ex reliquo corpore: sic vacuato per huiusmodi medicamenta imbecilla ventre inferiore, successione quadam aliarum partium excrementa aut mole sua ruere, aut vi partium expultrice mitti videntur: & ab his medicamentis, si non valenter, saltem leniter trahi, vt momento vacuandi semel accepto, ferri in ventrem perseverent: quod in clysteribus paulo acrioribus sæpe fieri probauit Galenus.

Paul. li. 7. Actua. in antido. Dioscori. in simpli.

Lib. 2. compo. ph. p. & alibi.

Libri primi

Medicamentorum enim purgantium quædam iuuant per se, quædam per accidens. Per se iuuare dicimus, quæcunq; ex sua proprietate & temperie commodant, exempli gratia, tamar Indi proprietate & temperaturâ opponuntur bili, & turbith phlegmati. Per accidens verò, quæcunq; non similiter iuuât. Fit enim interdum quid ab aliquo verè, sed quod non videatur verisimile ab eo posse fieri: vt scammonium corpus refrigerat, cum sit calidum. Id quod facit non quatenus calidum, sed quatenus humorem calidum educit. Quo enim præfente fit hoc, eo absente fit contrarium.

Gale. lib. 10. metho. med. de balneo. Aphrodis. pro ble. si. secti. 2. Gale. cap. 1. lib. 3. simpli.

Gale. aphorif. penul. lib. 1. & lib. inscrip. quos medic. purg. &c.

¶ Præfatus tria medicamentorum genera postrema à capite non nisi per accidens purgare posse, in his, exemplis subiectis declarat, quo pacto quædam per se iuuant, quædam per accidens, ne hæsitet lector quid sit per accidens, & per se quiduis efficere. Per se igitur aliquid facere dicitur, cum ex sua natura & facultate, nullòque interueniente id efficit: quomodo medicamenta purgantia temperiem contrariam sortita humori euacuando, & illum sua proprietate educuntia opponi per se dicuntur, intemperiemque per se corrigere. Sic tamar Indi per se opponuntur bili, turbith phlegmati: quoniam illi frigidi cum sint, bili flauæ calidæ resistunt, suâque facultate cholagoga eam è corpore educunt: hoc contra calido præditum temperamento, & facultate phlegmagoga, pituitæ similiter opponitur. Per accidens verò aliquid efficere dicitur, quod mediâtè, & non ex sua natura & facultate id facit, quod facere dicitur: vt cum similem habet temperiem medicamentum humori educendo, vt scammonium bili, myrobalani cæpula pituitæ. hæc enim per se quidem nocent, quoniam intemperiem augent, & morbi causam fouent: sed per accidens maius consueuere afferre commodum. Nam vacuato humore, qui morbi causa & fomes erat, intemperies illa corrigitur. Cæterum exempla subiecta per se, vel per accidens iuuare dicuntur respectu simplicis intemperiei, quatenus scilicet eam sua facultate corrigunt nullo, vel aliquo, vt materiæ vacuatione, interueniente: alioqui quatenus humor quantitate peccans euacuationem requirit, omnia per se iuuare dicenda sunt. At verò non videtur simile vero, quod calidum est, vt scammonium, refrigerare posse: vt neque frigidum, vt myrobalanos cæpulas, calfacere neque id quidem per se efficere possunt: per accidens tamen, hoc est, per materiæ calidæ vel frigidæ euacuationem, id facere possunt. Nam si materia in corpore contenta caloris vel frigoris causa erat: ea per medicamenta purgantia sublata, contrarium succedere in eius locum necessum est. sublato namque vno contrariorum, alterum ipsius locum occupare consuevit.

Facultas præterea medicamentorum [purgantium] in materiis est, educere humorem sibi familiarem delectu quodam: non autem, vt quibusdam visum est, eum qui cæteris in corpore est largior, & post hunc, alium copia illi proximum. Nam hi errauerunt innuentes medicamenta citra delectum vacuare. Si enim hoc esset verum, omnia medicamenta [purgantia] suapte natura pituitam vacuarent, cum ea in nobis vtraque bile sit semper largior: quod falsum esse deprehenditur. Imò dicimus medicamentum non vacuare humorem, sed hunc humorem. Siquidem interdum ab insita proprietate tenuem expellit, & crassum relinquit: interdum contra. Cuiusque enim [medicamenti purgantis] actio insita hæc ex his eligit, illa relinquit. Quoniã hæc actio iure suæ nature

Theorema primum. XXX

turæ directæ est, neq; vltra, quàm passurus humor exigit, trāsgreditur; neq; omnem, sed hunc, vel illum humorem, tantum respicit, nisi operatio sit effrænis: quam rem naturalis philosophia abundè explicat.

- 5 ¶ Purgantia medicamenta non temerè quenuis humorem educere, sed cum delectu quodam sibi familiarem & cognatum, iam olim ab Hippocrate scriptum est: post quem Asclepiades, Erasistratus, Epicurus, & nonnulli alij, dum ipsius sententiam sequi reculant, varios introduxere errores. quos Galenus plerisq; in locis acriter refellit. Cæterum opinionem, quam hic recenset Mesues, quanuis falsa sit & erronea, nusquam, quod sciam, Galenus reprehendit, fortasse quòd suo seculo à nemine adhuc defenderetur. Hanc, opinor, ob causam Mesues reliquas opiniones falsas circa medicamentorum purgantium actionem, tanquam satis à Galeno confutatas silentio præteriuuit, huius vnus facta mentione. Quam hoc ratiocinio improbat. Si medicamenta humorem familiarem sibi non euacuant, sed cum qui cæteros copia & quãtitate vincit, plurimum & frequētissimè omnia suapte natura primum pituitam vacuarent: quoniam ea vtrāq; bilem quãtitate ferè semper excedit: deinde bilem flauam: post atram. Siquidem humorū proportio & symmetria dum corpus secundum naturam se habet, huiusmodi esse solet. Sanguis, qui nostra alit corpora, cæteris omnibus humoribus est largior: pituita locum tenet secundum. Nam hæc cocta alere etiam potest. Bilis flaua tertio loco habetur. Hæc enim ob suam amaritudinem nullum vsum præstat alendi.
- 20 Atræ bilis omnium parcissimæ est in corpore, quoniam naturæ est inimica. At verò licet aliquod medicamentum hamagogum sit, id est, sanguinem educere primum & naturæ suæ potens, vt post dicturi sumus: illud tamen improprie & falso purgare dicitur. Quoniam hoc iugularet potius hominem, quàm purgaret. Purgantia enim ob hoc ipsum ab omnibus dicuntur purgantia, quòd sanguinem ab vtrāq; bile & seroso humore purum reddant. At quòd sanguinem educit medicamentum, inter deleteria potius enumerandum est, siquidè vitam vna cum sanguine educit. Igitur inter humores, qui proprie & verè à purgantibus naturaliter trahi dicuntur, pituita copiosissima est: quare si verum esset medicamentum non trahere humorem familiarem & cognatum, sed eum, qui copia vincit, quicumq; is sit: omnia purgantia plurimum & frequētissimè suapte natura phlegma euacuant, deinde alium copiam vinctem, post alium. Quod cum sit falsum, & à cotidiano experimento planè alienum (nam si icterico, in quo bilis flaua apertè redundat, medicamentum dederis phlegmagogum iusta quantitate & qualitate, pituitam, non bilem educet: contra si aqua intercutem laboranti, in quo pituita & serosus humor quantitate vtrāq; bilem superat iusta mensura & qualitate cholagogum dederis, bilem, non pituitam trahes) fatendum necessario est medicamenta purgantia singula humorem familiarem sibi & cum delectu quodam primum attrahere, post alium, qui ad sequendum paratior est, vel naturæ minus familiaris & amicus, vt latius statim dicet. Tantumque abest, vt omne medicamentum purgans phlegma primum educat, vt interdum tenuem & subtilem humorè primum attrahat, relicto crasso, vt cholagogum: interdum contra primum crassum extrahat, subtili relicto, vt melanagogum: neq; solum id verum est in diuersis humorum generibus, sed etiam in vna & eadem specie humoris. Nam turbitum nisi zinzibere sit castigatum, tenuem tantum pituitam educit. Nostram ergo sententiã profitentes dicimus medicamenta à virtute sibi insita non vacuare humorem quenuis sine discrimine, neq; eum qui copiam reliquos superat primum trahere: sed hunc humorem certum, familiarem, & naturæ suæ cognatum cum delectu quodam: hoc est, hunc, vel hos eligendo ceu familiares, & illos relinquendo ceu alienos. Quoniam actione huiusmodi medicamentorum natura & forma inchoatam continuat, limitat, & dirigit: sicuti in priori capite latius explicuimus. Et si iusta quantitate, & qualitate congrua, corpore probe se habente ad vacuationem, nullaque indicatione contrarium præcipiente, exhibeatur, iusta sequetur purgatio: neq; omnem humorem educet, nisi familiarem, & ipsius non nisi quantitatem optatam: nisi operatio sit effrænis. Nam si est, non solum familiarem humorem educet, sed etiam in-

Hippo. & Gale. li. 1. de natu. huma. & Gale. lib. de atra bile.

De medica. purgan. facul. & lib. 1. facul. natur. & 2. de elemen. & lib. 1. de natu. huma. & de theri. ad Pifo.

Aphrodi. proble. 8. lib. 2. & Gale. lib. 4. sani. tuen. & lib. 2. facul. natura. Gale. li. de medi. cap. purgã. facul.

Mesues ca. de turbitum in simpli.

Hippo. & Gale. li. de natu. hominis.

Cap. 1.

Aristote. lib. 1. de
gene. & corrup.
cap. 7. & sequen-
tibus.

terdum reliquos omnes trahi contingit, vt protinus dicet. Effrænis autē & immodicæ actio-
nis causas propter naturam & dispositionem medicamenti, in superioribus declarauimus.
At verò quare medicamenta humorem familiarem attrahant, & quo modo, & quare inter-
dum iusta sequatur actio, interdum exigua, interdum immodica: ex naturali philosophia pe-
tendas vult causas.

Medicamentum igitur omne humorē sibi familiarem primum 5
educit, deinde illum, qui ad sequendum magis est habilis; postea
aliud eadem seruata ratione; postremò sanguinē, quem ceu the-
saurum quendam natura, quandiu potest, retinet, trahiq; prohi-
bet; tandem verò victa, trahenti permittit expellendum. Cæterū
is, quem primū educit, propriè & iure naturæ suæ directum edu- 10
cit: alios verò tanquam degenerans, ob actionis suæ vehementiā,
nempe cum ea effrænis est, sicuti iam diximus; quo modo si quis
irasci facilis, ira sic incitetur, vt furiat. Tunc enim rectas actiones
suas vltra quàm par est, & quàm statuerat, transgredietur.

Hippo. & Gale.
lib. de natu. ho-
mi. & Gale. cap.
penul. & vlti. lib.
3. simpli. medi. &
Aphrodisi. proble.
53. secti. 2.

¶ Concludit singula medicamenta humorē, vel humores (possunt enim medicamēta qua- 15
dam vnum, & duos, & interdum tres humores attrahere) sibi familiares primum attrahere:
deinde sequi paratiores, postremò sanguinem: quem, licet post bilem ad sequendum para-
tior sit, ceu thesaurum quendam natura, quandiu potest, retinet, neq; vnquam illum nisi victa
relinquit, quoniam illi familiarissimus est. Cholagogum itaq; medicamentū, bilem: phleg- 20
magogum, pituitam: melanagogum, atram bilem: primum ob similitudinē totius substantiæ
trahunt: post singula ex his, si actio sit effrænis, eum trahunt, qui ad sequendum aptior est, so-
lo excepto sanguine, qui vltimus euacuatur. Ad sequendum omnium paratissima bilis est, quo-
niam leuis, lubrica, tenuis, oleosa, ignea: post eam sequeretur sanguis, si leuitatē, tenuitatem,
caliditatem solūm consideremus: sed quia natura amicissimus est, hunc pertinacissimè reti- 25
net. Quare secundum locū assumit sibi pituita. Quoniam licet frigida sit, humida tamen &
fluida est, nec æquē terrea ac crassa sicca, vt atra bilis: quæ ob id non facile tractui medica-
mentorū cedit. Sanguis verò licet humidus, fluxilis, calidus, in vasis capacibus contentus sit,
tamen vltimus omnium trahitur. nam quia naturæ familiaris est, eum, quibus potest viribus,
retinet, tractui medicamentorū obstitens, donec ab eo victa trahi sinat. Trahuntur verò hu- 30
mores alij à familiari, vel familiaribus, cum actio medicamenti effrænis & immodica est.
Effrænis autem & immoderata est actio interdum propter medicamenti exhibiti quantita-
tem immodicam: interdum ob ipsius qualitatem venenosam, vel non probè castigatam: in-
terdum tum ob quantitatem, tum ob qualitatem: interdum ob ipsius naturæ impetum & agri-
dispositionem: vt in criticis vacuationibus immodicis, & spontaneis profluuijs, sæpè id vi- 35
dere licet. Quandoq; vel à leuissimo medicamine adiuta tanto impetu ad expulsionem mo-
uetur, vt se continere non possit: non aliter atq; qui per locum decliuem magno impetu cur-
rit, cum vult, non potest sistere gradum. Et vt is qui ad iram pronus est, interdum sic scan-
descit, vt furiat (ipsum enim actiones rectas, ipsamq; mediocritatem transilire necessum est)
sic natura interdum vacuato humore familiari medicamento, si alius sit quantitate vel qua- 40
litate alienus, eum ipsa expellere nititur, & interdum tanto impetu, vt & bonum familia-
rēmq; expellat. Sed querunt hoc loco Medicinæ studiosi, quam ob rem & qua virtute post-
quam medicamentum purgans familiarem & cognatum humorem attraxit, reliquos attra-
hat: siquidem cum alijs familiaritatē hanc non habet: Cui quæstioni quid Auerroës respon-
deat, quinto Collectaneorum studiosi videant. Nos quid circa rem sentiremus paucis ape-
ruimus prius. Sed quia locus ita postulat, paulò altius repetamus. Medicamenta dum humo 45
rem familiarem ad se trahunt, propinquas partes & venarum ora sugunt, irritant, & mordēt,
aperiunt, ad se facultate insita trahunt, & interdum calore iuuantur. Vacuato igitur familiari

Ex Gale. cap. pe-
nulti. & vlti. lib.
1. simpli. medica.

Theorema primum. XXXI

humore si medicamentorū vis purgatoria, mordicatiua, irritatiua, & calore attractrix nondum tota sit exhausta, quoniam continenter attrahit, emulgitque, humorem sequi paratiorē trahit. Quo item vacuato, si medicamēti vis aliqua superfit, alium humorem attrahet: & postremò sanguinem syncerum. Cui virtuti subsidio sunt orificiorum venarū laxitas, infirmitas, & medicamentorū continuatus morsus. Nam facultas expultrix ob continuā mordicationem & emulsionē ad expulsionem irritatur: vt in tenesmo, dysenteria, abscāmonio, vel colocynthidis parte in intestinis retenta: at cū virtus retentrix vasorum ob eandem causam infirma & imbecillis sit, & orificia vasorum, per quæ educendi sunt humores laxa sint, & aperta, virtusque purgatrix etiam à calore interdum adiuta continenter attrahat: ne cessum est vacuationē tandiū perdurare, donec causa, quæ eā promouēt, penitus deserint.

Hoc autem ordine vacuant materias hæc purgantia medicamēta, vt cholagogum bilem primū trahat, hinc pituitam, postea atram bilem, postremò sanguinem. Phlegmagogum pituitam primū educat, postea bilem flauam, hinc atram, postremò sanguinem. Melanagogum deniq; bilem atram primū, deinde flauam, tum pituitam, ad postremum sanguinem.

¶ Quod hoc ordine vacuentur humores in purgationibus immoderatis, humorum tum tenuitas tum crassitudo in causa est: & familiaritas quam cum animantiū constitutione succus quilibet habet. Sanguis quia natura nostra est, vel certè illi familiarissimus, licet alioqui humidus, calidus, & fluxilis, vltimus euacuatur, natura omni suo conatu eum retinente: tandem vero victa, tanquam ex inanimis vasculis, vt quæ summa iam debilitas occupet, quæq; ad extremā osculorum dilatationem peruenerint, trahenti medicamento permittit. Ex reliquis humoribus bilis tenuissima est, calidissima, leuissima, maximè fluxilis, ad ignis naturam proximè accedens. Post eam tenuitate, leuitate, & fluxibilitate secunda est pituita aquæ elemento respondens. Crassissima, grauissima, pigerrima est melancholia vt terra, cui proportionalis est. Trahuntur autē post vacuatum humorē familiarem leuiiores & tenuiores primū, post qui leuitate & tenuitate sunt secūdi, vltimo crassissimi. Quoniā cū nullus tunc sit in corpore humor, cum quo naturarū familiaritatem habeat medicamentum, eiusque vis attractrix adhuc perduret, quam immodicæ purgationis causæ alia iam recensite fouent, & iuuant, maximæque ex parte calor auxiliarius ei sit: consentaneum est humores paratiorē ad motum primū sequi, non aliter atq; in his, quæ à calore & vacui fuga trahuntur. Quod si medicamentū non conueniens humori peccanti exhibueris, vt phlegmagogum bile in corpore redundante: maximum incommodum corpori attuleris: ceterum natura robusta, quæ utilitati corporis semper prospicit, interdum hanc noxam vitat, & errores Medici saepe tegit, corrigitque. Interim enim nulla facta humoris attractione medicamentū è corpore expellit, interdum ipsum coquit, & vincit: quandoq; reluctante natura medicamenti, sed ab eo excitata expultrice, humorē peccantem sponte sua expellit. Quam etiam credendum est aliquando in purgationibus ordinem recensitum peruerrere: tunc scilicet cū duo, vel plures in corpore humores peccant, vt bilis flaua, & melancholicus humor, sitq; medicamentū exhibitum cholagogum solum: tunc enim, si quantitate, vel qualitate, peccet medicamentum, sed intra modum, naturæque hominis sit robusta: vacuata bile, atrabilarium humorem potius, quam pituitam consentaneum est vacuari, natura saluti animalis consulente, medicamento vi non admodum vehemente hebetata & victa. Rarum tamen id est. At quod Mesues ex Hippocrate & Galeno scripsit, verum semper est, si naturam medicamenti semper spectes: ipsumq; semper naturam vincere intelligas.

Neq; mirandum est: nullum enim medicamentum primū & per se sanguinem educere potest. Natura enim eum ad postremū retinet, neq; trahi permittit nisi coacta.

F

Gale. cap. 26. libi
3. simpli. & cap.
vlti. eiusdē. & de
purgā. medica. fa
cul. Idem & Hip-
po. lib. de natura
huma. & 2. de
elementis.

Gale. cap. 16. lib.
5. simpli. medi.

Auicē. & sera. ca.
de scāmo. Gale.
ca. 23. & 24. lib.
3. simpli. medica.

Serapio cap. 18.
tracta. 7.

Libri primi

¶ Tacite respondet quæstioni. Dicere namque quis poterat, cur in proximè scripta oratione nullam medicamenti primùm purgantis sanguinem fecit mentione: Cui respondet, non esse ob id mirandum: quoniã nullum medicamentum primò & per se sanguinem educere potest: secundariò tamen & per accidens aliqua possunt, vt corrosiua, & vicerantia, vel aliter con-
 tinuum soluentia, quale est centaurium minus, & mezereon: & in purgationibus immoderatis: & quæ venarum ora aperiunt, vt quæ menstrua, & hemorrhoidas mouent: quo modo an-
 tidotum hamagogum à mouendo sanguine dicitur Nicolao. Quare verò nullum medica-
 men sanguinem educat, causam assignat: quòd scilicet eum natura quibus potest viribus re-
 tinet, nec vnquam nisi victa relinquit. Hæc Mesues. Scito tamen medicamen aliquod in na-
 tura esse, quod primò, per se, & suapte natura sanguinè educere potest, vt probat Galenus
 in libro de medicamentorum purgantium facultate. Nam cum Galenus, puer dum esset, apud
 Thraces Bithynos ageret, inuenit quidam herbam eiusmodi, vt qui eam assumeret, sangui-
 nem primùm excerneret, & ita periret. Qua postea ad veneficia ille vsus est, sed ad iudicem
 delatus nemini se indicasse illà herbam affirmavit: quare velatis oculis, ne alicui eam osten-
 deret, morti traductus est: & ita perijt medicamentum hamagogum cum inuentore. Hanc hi-
 storiam latissimè scriptam in eo libro reperies. Apud Indos hanc herbam crescere nonnulli
 affirmant, vt Theophrastus autor est. At verò tale medicamentum deleterium potius & vene-
 nosum, quàm purgans dicendum est. Quoniam purgantia ea dicimus, quæ sanguinè à redun-
 dantia aliorum trium humorum reddunt purum, vt hic, qui naturæ est amicitissimus, possit
 nutrire melius: sanguine verò vacuato, & ceteris humoribus in corpore relictis, necessum
 est hominè perire. Ob hanc causam medicamentum hoc hamagogum, quod iamdiu est cum
 ignoratur, deleterium potius censendum est, quàm catharticum.

Quod si quis in contrarium adducat sanguinem, qui iam cor-
 ruptus est, ac putrefactus: soluetur dicendo, desisse iam esse san-
 guinè. Nam, vt inquit Galenus, vbi sanguis putrefactus est, pars
 eius tenuior in bilem flauam abit, crassior in atram: vtrancque autè
 harum medicamento educi posse nemini dubium est.

¶ Dixerat medicamentum nullum ab insita & occulta proprietate sanguinè educere posse,
 aduersus quod poterat quis rationem hanc afferre: Nonne cum sanguis corruptus & putre-
 factus est, purgans medicamentum tanquam salutare remedium porrigimus? Cui obiectioni
 respondet dicendo, sanguinè corruptum & putrefactum non esse amplius sanguinem, neque
 medicamentum oblatum eo sine offerri, vt sanguinem eliciat. Quin potius vbi corruptus est,
 quidquid in eo subtile & pingue erat, abiisse in bilem flauam: crassum & terrestre in bilem
 atram seu melancholicam succum: ad quos humores vacuandos medicamentum purgans ex-
 hiberi. Hos autè medicamento purgante elici posse nemini est dubium. Neque solum verum est
 partem subtiliorem, & pinguiorem sanguinis in bilem abire flauam, contra crassiore & fri-
 gidiorem in atram, putrefacto & corrupto sanguine: sed etiã in sanguificatione ipsa in hepa-
 te idem accidit, eodè Galeno autore. Sanguis autè putrefactus non est amplius sanguis tum
 ob ea, quæ ex Galeno attulimus: tum quia sanguis naturà humor calidus est medicriter, &
 calore quodam aëreo & vaporoso, humidusque: spiritus fouere habet, & alimentum corpori
 suppeditare. Quod temperamentum, vbi computruit, non seruat, neque eos vsus corpori sup-
 peditare potest: propter quam etiam rationem desijt esse sanguis. Agitur hic à nonnullis
 quæstio de febre sanguinea præter rem & institutum. Quoniam nulla hic de febre fit men-
 tio. De qua nostrum etiam symbolum in defensionem Galeni poteramus afferre: ne tamen
 commentarij officium excedere videamur, supersedere maluimus, dicturi alibi nostram sen-
 tentiam, si fauerit Deus.

Gale. li. 5. simpli.
cap. 21. & alibi.

Cap. 15. lib. 9.
histo.
Gale. lib. de me-
dica. purgan. fa-
cul. & Hippo. lib.
de natu. hominis.

Gale. cap. 12. lib.
2. criso. & cap. 12.
li. 2. de disse. feb.
Aphrodi. proble.
81. secti. 1. & Ga-
le. comè. 30. lib.
2. de vict. acu. &
alibi.

Lib. 2. facul. na-
tura. ad finem, &
lib. 4. de vsu par-
ti. & lib. de san-
gui. missi. & de
atra bile.

Quot modis san-
guis medicamen-
tis vacetur.

Omnia autem, quæ summè & effræni virtute purgant medica-
 menta, sanguinem tandem, non tamen à proprietate, educunt: sed
 id accidit trifariam, aut quia medicamentum excoriat venas: aut

Theorema primum. XXXII

quia earum orificia sic aperit, vt sanguis inde effluat: aut quia extremam vacuationem efficit, vt diximus. Qualia sunt aloë mala (de qua diximus) cucumer agrestis, centaurium, colocynthis vnica in planta sua, euphorbiū, mezereon, præsertim paruum, scam-

5 monium chorasenum.

¶ Licet medicamentum nullum primū & per se sanguinem eliciat Mesue, quædam tamen sunt eum secundo & per accidens educunt. Id quod trifariâ contingere scribit, vel quoniam suo morfu & acrimonia venas mesenterij & intestina vlcera: quibus vlcera, sicuti ex alijs vlcibus fluit sanguis: aut quia venarū orificia cōtinuo suctu, morfu & punctione,

Gale. ad finē lib. 3. simpli. medi. & Hippo. lib. de natu. huma.

10 sic lata & aperta reddunt, vt sanguis sponte sua effluere possit: aut quia propter quantitatem immodicam, vel qualitatem non castigatam, extremam vacuationem moluntur. Vacuatis enim alijs humoribus, sanguis effluere consuevit: si vis medicamenti purgantis in totum non fuerit exhausta. Huiusmodi est aloë mala, quam solam venarū orificia aperire dixit Mesues, vt Ioannes Manardus interpretatur. An verò omnis aloë anastomatica sit, in simplicibus pur-

Episto. 3. lib. 12.

15 gantibus diligentius expendendum est. Agrestis cucumer & venarū orificia aperit, & vacuatione immodica sanguinem educere solet: vt in simplicibus docet Mesues: Menses Dioscoridi mouet. Centaurium minus cum vehementius purgat, sanguinem euocat, & cum menses mouet. Colocynthis, euphorbium, mezereon, scammonium, præsertim Sceniticum: tum morfu & acrimonia venas excoriando, earum ora laxando & infirmando: tum immodicè va-

Gale. lib. 7. simpli. medi.

20 cuando, sanguinem educere possunt.

Sunt tamen medicamenta quædam sanguinem purum efficiunt, vt lupulus, adiantum album, rhabarbarum Sceniticum, serū lactis, præcipuè caprarum bono pastu educatarum: succus rosarum, casia fistularis, absinthium, fumaria, aloë, siracost, asphodelus, & succus eius, & similia.

Sanguinem purum reddentia.

¶ Sanguis purus & limpidus redditur his medicamentis: quoniam ab excrementis quibusdam expurgatur. Singula enim ex his vel biliosos, vel serosos, vel adustos humores educere possunt. Secundum quâ rationem omnia medicamenta purgantia iure suo sanguinem purum & limpidum reddere dicuntur. Nam hoc solum nomine purgantia dicuntur, quod san-

Gale. li. de medi. purgan. facul.

30 guinem à redundantia aliorum humorum reddant purum, vacuatis alijs humoribus à propria ipsorum vi & natura. De lupulo, adianto, rhabarbaro, sero lactis, succo rosarum, casia fistula, absinthio, fumaria, aloë, in simplicibus purgantibus fusè disseruit. Siracost hic vocat succum bonorum fructuum, vt Damascenorum, & similia. Asphodelum aluum purgare Dioscorides scripsit, eius tamen vt multorum aliorum, quæ in catalogum purgantium hic

35 conijcet, in simplicibus libro secundo nullam fecit mentionem. Mondinus in commentario inter simplicia enumerata legit etiam tereniabin. Recentiores addunt his porrorum capitatorum succum, mercurialem, vilam albam, maluam syluestrem, & saluiam, helleborum nigrum, & nonnulla alia.

Aëcius sermo. 3. lib. 1. cap. 56.

Medicamenta autem quæ à proprietate innata præcipuè bilem 40 flauam vacuant, sunt, aloë, scammonium, absinthium, eupatorium, lupulus, myrobalani citreæ, fumaria, rhabarbari species, serum lactis, succus rosarum, violæ, casia fistula, tamar Indi, pruna, psyllium, tereniabin, siracost.

Cholagoga medicamenta.

¶ Medicamenta hæc bilem præcipuè & maximè dicuntur vacuare: quædam tamen ex his secundario & minus principaliter alios humores educere possunt, vt ex libro secundo promptè quibus intelligere potest. Nam de his omnibus ibidem latissime disseruit. Quas vocat species rhabarbari, in superioribus docuimus. Quare ad reliqua pergamus,

F ij

Libri primi

Phlegmagoga. Phlegma naturaliter & præcipuè vacuantia sunt, myrobalani cepulæ, emblicæ, bellericæ, sal gemmeus, colocynthis, turbith, stoechas, iris, sarcocolla, ben, cherua, hyssopus, asce, opopanax, aristolochia, carthamus, centaurium, eupatorium, agaricus, cucumer agrestis, hermodactyli, sagapenum, euphorbium, scilla, 5 cuminum, azarum, polium, vrtica, polypodium, zinziber, serum lactis, mel, saccharum rubrum.

¶ Medicamentorum primò & potissimùm phlegma à proprietate educentium catalogum facit, de quibus omnibus singillatim libro secundo longam habiturus est oratione, exceptis, cumino, polio, vrtica, zinzibere, melle, & saccharo rubro: quorū nullam ibi facit mentionem. Cuminum Auicennas inter purgantia reposuit. Græci purgatricè vim in eo non agnoscunt. Polium aluum ciere iam olim scripsit Dioscorides. Vrticæ folia aluum clementer subducere tum Græci tum Arabici autores profitentur. Zinziber etiã eisdem autoribus leniter ventrem emollit. Mel præcipuè crudum vim deiciendi aluum habere cunctis in cõfesso est. Saccharum rubrum est ipsa veluti spuma sacchari spurcitiem coctione deponentis: vi irritandi aluum præditum est. Cæterum hæc omnia, quorum autor in simplicibus non meminit, 10 improprie purgare dicuntur. Nam quoniam pituitam incidunt, vel tenuant, vel detergent: quæ incisa, tenuata, & absterfa, præsertim ipsis medicamentis suo morfu & acrimonia facultatem expultricem excitantibus: ideo ea purgare pituitam dicuntur. Asce siue halasce thymum significare iam prius diximus. 15

Diosco. Serapi.
Auicenn. Gale.

Ve Gale. de acido
sapore cap. de ma-
lis. 2. alimen.

Bilem atram proprie & potissimùm vacuant, epithymum, stoechas, myrobalani nigræ, polypodium, scebram, lapis lazulus, lapis Armenus, calaminthe montana, senna, helleborus niger, sal Indus, sal naphthicus, sal niger, & similia. 20

Cap. 48. lib. 2.
tracta. 2.

¶ Quæ hic recensuit medicamenta natura sua præcipuèque bilem atram è corpore ducunt, 25 de quibus omnibus priuatim in simplicibus meminit, vno excepto calamento, in quo Auicennas vim purgandi bilem atram agnoscit. Scebram siue sebrã, siue xebram (tot enim modis scriptum reperitur) tithymallus paralius Dioscoridis est, vt in simplicibus libro secundo latius tradetur. Quo etiam loco salis species accuratius discernentur. Non est tamen olci tanter prætereundũ, longè aliud à saccharo per salem Indum Ioannem Mesuem & Auicennam libro secundo capite de sale intellexisse: licet alibi eodem nomine saccharum hic intellexerit. Salis igitur speciem eãmq; fortissimã per salem Indum Arabici scriptores interdum intelligunt: vti copiosius libro secundo, si Deus aspirauerit votis, probabimus. Nigri salis, non vnicum est genus, vt ex Mesue & Auicenna dulcere licet. 30

Humores vñor
educentia.

Vños humores educentia medicamenta sunt, serum lactis, senna, myrobalani Indæ, fumaria, casia fistula, volubilis maior, lupulus, & similia. 35

lib. 2. tracta. 2.

¶ Excrementa quædam fuliginosa & cineritia in corpore humano gignuntur vñtis, super affatis, & corruptis humoribus: quæ naturam humoris melancholici ferè retinent. Hæc à medicamentis elementibus & benignis facile educuntur: quare fortioribus non egent, licet ab illis quoq; trahi possint. 40

Hydragoga.

Aquas trahunt turbith, asce, adiantum, sal, sal gêmeus, euphorbium, cherua, aristolochia, centaurium, cucumer agrestis.

Gale. li. Quos me-
dica. &c. & lib.
de theriaca ad
Piso.
Idem lib. 6. sim-
pli. medi.

¶ Aquosos & serosos tenuesque humores medicamenta proximè recensita purgant, qui ad pituitam reducuntur: quoniam frigidi humidi & albi sunt. Sal absolutè pronunciatu communis intelligitur. Cherua ricinus Dioscoridis est. Aristolochia longa vel rotunda præcipuè intelligenda est: nam quæ clematidis appellatur, vnguentarijs potius seruit, quàm Medicis. 45

Theorema primum. XXXIII

Centaurium etiam minus intelligendum est.

Aquam deniq; rufam trahunt, iris, cucumer agrestis, agaricus, Aquam rufam educuntia. sagapenum, mezereon, scebran, æs vftum, & fimilia.

¶ Humores quidam tenues pallidi & rufi in purgationibus tum spontaneis, tum arte factis apertè excernuntur, qui talem induunt colorem, quia bile tincti sunt. Hi igitur licet aspectu sint humidi, vi tamen & facultate calidi sunt & ficci, bilisque naturã recipiunt. Sunt & alia medicamenta non pauca vi purgandi prædita, quæ Ioannes Manardus in vnum caput coniecit: sed ea subtrahit Mefues, non quòd eum latuerint (id quod verbum, & fimilia, aliquoties ad calcem catalogi repetitum facillè arguit) sed quòd recensita seculo suo essent vel vstita magis. Inicío annotatio num in Mefuen.

10 Inquit Heben Mefues: De medicamentorum facultate, & respectu eorum ad partes corporis, & excrementa quæ in eis continentur, deque purgatione eorum ab eisdem partibus per medicamenta ipsa dicendum iam nunc est.

15 ¶ Licet purgatio à toto corpore euacuet, vt venæ sectio: tamen vt hæc non ex æquo partes omnes inanit, sed propinquiores magis: ita & purgatio interim partes quasdam potissimum respicit, ab eisque maximè & frequentissimè humores peccantes euacuat. Sunt enim medicamenta quedã, quæ certas potissimum corporis partes respiciunt, cæq; sapissimè inaniunt & maximè: ita tamen vt reliquas quoq; vacuent, sed non adeò insigniter, neq; frequenter. Gale. li. 2. de vic. acuto. cõmen. 10. idem lib. de theriaca ad Pisonè, & lib. 1. cõpo. ph. g. & cap. 23. lib. 5. simpli. medi.

20 Quæ igitur medicamenta purgantia cum quibus partibus habeant hanc familiaritatem, in sequentibus docet: simul ostendens semper eligenda esse, si nulla sit contraria indicatio, que partem purgandã respiciunt, & cum ea cognationem habent: vt foelicio & melior sequatur purgatio. Sed de hac quarta facultate copiosius in secundo theoremate differemus.

25 Scire igitur debes, eas materias omnium facillimè euacuari, quæ cunq; in vetriculo & intestinis sunt; minus promptè, quæ in mesaraicis venis: & his adhuc egrius, quæ in sima hepatis parte sunt. Difficiliter item, quæ in venis tenuibus: difficilius, quæ in habitu corporis extra venas & partibus remotissimis sunt: omnium difficillimè, quæ in iuncturis, præsertim cum ibidem diu immorata sunt, & tenaciùs impactæ. Quæ partes facilius, quæ difficilius vacuentur.

30 ¶ Humorũ situs & natura, partium, per quas exercenda est purgatio, angustia vel laxitas: medicamentorum speciem & quantitatem variant. Nam qui in capacitate ventriculi & intestinorum sunt humores, omnium facillimè educuntur. Hanc ob causam paucũ ac clemens requirunt medicamen: quoniam iam expulsiõne potiùs, quàm attractione opus habent. Dum Gale. lib. 4. fan. tuen.

35 enim reliquas intestinorum feces deturbant, simul & hos humores deijciunt. At verò si tunicis intestinorum & ventriculi altius sint imbibiti & impacti: maioribus & potentioribus remedijs est opus. Illic enim ἐκκωπορικόν quoduis medicamentũ vt aloë, & absinthium, sufficit: hic valentiori vt hiera picra est opus. Qui in mesaraicis venis sunt, minus promptè vacuantur, quàm qui in spatio ventriculi & intestinorum sunt. Quandoquidem iam tractu Gale. lib. 6. sani. tuendæ.

40 hic opus est, & meatus sunt angustiores. His ægrius trahuntur, qui in sima & gibba hepatis parte sunt, tum quoniã tractus sit à remotioribus, tum quoniam ibi venæ angustæ sunt. Difficilius his, qui in venis tenuibus, & capillaribus continentur: vel quia longius à ventriculo & intestinis absunt, vel quia meatus, in quibus & per quos sunt ducendi, angustiores sunt. Adhuc maiori vi est opus ad trahendum eos, qui in habitu corporis, siue partibus carnis Gale. lib. 4. de vfu partium.

45 extra venas sunt: vel in artubus, hoc est, brachijs & cruribus (sic enim interpretator verba huiusmodi antiquæ versionis, Quæcunq; in protelatione venarum, & mēbrorum sunt) venæ enim & arteriæ vbi multifariã in ramos discisse sunt, tandè in ramos admodum exiguos

F iij

Libri primi

diuiduntur: qui sanguinem per orificia, quæ in extremitate eorum sunt, partibus effundunt. Moles corporis, quæ effundentibus his venis sanguinè per sua orificia nutritur, dicitur habitus corporis. Humores igitur, qui in habitu corporis sunt, maxima cum difficultate purgantur, tum quia longissimè absunt: tum quia non facillè inde remeant in venas: tum quia per meatus angustissimos trahi debent. E cruribus item & brachijs non facillè eliciuntur, quòd à ventriculo & intestinis longissimè absint. Omnium difficilimè trahuntur, qui in articulis & iuncturis corporis sunt. Distant enim longissimè à partibus, per quas vacuandi sunt: deinde sunt extra venas satisque remoti ab illis: demum per vias angustissimas est illis pretereundum, vt ad ventriculum & intestina trahantur. Quibus veluti accessorium est, quòd humores in his partibus contenti maxima ex parte mucosi & glutinosi sint: qui si longam ibi trahant morà, affiguntur sapè, & occalescunt, pertinacissimèq; hærent. Eam ob causam non nisi maximis & potentissimis remedijs cedunt. Sed hæc ad humoris naturam iam pertinent: glutinosi enim, crassi, & impacti, difficilius quàm contrarij, vbi vbi sint, tractui medicamentorum cedunt. In summa quò longius absunt humores per medicamentum educendi à ventriculo & intestinis, & quò meatus per quos trahi debent, angustiores sunt: & quò ipsi humores crassiores, viscosiores, plures, impacti magis & pertinacius hæretes fuerint: eò maiora & efficaciora remedia deligenda sunt. Contra quò propinquiores, in maioribus capacitatibus, perque maiores meatus trahendi, tenuiores, magis incilli & deterfi, paucique fuerint: eò minora & clementiora ad eorum vacationem sufficiunt remedia.

Dictum præterea iam à nobis est, medicamenta soluendo purgantia posse à partibus remotis, supernis quidem attrahere, infernis verò eradicare: quæ verò aliter purgant, minimè id præstare posse, quin potius obuias tantum materias educere.

Hippo. aphor. 2.
23. 25. lib. 1. & 2.
& tertio lib. 4. &
6. apide. & Gale.
in sine lib. 2. fa-
ni. tuen.
Cap. 4. lib. 7.

¶ Id in superioribus iam dictum est, quo loco abundè explicuit mentem autoris. Cæterum iterum repetit idem, quoniam quæ utilia sunt, iterum atq; iterum sunt inculcanda: quò firmitus memoriæ mandentur. Id quod in aphorismis aliquoties fecit Hippocrates. Subinde etiam nos admonet medicamentis pro partium propinquitate & distantia varijs vtendum nobis esse. Quoties enim vltra hepar vis medicaminis penetrare debet, medicamentorum soluendo purgantium vsus est: quoniã reliqua tria genera obuias potius materias educunt, illisque vis attrahendi imbecilla est: neq; totum corpus purgant, nisi larga quantitate porrigantur, vti Paulus de aloë dixit: vel per accidens purgent, vt ante diximus.

Cephalica medicamenta.

Cæterum cuiq; medicamento insita est proprietas hanc, vel illam partem magis respiciens. Verbi gratia, quædam à proprietate partes capitis magis respiciunt: sunt autem ea, colocynthis, agaricus, stoechas, aloë, lapis lazulus, & Armenus, scilla, epithymum, sal Indus, cepulæ myrobalani, & nigræ, & similia.

Gale. cap. 12. lib. 5. simpli. medi. & lib. 1. cõpo. ph. g. & de theri. ad Pisco. & cap. 23. lib. 6. simpli.

¶ Insulissimus & imperitissimus Thesalus, sicut pleraq; alia artis contumelijs ac probris im merito affecit, ita & hanc facultatem medicamentis negauit. Longus tamen maiorum & doctissimorum vsus docuit medicamenta quædam caput peculiariter respicere, alia thoracem, alia lienem, alia stomachum & intestina, alia hepar, alia aliam partem, à qua etiã nomen accipiunt. Vnde nonnulla ex illis cephalica, alia thoracica, alia splenitica, alia stomachica, alia hepatica, alia aliter appellantur: propterea quòd partem, à qua nomen mutuatur, licet nõ semper iuent, tamen frequētissimè & magno cum fructu hanc potissimum iuent, eam vel roborando, vel alterando, vel vacuando. Huiusmodi medicamentorum purgantium membratim catalogum facit ab his, quæ cum capite familiaritatem habent, exorsus: de alijs non purgantibus in sequenti theoremate dicturus. A capite vacuant colocynthis, & reliqua supercripta medicamenta: eam ob causam quoties caput purgandum est, his vel solis, vel alijs mixtis est vtendum. Quo pacto autem aloë, & myrobalani caput purgare possint: in

Theorema primum. XXXIII

superioribus declarauimus.

Quædam partes respirationi seruiētes, & pectoris, à quibus ex Pneumonica.
crementa euecuant, respiciunt: vt agaricus, alhalce, hyssopus, vo-
lubilis, tereniabin, casia fistula, sarcocolla, iris, colocynthis, &
5 similia.

¶ Pneumonica, thoracica, pleuritica medicamenta omnia ferè meatus & spiracula pulmo- Gale. cap. 11. lib. 5. simpli. medica.
nis, & thoracis dilatare & aperire possunt: vel humores ibi contentos incidere, tenuare &
tergere, si lenti, crassi, & pertinaciter adherentes sunt: ab eis que partibus primùm & potissi-
mùm vacuare: vel ipsa roborare. Astringentia non profus spiritualibus membris contra-
10 ria sunt, si virtute alia expurgandi pectus in eis dominante sunt prædita, vt Ioannes Manar-
dus exactissimè in epistolis probauit. Quod autem vnum medicamentum inter cephalica & Episto. 6. lib. 17.
thoracica, & alia quædam reponat, vt agaricum, colocynthidem, & similia alia: ne mireris.
Vt enim nil impedit eidem medicamento vim purgandi diuersos humores inesse, sed non
æquè primo: ita partes diuersas respicere potest, & cum eis familiaritatem habere propter
15 partium corporis similitudinem: non tamen æqualem.

Quædam à liene materias educunt, vt agaricus, fenna, epithy- Splenitica.
mum, helleborus niger, stoechas, eupatorium, absinthium, sal
Indus, sal niger, calaminthe, montana, & similia. Alia à ventricu- Stomachica.
lo & intestinis vacuant, vt absinthium, aloë, myrobalani, & reli-

20 qua, quæ obuias potius materias educunt, sicut iam diximus. Alia Hepatica.
ab hepate & partibus ipsius materias educunt, vt agaricus, serum
lactis, volubilis maior, lupulus, rhabarbarum, succus rosarum,
eupatorium & succus ipsius, absinthium, myrobalani, tamar In-

25 sarcocolla, & similia. Nonnulla à iuncturis, & partibus alijs re- Arthritica.
motis euacuant, qualia sunt, hermodactylus, sarcocolla, colocyn-
this, turbith, opopanax, sal gemmeus, sal Indus, sagapenum, eu-
phorbium, cetaurium, cucumer agrestis, helleborus niger, poly-

30 purgant, vt serum lactis, fumaría, colocynthis, epithimum, aga- A cute trahentia.
ricus, polypodium, myrobalani Indæ, volubilis, & similia.

¶ Splenitica, stomachica, hepatica, arthritica, & quæ à cute trahunt medicamenta, in vnum
locum coniecimus: quoniam tam aperte locutus est autor, vt nulla egeat expositione. Qui-
bus addere poteris nephritica, cystica, hiterica, ischiadica, colica, & si qua sunt alia aliquas
35 corporis partes maximè & potissimùm purgantia. Illud verò silentio suppressendum non
est, videlicet salem Indum non in eodem intellectu semper vsurpari ab Auicenna, quin in-
terdum sacchari speciem illi significat vt quarto canone, in capite de asperitate linguæ fe-

40 dem Auicenna, Mesue, alijsq; autoribus conspicuum est. Quo ferè vtuntur Arabici autores
ad exacuenda medicamenta sumpta & iniecta. Est enim sapore acri pungentiq; & colore ni-
gro præditus: purgatque eisdem autoribus crassos, viscosos & nigros humores. Scire etiam
licet, per salem nigrum vel Indi speciem (Indi enim salis speciem quædam nigra est, quædam
subruffa) vel salem naphthicum intellexisse: alioqui alterutrum verbum otiosum esse con-

45 uincitur. Siquidem Indum Arabicæ familiæ autoribus interdum cum nigro confunditur, vt
ex capite de myrobalanis cuius elicere promptum est.

Gale. lib. 7. sim-
pli. cap. de melle
Paul. lib. 2. cap.
de asperita. lin-
guæ febrici.
Aphrodi. proble.
74. secti. 2.

Libri primi

De medicamentorum autem facultate, habito respectu ad partium anni constitutionem, sic statuendum censeo. Aeris constitutio multum calida, aut frigida: ea exhiberi prohibet.

¶ Aeris temperatura ad purgationem eligenda, vel fugiendam: non parum facit. Ver enim & autumnus, praesertim circa initium & medium: accommodatissima purgationibus sunt. Aestas & hyems potissimum circa earum medium a purgationibus temperandum esse, quoad licet, indicant. Media enim aestate summus consuevit vigere calor: ut intolerabile frigus media hyeme. At per calorem summum corpora nostra dissoluta, calidiora & ficciora, medicamentis purgantibus maxime laeduntur. Nam ubi fortius calor & spiritus resoluntur, periclitantur vires: & ut anima deficiat, metus est. His accedit, quod aer nostra ambiens corpora iusto calidior excrementa ipsa ad cutim trahit medicamento ad ventrem trahente. Quocirca cum ad contraria loca humores moueantur, purgatio improspere & infelix necessario succedet. Id quod autoritate Hippocratis statim confirmabit. Cum vero corpora frigore intensissimo rigent: excrementa in eis concreta, & ad motum pigra sunt. Ob id medicamento trahenti dum non parent, lucta in corpore fit torminosa & molestissima: cui etiam saepe animi deliquium succedit: interim etiam fluor maior iusto fit compressis materijs a frigido aere intro. Haec de purgatione libera, vel precautrice dicta sunt. Nam urgente morbo nullo non tempore purgandum est, ea tamen moderatione adhibita, ut a medicamentis vehementibus, immodice calidis, & succussatorijs (qualia veteribus in usu fuerunt per) ea tempora, quoad eius commode fieri potest, veluti a scopulis fugiamus: mitioribus vero, vel frigidis, vel modice calidis, quorum nobis maxima est copia, quouis tempore tutissime licet uti: quae admodum in expositione aphorismi Hippocratis paulo latius ostendemus.

Id quod insinuauit Hippocrates, sub Cane & ante Canem difficiles esse medicationes pronuntians. Quem aphorismum exponens Galenus propter tria dixit esse difficiles. Primum, quia materia inflammatur ab aere calidissimo, unde febres excitantur. Alterum, quod virtutem multo calore iam resolutam & infirmata, deici magis a medicamento assumpto rationi consonum est. Tertium, quia calor aeris est similis calori balnei, qui medicamenta eorumque facultates ad externas corporis partes trahit.

¶ Canicula, quam aliqui nomine totius syderis abutentes, Canem etiam nominant, in mandibula syderis Canis est. Haec decima septima Iulij oritur mane, Canis vigesima septima: quare illa rectius anticanis diceretur. Occidit Canis vigesima octaua Augusti. Intermedij dies Caniculares vocitantur. His diebus, & paucis ante Canis exortum ut decem, vel (ut alij volunt) viginti, purgationes & omnes aliae insignes vacuationes, ut sanguinis missio, coitus, & similes aliae difficiles sunt. Non quod astrum illud vim aliquam habeat immutandi corpora nostra, sed quonia plurimum eo tempore solet vigere calor: qui in corporibus nostris exustis & resiccatis materijs, & tum ab eo, tum a medicamento etiam calido (calida enim erant omnia veterum medicamenta purgantia) commotis, facile excitat febrim. Praeterea natura eo tempore debilis & infirma est, quoniam continenter corpus alteratur & vacuatur insigniter: quibus duobus modis vires redduntur imbecilliores. Alterari naturam nostram ab aere constat, quoniam velimus nolimus inspirando eum attrahimus in corpus: & quoniam semper nos ambit. Qui ubi calidus est, qualis ferè est aestiuus, vacuat & digerit. Id enim calori innatum est. Hanc etiam ob causam purgatio quauis insignis per ea tempora periculosa est. Quibus tertium veluti colophon accedit, quod aer externus calidus & ficcus, ut calor balnei, intrinsecus & ad cauem rapiat humores: medicamentum vero purgans extrinsecus ad ventrem: quo circa non potest purgatio nisi molesta & difficilis esse. Nostris tamen temporibus duo incommoda priora facile vitare licet. Inuenta enim sunt medicamenta quaedam frigida,

Hippo. & Gale. aphor. 47. li. 6. Ex commeta. Oris. basio ascriptis comm. 5. lib. 1. apho. & Gale. li. Quos, & Quali. &c. Paul. cap. 4. lib. 7. Serapi. cap. de colocyne. Gale. comm. apho. 15. li. 1. Celsus ca. 1. lib. 2. Paul. ca. 7. lib. 7. Gale. comm. apho. 5. lib. 4. Paul. cap. 7. li. 7.

Paul. ca. 4. lib. 7.

Hippo. li. 2. & 4. de vita ratione acuto. & de natu. huma. & apho. 5. lib. 4. Manar. epi. sto. 1. lib. 11. Aphor. 5. lib. 4.

Gale. initio lib. 1. epide. Aeti. capit. 164. sermo. 3. lib. 1. paulo aliter de ortu Caniculae & Canis. vide Leonar. fuch. in comment. in aphor. 5. lib. 4. Paul. 24. Iunii ad Augusti. fin. lib. 7. ca. 11. in coposi. diacoralliu. co. Gale. lib. 9. metho. Gale. in comm. in aphor. 5. lib. 4. & lib. de theti. ad Pifo. & de factis. Idem comm. in aphor. 5. lib. 4. & Aetius capit. 117. sermo. 3. lib. 1. Manar. epi. sto. 1. lib. 11.

Theorema primum. XXXV

vel modicè calida, & clémenter & intra modum purgantia: à quibus nec febris, nec vacua-
 tio immodica timeri potest. Huiusmodi sunt, casia fistulæ atramentum, vel ipsa siliqua vi-
 rens condita, manna, tamar Indi, rosarum & violarum succus, & aqua in qua maduerint my-
 5 robalani, & pleraq; alia. Tertio incommodo, occurrere possumus post mediam noctem ex-
 hibitis his medicamentis catharticis. Tunc enim & propter somnum & noctis frigiditatem,
 intrò feruntur humores: & trahenti medicamento faciliùs cedunt. Quoniam verò Medicus
 anni partes non propter se considerat, sed propter aëris temperiem, quæ per eas mutari con-
 suevit: si inuerso naturæ ordine calor alio tempore vigeat, non minori periculo quam sub
 Cane eo tempore purgabimus. Quòd si vice versa casu Caniculares dies non sint ardentés,
 10 vt consueuerunt, sed temperati, vel frigidi: audacter medicamentum purgans tunc porrigi
 potest. Non enim syderis ratione, vt diximus, vehementissimus illis diebus solet vigere ca-
 lor: sed quia tunc Sol terræ propinquior est: & quia magis è directo radios in eã iacit: & quia
 diutiùs super eam immoratur. Vt igitur eo tempore id maximè sit, sic quãdo cunq; eueniet,
 à purgatione vehementi abstinendum esse indicauit. Contrà si per eos dies casu quodã non
 15 fit intensus calor, metu syderis Canis purgatio non est omittenda. Neq; Hippocrates sub Ca-
 ne & ante canem difficiles dixit esse medicationes, quòd hoc sydus vim aliquam præcipuam
 & peculiarem impediendi purgationes, & commutandi aërem habeat: sed quoniam calor
 immoderatio (qualis eo tempore vel semper, vel frequentissimè vigere solet) maximè eas
 impedire potest: indicaturus hanc aëris constitutionem quot dierum numero circũscribe-
 20 retur, mensium supputatione noluit vti. Quandoquidem nec mensium nomina, nec suppu-
 tandi ratio, erant omnibus nationibus eadem: volebat autè Hippocrates cunctis iuxta pro-
 desse, ob id neglectis mensibus per syderis ortum & occasum animi sui sensã cunctis mor-
 talibus patefecit.

Quòd si æstate purgandum est, purgabis (vt etiam iubet Hip-
 25 pocrates) superiora: hyeme verò inferiora. Nã humores (inquit
 Galenus) pro anni partium dispositione incrementum vel decre-
 mentum suscipiunt, propter mutuam similitudinem vel dissimi-
 litudinem temperaturæ humorum & temporis: vt æstate bilis fla-
 ua augetur, & eo tempore maximè abundat: & quia calida est &
 30 acris, faciliè ad superiora fertur. Dandum est igitur medicamen-
 tum hoc tempore, quod ipsam per superiora educat. In hyeme
 verò augetur pituita, atq; per id tempus maxime viget: quæ cum
 grauis sit, inferiora petit. Dandum est igitur tunc medicamentũ,
 quod per inferiora purget.

35 ¶ Æstate & hyeme urgente morbo, vel impendente, ex consilio Hippocratis interdũ pur-
 gamus: clementibus tamen quoad licet medicamentis. Veteres, quibus vomitus in vsu fre-
 quentiori erat quàm nobis, æstate per superiora purgabant secuti humoris motum & incre-
 mentum. Eo enim tempore bilis flaua maximè abundat, si partes anni naturaliter se habet:
 40 quæ quoniam leuis est & ignea, natura sua fertur sursum. Nos quouis ferè tempore deiectio-
 nem tentamus, nisi sponte ad stomachum feratur humor, vel in eo contineatur. quoniã vo-
 mitus vsus per medicamenta purgantia lacescitur rarior nobis est, minùsque vsitatus. Con-
 trà hyeme per inferiora iubet Hippocrates purgare, quia pituita præcipuum incrementum
 eo tempore est, quæ cum sit grauis, naturaliter fertur deorsum: sursum, non nisi magna vi ra-
 45 pitur. Humores per anni partes incrementum & decrementum suscipere, propter simili-
 tudinem & dissimilitudinẽ temperamẽti humorum cum eis, Hippocrates & Galenus autores
 sunt. De eorum incremento & diminutione paucis nobis agendum est, partibus anni distin-
 ctis, iuxta Medicorum consuetudinem. Vulgus annum in quatuor diuidit partes, hyemem,
 ver, æstatem, autumnum. quarum singulis tres menses assignat. Medici verò paulò exactiùs

Ex Gale. li. 3. me-
 tho. & 2. crise. ca.
 3. & cõmẽ. aphor.
 1. lib. 2.
 Corne. Cel. cap. 1.
 lib. 2.
 Aristote. 2. phys.
 cap. 8. Gale. ca. 3.
 li. 2. crise. & lib.
 1. de natu. huma.
 Manar. episto. 1.
 lib. 7.

Gale. in commẽ.
 lib. 1. de natu. hu-
 ma. de gene. hu-
 mo. per anni tem-
 pora, & initioli.
 1. epide.

Aphorif. 4. lib. 4.
 Hippo. lib. 1. de vi
 stu acuto. Gale.
 lib. 4. sani. tuen.
 & 5. de vsu parti.
 Cel. cap. 3. lib. 1.
 Hippo. & Gale.
 li. de natu. huma.

Gale. lib. 1. epide. rem hanc expendentem iuxta aëris diuersam constitutionem, & temperaturam insignem ali-
 1d3 lib. 3. metho. quam differentiam, quæ per anni partes mutantur, anni partes diuiserunt: habito respectu ad
 Aëti. capit. 164. corpus humanum, ad quod singula referunt. Nam sanorum corpora, & multo magis ægro-
 ser. 3. lib. 1. torum iuxta aëris statum alterantur. Aër enim ambiens, & inspiratione attractus, non mo-
 Hippo. lib. de na- do pro sua qualitate corpora nostra, citò, multùm, continenter, necessariò afficit, & immu-
 tura. huma. & de- tat: sed etiam humores in nobis pro eius varia temperatura modo augentur, modo minuun-
 flatib9, & 3. apho- ris minorum, & lib. 5
 de aere.

Gale. initio lib. 1. tur. Quod si est, Medici interest has insignes aëris mutationes scire, iuxta quas anni partes
 epide. diuidat. Ab occasu igitur Vergiliarum, ad æquinoctium vernũ, quòd tempus quatuor men-
 Hyems. ses excedit: frigiditas & humiditas in aëre dominantur: quæ pars anni nominatur hyems. In
 qua pituita dominatur: quoniam ipsa frigida est & humida. Augetur autem vnusquisq; hu- 10
 mor à similibus suæ temperaturæ causis. Idcirco rectissimè hoc tempore imperatur medica-

Ver. mentum phlegmagogum, indicatione sumpta à parte anni. Ab æquinoctio verno ad Vergi-
 Hippo. & Gale. li. liarum ortum, aër calidus est & humidus, vel potius temperatus: quo tempore augetur san-
 de natu. huma. & guis, & venæ sectio in primis commendatur. Hoc tempus duos solidos menses non habet.
 Gale. in arte me- & 2. tempera. & Aestas ab ortu Vergiliarum ad Arcturi ortum protenditur: & est quatuor mensium inter-
 di. & lib. 1. epide. uallum: in quo bilis flaua, quæ calida est & sicca vt aëris temperies, dominatur. Ab Arcturi
 & aphor. 9. lib. 3. ortu ad occasum Vergiliarum, quod tempus duorum est mēsum, autumnus dicitur: in quo
 Gale. lib. 1. epide. maxima aëris inæqualitas est. Nam ferè meridianis temporibus calor, nocturnis atq; matu-
 & Corne. Cels. ini- 15
 tio lib. 2. tinis simulq; etiam vespertinis, frigus est: siccitas etiam humiditati præpollat. Per id tempus
 atra bilis maximè viget, & dominatur. Hic diluēda est dubitatio, quam aliquis aduersus ea, 20
 quæ diximus, posset in hunc modum afferre. Autor libri de victu priuatorum, & Cornelius

Celsus æstate iubent inferiora purgare, hyeme superiora: à quibus ex diametro dissidere vi-
 dentur sententiæ Hippocratis. Sed Galenus in commentarijs in illum librũ, & libro inscri-
 ptò, quos purgare oportet, & quali, & quando: hanc sustulit dubitationem. Ait enim ibi,
 Hippocratem in aphorismis de purgatione vniuersali, quæ totius corporis causã sit, locutũ 25
 fuisse: locis verò adductis de partis alicuius purgatione verba tantũ fieri. Vt quia in ven-
 triculo multus pituitosus humor hyeme generatur, æstate biliosus in intestinis: hyeme per
 superiora, hoc est vomitum: æstate per inferiora, deiectionem scilicet purgandæ sunt hæ par-
 tes, etiã si humoris natura aliò vergat. At vbi totum corpus purgandum est, humoris & na- 30
 turæ impetus, quoad eius fieri potest, sequendus, si modo ad loca idonea fiat.

Æstate etiam (vt inquit Ioannitius) acria medicamenta & dis-

soluendo purgantia vitanda sunt: hyeme verò purgantia lenien-
 do & lubricandò. Illa enim cum promptè inflammantur, febres,
 vlcerationes, & dysenterias facile excitant: hæc diarrhoeas & lien-
 terias. Eodem etiam autore acria medicamenta non in æstu so- 35
 lum, sed etiam frigore vitanda: quia vt in illo excoriationem & fe-
 bres promptè excitant: sic in hoc vacuationem immodicam & vi-

rium dissolutionem.

¶ Quod dixerat, sub valido æstu, & intenso frigore, non esse purgandum: ostendit non esse
 perpetuum. Nam his etiam temporibus interdum purgamus clementibus, quatenus licet, 40
 medicamentis. Acria enim & dissoluendo purgantia, & valentia omnia medicamenta æsta-
 te fugienda sunt, autore Ioannitio in commentario in aphorismum quartum libri quarti.
 Quoniam ipsa cum sint vehemēter calida, facile ab ambiente calido & à nostro calore non
 modo in actum rediguntur, sed etiam inflammantur: deinde in nos conuersa febres excitāt.
 Eadem acrimonia sua & morsu ventriculum & intestina sepè vlcérant, & dysenterias exci- 45
 tant. Hyeme non solum hæc fugienda sunt, quoniam hypercatharsin & virum dissolutio-
 nem afferre consueuerunt: sed etiam quæ leniendo & lubricando purgant. Hæc enim per id
 tempus diarrhoeas & lenterias, lenitis & lubricatis ventriculo & intestinis, adducere solēt:
 præsertim si corpus preparatum sit, & dispositum ad hos effectus.

Gale. lib. 1. epide. 1d3 lib. 3. metho. Aëti. capit. 164. ser. 3. lib. 1. Hippo. lib. de na- tura. huma. & de flatib9, & 3. apho- ris minorum, & lib. de aere.
 Gale. initio lib. 1. epide. Hyems.
 Ver.
 Hippo. & Gale. li. de natu. huma. & Gale. in arte me- di. & lib. 1. epide. & 2. tempera. & aphor. 9. lib. 3. Gale. lib. 1. epide. & Corne. Cels. ini- tio lib. 2.
 Aphor. 4. 6. 7. lib. 4. Et apho. 12. li. 4.
 Gale. in commē. lib. de vic. priua- to. & aphorif. 21. lib. 1.

Theorema secundum. XXXVI

THEOREMA SECVNDVM, QVO AGL
TVR DE MEDICAMENTORVM PVRGANTIVM COR-
rectione, in duo summa capita subdiuisum est: quorū
primum in quatuor subdiuiditur capitula. In pri-
mo eorum correctio medicamentorū, quot
fiat modis, docetur: tum obseruanda in
ea traduntur: post quo pacto illa
corrigantur, permixtis illis,
quæ oppositam habent
proprietaem,
explicat;

Inquit Heben Mesues: Differentias bonitatum & mā-
lignitatum medicamentorum purgantium hæcenus
demonstrauimus: nunc autem tentādum nobis est ho-
rum malignitatem auferre, vel saltem, quantum lice-
bit, corrigere. Id quod Dei benedicti beneficentia adiuti facimus
partim his, quæ malitiam & excessum eorum frangunt: partim
alijs, quæ salubrem aliquam qualitatem afferunt. Id autem duobus
modis efficiemus: vno, per mixtionem alterius medicamen-
ti: altero, arte melius ipsum reddendo.

¶ Quatuor serè erant, quæ in hoc libro explicare instituerat Mesues, medicamentorū pur-
gantium defectus: castigatio prius, quàm summantur: correctio accidentiū, quæ sumpto me-
dicamento sequi solent: curatio affectuum in corpore post purgationē relictorum. De me-
dicamentorum defectu summam & in genere abundè superiore theoremate disseruit. In-
ter alia tria, naturæ & doctrinæ ordine, secundum locum sibi vendicat medicamentorū cor-
rectio. Quam nisi ad vnguem cognoscat Medicus, nunquam rectè medicamentis vtetur: in-
dignusque nomine Medici erit. Ea etiam, quæ Pharmacopœo committit, vt lotionem, infu-
sionem, triturationem, coctionem, & pleraq; alia Pharmacopolam latere non debent. Quo-
niam ex ipsius ignorantia par impēdet vitæ periculum. Nisi enim vtriusq; artificis industria
probè correctæ & castigata sint, non est tutus medicamentorum omnium generis magnam co-
muni largitus est Deus: vt singulis qualitibus excedentibus, vel deficientibus, non modo
vnum, sed plura contraria, vel defectum suppleantia opponere liceat. Herbas enim ac plan-
tas, reliquaque alia medicamenta, creauit Deus optimus, maximus, vt subinde ad propulsan-
dos morbos vteretur ab Adamo propagata soboles. At verò cū hæc castigatio duplici
fiat ratione, vna admiscendo medicamento, quod purgaturum est, aliud quod sit illi con-
trarium à natura seu tota substantia, vel temperie, vel effecto: admiscendo, inquam, propor-
tione iusta: altera quadruplici artificis industria nempe coctione, lotionem, infusione, tritu-
ratione: primam corrigendi rationem initio tradit. Nec immeritò, quoniam naturalia ijs,
quæ ab arte sunt, priora sunt. Siquidem naturæ ars imitatrix & assecla est. Singula igitur eo
persequitur ordine, quo à me enumerata sunt.

Mixtio autem intelligenda est, rei facultatem contrariam ha-
bentis ipsi medicamentorum purgantium excessui. Hæc autem
tribus modis perficitur, vt inquit Democritus. Aut enim malitiā

à proprietate eis innatam, vt qualitatem venenosam, & vitæ nostræ inimicam: alijs proprietatem oppositam [naturâ] sortitis, emendamus. Aut permixtis rebus, quæ contrarium sortite sunt temperamentum, ipsorum calidam, frigidam, humidam, siccam, intēperiem permutamus. Aut deniq; effectis ipsorum [noxis] 5 post dicendis, contraria opponimus.

¶ Medicamentorum qualitatem maleficam duobus modis corrigi proximè dixit, nempe mixto medicamento, quod proprietate, vel temperie, vel effecto contrariū sit medicamenti purgātis excessui: & artificis industria. Priorem corrigendi rationē initio explicat, quam trifariā fieri autoritate Democriti cōfirmat. Cæterū quoniam latius in sequentibus de earū 10 singulis dicturus est: superuacaneū duximus, longiorem de eis hoc loco habere sermonem.

Sed crede mihi altiùs hæc rimanti non sufficere ista, nisi duo præterea obseruentur. Primum vt medicamētis prædictis sit quædam proprietatum inter se concordia, vt transmutatione absoluta, virtus vna ex eis cōsurgat: vt exempli gratia, zinziber turbith 15 ipsi vim miram imprimit, & raphanus hermodactylis: raphanus autem cum turbith ineptè permiscetur: quia his duobus insita non est inter se concordia. Scammonio quoq; propriū est lædere cor, & quia calidum, inflammabile, & multum dissoluens: licet verò ambra cor roboret, crySTALLUS inflammationem extinguat, & galla partes dissolutas cogat: nullum tamen eorum rectè scammonio miscetur. Non enim sic inter se conueniūt, vt in vnius virtutis concordia conspirēt. Quæ verò res proprietatibus suis concordent, ac in vnam virtutem mixtæ conspirēt: nonnulli tradiderunt. Sapiens igitur prudenter inquirat, & consulat doctos, 25 qui rerum variarum arcana sollicitè scrutantur.

Aristo. cap. 1. lib. 9. histo. anima.
Gale. lib. 2. cōpo. ph. p. & li. de the ri. ad Pifo. & primo de euchy. & cacochy. Mesu. cap. 1. primi theo. Gale. ibidem, & li. 1. simpli. medici. ca. 2. & ca. 5. li. 1. Gale. ibidem, & Diosco. in simpli. & lib. de inæquali incēpe. Gale.

¶ Plantis vt animalibus, & metallicis, arcana quædam est inimicitia: vt amicitia. Nam quædam ex illis naturalem & insitam cum alijs habent inimicitiam, & discordiam, vt brassica & hædera cum vite (vt si circum se serantur, diffugiant, & ebrietati resistunt duo priora) ocy- 30 nio, & alia quædam cum alijs. Neq; solum plantis inter se naturale hoc odium est: sed etiam inter ea, quæ diuersi sunt generis. Nam allium magneti affricatum attractionem ipsius peruer tit, imò contra naturæ suæ inclinationem ferrum abigere facit. Sic cicuta homines occidit, sturnos nutrit: veratrum hominem purgat, coturnici alimento est. lepus marinus solos pul- mones vlcerat, cantharides vesicam. Alia contra magnam inter se habent cognationē & na- 35 turarum similitudinem, vt raphanus cum hermodactylis, & senna cum ruta, eupatorium cum hepate, capparitis cum liene, vt & asplenium: cicuta cum sturno, veratrum cum coturni ce. Interim temperamento dissident, vt si solas qualitates spectes, non inutiliter permisceri possint: quia tamen interdum substantijs dissident, interdum qualitatum contrariarū gradi- 40 bus, interdum occulta quædam proprietate nobis incognita, non sunt miscenda. Sepe etiam effectū vnius alterum opponitur, & noxam, quam inuchere potest corpori, corrigere valet, si effectus contrarietatem inspectes: non tamen probè miscentur illa. Est enim quibusdā natiua quædam societas & proprietates occulta, ex quibus, si iungantur & in vnum misceantur, post mutuam actionē & passionem virtus vna confurgit longè diuersa à prioribus. Id quod maiores longa experientia inuenerunt: quibus habenda est fides. Id verū esse in nullo 45 alio medicamento euidentius apparet, quàm in mitridatio & theriaca. In his enim miscetur

Gale. lib. 1. de an- tido. & de theria. ad Pisonem.

Theorema secundum. XXXVII

medicamenta contrariam sortita naturam, proprietatem, temperiem, effectus: vt cinnamomum & opium, dictanus & vipera, & alia pleraque. At post artificis preparationem, & coctionem naturalem, qua mutuo agunt & patiuntur secundum formas, & qualitates primas, secundas, & tertias (quam fermentationem vocant) omnia in vna virtute generalem conspirant. Cum vero naturalis hæc & arcana amicitia medicamentis non inest, nunquam recte miscentur, neque ex eis virtus vna confurgit: quin vel singula suas retinent virtutes: vel vnum, vel plura, vel omnia corrumpuntur. Huius rei nulla certa ratio reddi potest, vt neque quare Aegypti & Flori sanguis misceri non possint: vt narrat Aristoteles: sed pro vero & certo à maioribus fidem facientibus recipimus. Non sufficit igitur ad castigationem medicamentorum per mixtionem alterius, proprietate, temperie, effecto, mixtum resistere, & quodcumque horum primum ad manum venerit apponere (vt scammonium lædenti cor, intemperiem calidam excitanti, & dissoluenti, miscere ambra roborantem cor, crystallum intemperiem corrigentem, gallam dissolutas partes congregantem) sed præterea opus est, vitatis omnibus incommodis, vt naturis, substantijs, proprietatibus, sic conueniant, vt post mutuam eorum actionem, & passionem, in vnius virtutis concordiam conspirant. Quomodo miscetur zinziber cum turbit, & raphanus cum hermodactylis, & alia pleraque cum alijs: vt in compositis Mesue ad castigandum scammonium, dactyli in diaphœnico: pruna in diaprino: fucus rosarum in electario rosato: caro cydoniorum in diacydonio cathartico miscetur. Nam ea frigida sunt, crassa substantie, & partium substantiam cogentia, naturis, hoc est, proprietatibus, quantum ad mixtionem probam attinet, non dissimilia.

Secundum tibi obseruandum est, vt proportione idonea misceas ea, quæ medicamento corrigendo opponuntur, & in vnius virtutis concordiam conspirant: vt ex his iam consentientibus medicamentum resultet vnum, velut pacatum, pugnae omnis expertis, magnarumque virium. De his autem proportionibus, quantum operi propolito expedit, postea dicemus.

Alterum præterea obseruandum est ad probam medicamentorum castigationem, vt proportione idonea misceantur, quæ medicamento corrigendo opponuntur. Nisi enim quantitate iusta, & qualitatis numero & gradu congruenti misceantur, nunquam in vnius virtutis concordiam conspirabunt, neque optatos præstabunt effectus. Quin vel corrumpentur, vel alienam qualitatem induent, vel contrarios speratis producent effectus. Singula igitur, quæ hac fine miscenda sunt, ea quantitate & qualitate misceantur, vt facultati malignæ medicamentorum, vel qualitati remissiori, vel intensiori, vel effectis ipsorum à nostro instituto alienis ad votum occurrant. Hanc proportionem cum mixtilia seruant, mixtio fit artificialis, & nonnunquam tam exacta, præsertim coctione longa, sed blanda, & veluti totius fermentatione, vt post longam actionem & passionem mixta, pacata, & pugnae omnis expertia, vt in vera mixtione, quæ à solo Deo & natura fit, manere videantur. De hac proportione pluribus in sequentibus cum autore nobis dicendum erit.

DE CORRECTIONE MEDICAMENTORUM per id, quod opponitur ipsis proprietate sua. Caput primum.

Nquit Ioannes Mesues: Medicamentis purgantibus proprietates quasdam laudabiles afferimus permixto aliquo, quod proprietate sua opponitur eis, propria ipsius virtute alicuius rei malitiam peculiariter respici-

G

ibidem.

Aristo. li. 1. de generis. & corruptis. cap. 10.

Aristo. li. 1. de generis. & corruptis. cap. 10.

Libri primi

ciente: atq; hæc virtus à specie sua est, & dicitur: quæ in his atque alijs varia est.

¶ Incipit fusiùs explicare singula, quæ hæcenus proposuit: modum castigandi medicamenta, per alius vel aliorum mixtionem, primùm declarans. Id quod cùm trifariam fieri dixerit, ab eo exorditur modo, qui per oppositionem specificæ & occultæ virtutis fit. Quædam enim 5 medicamenta sunt (vti diximus) quæ priuatam & peculiarem inter se cognationem habent. Alia ita inter se naturaliter dissident, vt peculiariter & ceu consulto aliorum viribus malignis occurrant. Sic trifolium herba moribus phalangij & viperæ medetur: dictamnus aduersum omne veneni genus, cor firmat. Hoc autem habent à virtute occulta. Quæ à natura seu forma medicamentorum primùm profecta, sua est singulis medicamentorum speciebus, 10 & per ea essentia dicuntur differre: licet in paucis admodum medicamentis cognita sit, vt logici & naturales de differetia substantiali, quæ ab hac forma sumitur, asseuerat. Vel igitur sic interpretandum est, quod in antiqua lectione hoc modo legitur, Differunt tamen hæc & illa: vel dicendum, ea verba ad virtutem & speciem retulisse. Non enim idem sunt virtus sue facultas, & forma sue species rei. Imò virtus à specie est & pedit, ab hac actio, ab actio 15 ne effectus: & non vice versa. Ad hæc, vnius rei vnica & simplex est forma substantialis: facultates & virtutes tot sunt, quot sunt actionis species. Essentialis tamē, & quæ ab specie primùm & per se est virtus, fit ne vnica & simplex, an varia & multiplex, Phycis discutendum relinquo.

Sic autem tribus modis medicamenta meliora reddimus, nam 20 aut ipsorum virtutem augemus, aut malignitatem permutamus, aut operationes meliores efficimus.

¶ Trifariam corrigi medicamenta per alia oppositam proprietatum virtutem habetia succintè in his docet. Quibus immorari, partim quoniam ex se aperta & cuius exposita sunt, partim quia in sequentibus ea membratim est declaraturus: *superuacaneum duximus.* 25

CANON PRIMVS.

Avgenda est autem medicamentorū imbecilla virtus, mixto eorum aliquo proportione iusta, quæ actionis vigorem ipsis consensu quodam & cōcordia proprietatis naturarum tribuunt. Id quod fit, non quia calidum vel frigidū, sed quia 30 est tale. Quo modo corallium sanare stomachum dicimus, pœoniam epilepsiam: non quia illud frigidum, hæc quia calida: aut quia illud graue, hæc leuis: sed quia hac virtute vtrunq; est dotatum. Sic serpens iuuenescere facit, Magnes ferrum attrahit, & alijs alia similiter tribuuntur. 35

¶ Priùs quàm ostendat, quo pacto purgantium medicamentorum imbecilla virtus intendenda est per ea, quæ abdita quadam proprietate eorum imbecillæ virtuti suppetias ferunt: docet quomodo medicamenta à proprietate iuuare dicantur. Non aliter igitur purgantium vires imbecillas medicamenta quædam naturaliter intendunt, permutant, aut operationes salubriores reddunt, quàm corallium secreto quodam naturæ ventriculi os firmat, pœonia 40 epilepsiam medetur. Horum enim effectuum ratione certam exactamque reddi non posse autumant Arabes. Non enim secundum illos dici potest corallium, quia frigidum, aut graue, pœoniam, quia calida & leuis, effectus illos efficere. Nam si ob id esset, frigida cuncta & graua stomacho benefaceret: & calida & leuia epilepsiam remedio essent: quod falsum esse cunctis in propatulo est. Eodem atq; illa modo serpens iuuenescere facit, & Magnes ferrum at- 45

Gale. lib. de the-
ria. ad Pisonē, &
Diosco. in simpli.
Aphrodi. proble-
vlti. lib. 1.

¶ Vbi lib. 1. facul-
tatur. & lib. in-
scripto, quod ani-
mi mores &c.

Theorema secundum. XXXVIII

trahit. Huiusmodi enim effectuum causa soli Deo & natura cognita sunt. Medicamentorum igitur purgantium imbecilla virtus, qua de nunc primum agimus intendenda est: mixtis alijs, qua iusta proportione, & quantitate, post mutuam eorum actionem & passionem illorum imbecillam virtutem a proprietate intendere possint: non secus atque corallium a proprietate ventriculi os roborat, pœonia epilepsia occurrit, serpens, curata elephantia, pristinum nitorem corpori restituit, Magnes trahit ferrum. At verò nolo latere quenquam non prorsus convenire Arabibus scriptoribus cum Græcis, quod attinet ad corallij, pœoniae & serpentis recensitas vires. Illi enim a proprietate ea agere, solaque experientia cognosci posse putant: hi contra rationem reddere, cur ita agant, conantur. Quae enim astringendi vim natura sunt frigida, ut corallium: roborant stomachum a calore dissolutum. Quae etiam humores epilepsiam efficientes incidere, tenuare & resolvere possunt, ut pœonia: epilepsia medentur. Viperæ, quae serpentis nomine continentur, quia totum corpus calfaciunt & siccant, & per cutim vacuant, elephantiasis morbo perniciosissimo succurrunt. Ob id iuvenes cere corpus facere dicuntur, non quod annorum numerum minuunt, sed quod liberent corpus a saevissima elephantiasis, quae viuentes homines miserè exedit, & consumit: a qua liberati viuidiore & iuniores apparent, diutiusque viuunt, ut iuvenes senioribus. Horum effectuum licet probabiles has rationes reddant Græci: non tamen negant accidere id a forma rei seu proprietate occulta, ut capite de pœonia indicasse visus est Galenus. Nam cum quae similes facultates euidenter sunt sortita, non similiter his morbis medeantur, fatendum est ea ex proprietate totius substantiae proficere, eorumque causas reddi non posse, ut Pelops Galeni praecipitor frustra conatus est.

Gale. lib. de facult. natura. & alibi.

Aphrodisi in initio proble.

Gale. cap. de pœonia. & simplici. Paul. cap. de corallio. Diosco. in simplici. Gale. lib. 11. simplici. cap. de viperis. & 2. ad Glauco. & lib. de theri. ad Pisonem & primo de antidoto. Paulus in initio quarti. Gale. lib. 11. simplici. cap. de cancriis.

Porrò medicamenti facultas est imbecilla, aut deficiens, bifariam: vel quia debiliter & minus, quam opus est, agit: vel quia tarde operatur, tum scilicet primum, cum corpus cibo aut somno reficiendum est: imò interdum die postero: interdum mouet & non vacuat: interdum coctionem vitiat, cibum crudum, aut tantum coqui captum vna secum detrahens.

¶ Quoniam imbecilla virtus non vnico & simplici modo dicitur, sed bifariam: hos duos significatus, & accidentia, quae imbecillam virtutem sequi solent, prius explicat, quam rationem, quo modo ea castiganda sint, tradat. Igitur medicamenti tum dicitur imbecilla virtus, cum imbecilliter & minus quam opus est, operatur. hoc est, cum non tantum, vel non talem educit humorem, quantum & qualem educi opus est: aut cum longo admodum eget tempore ad exerendam perficiendamque suam actionem. Id quod ratione imbecillae qualitatibus purgatoriae, non quantitatis paucae accidere debet. Hanc duplicem imbecillitatem notauit Galenus lib. j. de differentijs symptomatum. Cum medicamentum tardius & non nisi longo tempore purgat, accidit interim ut tunc purgare incipiat, quando aeger cibandus erat, aut somno reficiendus. Vnde necessario fit, ut vel vires collabantur, & vniuersa victus ratio peruertatur, nisi cibum aut somno reficias. Quod si cibum, aut somno reficias, medicamenti actio impeditur, aut coctionem vitiat deturbato secum alimento, euerfa retentrice facultate. Saepè accessio inuadit, ante quam actionem absoluat, ut postea nec actioni, nec cibo, nec somno, vllus relinquatur locus. Quandoque adeo pigrum est medicamentum, ut postridie, quam sumptum est, actionem perficiat: ut aloë quae vix hora post duodecima, quam sumpta est, vacuare incipit: & interdum ad horas viginti quatuor durat. Aliquando humores mouet, & non vacuat. Et ob id medicamentum saepè in humorem vacuandum, vel venenum conuersum, in corpus distribuitur. Quo pacto coctionem vitiet, iam diximus. Quae incommoda ut vitet Medicus, necessum est, ut ad vnguem cognoscat, quae medicamenta tarde & imbecilliter agant: quae valenter, & non multo post.

Cap. 4.

Si igitur medicamenti actio debilis est, imperfecta, parcius quam opus est (ut turbith quod reuera pituitam tantum tenuem euas

G ij

cuat: & epithimum quod parum aut nihil vacuat, nisi eius *larga* vis sumatur: & tereniabin debiliter vacuans, vt hermodactylus, & alia multa) roboranda est eius facultas per ea, quæ sese mutuò ferunt, vt ex eis conflata virtus vna, actionē perfectam efficiat.

Gale. lib. 2. compo. ph. cap. 2. in pharmacis Herod. & lib. 1. de antido.

¶ Generatim docet medicamento imbecillam virtutem, hoc est, imperfectam, & à iusto modo deficientem, corrigi per alia: quæ cum ipsi familiaria sint, post absolutam mixtionem in vnam virtutem conspirant: quam deinde actio sequitur perfecta. Cuius ordinis medicamenta, quæ per se sumpta minus quam decet, & optatur, purgant, aliquot subijcit. Quorum singula qua ratione corrigenda sint, speciatim in sequenti declarat oratione. Neminem tamen lateat medicamentum imbecillum quadrifariam dici: & quia parum vacuat, & quia tenuem tantum humorem euacuat, & quia non trahit è partibus corporis longinquis, sed obuias tantum materias, & quia tardè & longo post tempore, quam sumptum est, purgat. Quibus modis singillatim est occurrendum. Occurri autem potest partim aucta medicamento purgantis quantitate (vt enim duplum euphorbij bimi aut trimi loco recētis miscet Galenus, & pro cinnamomo duplum optimæ casia, sic epithymi largior quantitas absolutam efficit purgationem: vt aliorum simplicium purgantium vt aloës similitumque multum aucta quantitas) partim aucta qualitate, interim purgatoria (vt cum epithymo additur helleborus niger, rhabarbaro scammoniaturum aliquod) interim incidente, tenuante, aromatica, stimulante: vt dum manne cardamomum, aloë alephangine species, turpeto zinziber, & alijs alia imbecillam virtutē vel intendentia vel accelerantia miscentur. Quoniam verò medicamenti purgantis largior quantitas ferè semper nauosea & vomitoria est: quod viribus deest, alijs validioribus viribus frequentius redimimus.

Verbi gratia, turbith zinzibere roboratum pituitam crassam, & succum crudum vacuat, alioqui per se non vacuaturum. Epithimum sero lactis roboratū, vel hydromelite, vel sale Indo, vel sale gemmeo, vel myrobalanis nigris, potentius aget. Tereniabin etiam alhasce, aut ammi, aut cardamomo adiutum, laudabilem & perfectam faciet purgationem. Hermodactilis mixto cum mino, aut pipere, vel ex eorum puluere cum succo scillæ vel raphani factis trochiscis, materia crassa & viscosa à iuncturis mirè euacuabitur.

Lib. 1. alimen. & 4. & 6. sani. vob. & lib. de plenitu. & 10. compo. ph. p.

¶ Exemplis illustrat, quod in proxima oratione scripsit, quo modo singula medicamenta, quæ ibi imbecilliter & minus, quam oportet, purgare dixit, castiganda sint. Turbith, quod pituitam tantum tenuem per se purgare dixit, zinzibere roboratum pituitam crassam succumque crudum educere nunc scribit. Cum enim turbith tenuem pituitam educat, & zinziber crassam & lentam, crudumque succum incidere & tenuare possit, & ipsi turbith tota substantia familiare sit, meritò sic roboratum perfectam & absolutam adit actionē, & tum tenuem, tum crassam pituitam, crudumque succum tenuata non solum à partibus propinquis, sed etiam à iuncturis, & partibus remotissimis educere potest. Eodem modo epithymi, tereniabin, hermodactilorum imbecilla virtus quibusdam mixtis, quæ tota substantia familiaria sunt, intenditur & augetur. De quibus tum hic, tum in simplicibus purgantibus, copiose agit. Pituita & crudus succus secundum Galenum sic differunt: Crudus humor crassior est, quam propriè vocata pituita, minimè lentus, nisi diu in corpore manserit, minus frigidus, minus flatulentus, crassitie & colore puri, aut spisso vrine sedimento, aut elixis fabis, similis.

Si autem tardius, & longo post tempore purget medicamentum (vt agaricus, aloë, hermodactylus, turbith, & similia) admiscendum

Theorema secundum. XXXIX

ei erit aliquid, quod operationem eius facile reddat, & acceleret: vt agarico, secaniabin, & sal gemmeus: aloë, species alephanging: hermodactilis, scilla, & raphanus: turbith ipsi zinziber.

¶ Altero modo medicamentum imbecillum vocamus, quando tardiùs, & longo post tempore quam sumptum est, actionem suam promit: qualia sunt agaricus, aloë, hermodactilus, turbith, & alia huius generis. Quorum tardam virtutem acceleramus mixtis alijs, quæ sua facultate mordicante & pungente virtutem expultricem excitant: & interim humores crassos & lentos incidunt, & tenuat: qui incissi & tenuati promptissimè tū trahuntur, tū expelluntur. Hac de causâ agarico secaniabin miscetur. Est autem secaniabin oxymel à Galeno descriptum libro quarto sanitatis tuenda: quidquid Salandinus, Mondinus, & nonnulli alij triobolares Medici nugentur. Eadem de causâ alia etiam alijs miscentur, quæ notiora sunt, quam vt aliqua egeat expositione. Accedit quòd de horum singulis copiosè in simplicibus purgantibus libro secundo dicturus est. Turbith non modo humorem tenuem solum euacuat, sed tardè etiam illum educit: cuius vtranque imbecillitatem zinziber corrigit.

15

¶ CANON SECVNDVS.

Rermutamus autem malignitatem medicamentorū, mixtis his, quæ proprietate quadam id præstant. Communis verò medicamentorum malignitas in eo parte plurima est, quòd facit senescere corpus, & vsu crebro partes ipsas *principes lædit*, quæ virtutum principia sunt: tum spiritus, calorèmq; natium, harum motores, infirmit. Quapropter medicamentis soluendo purgantibus miscere cogimur, quæ cor, & alias partes principes quadam proprietate roborant, illaq; purgantia salubria reddunt. Quo præsidio corpus reuiuenscit, & incolume euadit.

¶ Superiori canone abundè à Mesue monstratum est, qua ratione medicamentorum imbecilla virtus corrigenda sit: sequitur nunc ex ordine, vt doceat quo pacto maligna eorū virtus, si qua sit, castigari debeat: & quomodo corpus ab ea vindicemus tutumq; reddamus, per mixtionem aliorum medicamentorum, quæ contrariam natura sunt facultatem. Omnia enim dum agunt, alterant nostrum corpus pro suis facultatibus, & sibi simile reddunt. Ceterum maxima eorum pars calida est & sicca, & veneni particeps. Quapropter corpus calfaciunt, siccant, carnes liquant, solidas partes extenuant, & peculiari quadam natura os ventriculi lædunt. Hinc qui crebro multumq; purgantur in atrophiam interim incidunt, & facie decolorè cernuntur. Eadem vnâ cum excrementis spiritum calorèmq; natium exhauriunt: & quia veneni participia sunt, cor in primis petunt, læduntque. Quam læsionem partes alie principes necessario sentiunt. Ab eo enim vitam habent. Ventriculus, hepar & cerebrum: aliquid etiam noxæ sæpè contrahunt. Ventriculo enim (& interdum hepatis) viribus integris occurrunt, & interim pars eorum in villis ipsius retenta non lauem noxam afferre cōuenit. Dum etiam in actum redigitur medicamentum, & dum suam promit actionem: fumi aliqui venenosi in caput & reliquas corporis partes digeruntur. Si igitur medicamentorum bona pars corpus calfacit, & exiccat, spiritus dissipat, & exhaurit, alteratque, natium calorem inflamat, & minuit, corpus colliquat, febrim accendere potest, humores siccant, & cōsumit, & torridos reddit, & alia præterea incommoda partim dicta, partim dicenda afferunt: iure optimo ea facere senescere dicuntur, vsq; crebro partes principes hepar scilicet, cor, & cerebrum (quæ veluti fontes trium facultatum sunt) offendunt: tum spiritus calorèmq;

G iij

Gale. initio sim
pli. & alimen. &
alijs locis.

Idem lib. 2. de
vic. acu. commo.
12. & lib. 1. sanis
tuen.

Gale. aphor. 170
lib. 2. & 16. lib. 4
& cap. 1. lib. 2.
de differen. feb.
& 1. sanita. tuen.
& alibi.

Libri primi

Gale. cap. 2. lib. 1. de diff. feb. Hippo. aphor. 4. & 8. parti. 8. lib. 6. epidemion.

Lib. 2. de victu acu. & lib. Quos medicamētis &c.

natiuum harum virtutum motores infirmant. Spiritus enim cum calore corporis & animæ actiones obeunt: qua de causa ab Hippocrate impetus facientes vocantur. Ob hæc purgantibus medicamētis, antè quàm sumantur, miscere cogimur medicamenta alia, quæ inflata quadam proprietate illorum venenositati peculiariter resistent, & cor, & partes alias principes corpûsque totum securum ab ea reddant. Non alia ratione odorata semina iubet Hippocrates purgantibus misceri, ne videlicet sola & syncera ipsorum facultas partes principes attingat. Sed sint eiusmodi, quæ miscentur, oportet: quæ & malignitatem tollere, vel obtundere possint, & medicamenti actionem minimè impedire. Quibus omnibus incommodis vitatis, vacuatîsque humoribus noxijs mortem accelerantibus, necessum est corporis habitum meliorè reddi, ac virtutes omnes roborari, actiones perfectiores fieri, succosque benigniores gigni. Quæ omnia reiuuescencia necessario sequitur, hoc est, corporis habitu meliorem sunt traducti. Caterum medicamenta leniendo, emolliendo, & comprimendo, purgantia: parum, aut nihil, venenositatis habent. Ob id præscripta accidentia minimè ab his metuenda sunt.

Quæ autem id efficiunt, sunt cardiaca medicamenta, stomachica, cerebrica, & quæ alias quoque partes roborare cognoscuntur. Illud vero in omni vacuatione diligenter obseruandum est, vt cor in primis roboretur: quòd symptomata omnia, quæ corpori succedunt, cor ipsum, ceu vitæ basim, primùm infestant. Secundo loco roborandus est ventriculus: quippe qui medicamentum primus suscipit. Aliarum verò partium robori non admodum, nec primò studendum, nisi cum ab ipsis vacuandum est.

Ex Gale. cap. 17. & 19. lib. 3. sim. pli. medi.

¶ Qua ratione occurrendum sit accidentibus recensitis, malignam scilicet medicamentorum qualitatem sequentibus, hac oratione generatim docet. Quoniam igitur medicamenta purgantia saltem trahendo, genere sunt deleteria & venenosa: natura & tēperie contraria sunt vitæ nostræ. Est enim illis intestinum odium cum vita nostra. Quæ cum in corde arcem & principatum habeat, eò medicamenta eiusmodi suapte natura feruntur: vnde postea per totum distribuuntur corpus. Vt enim cantharides venicam, lepus marinus pulmones, & alia etiam alias corporis partes peculiariter lædunt: sic venenosa omnia primùm volunt petere cor. Huic venenosæ virtuti resistimus mixtis his, quæ partim sua substantiâ illam obtundere & hebetare possint: partim qualitatibus manifestis effectis illius noxijs: partim præmuni re cor, ventriculum, & reliquas partes. At enim cordis prima & potissima est habenda ratio, idque semper per cardiaca medicamenta roborandum est. Siquidem purgantia ferè omnia, vt diximus, illud in primis infestare solent, quia venenosa & deleteria sunt. Secundo loco roborandus est ventriculus per stomachica: quoniam ipse medicamentum suscipit, cōplectitur, retinet, suoque calore fouet, in actumque redigit. Quod vbi in actum redactum est, in ventriculum conuertitur, ipsum alterat, immutatque, & peculiari quadam natura os ipsius offendit. Aliarum partium (vt hepatis, cerebri, lienis, & similibus) robori non æquè attentos nos esse oportet: nisi eas ipsas partes vacuare intendamus. Tunc enim miscenda erunt, quæ illas peculiariter roborare possunt, & medicamentorum qualitatibus malignis resistere. Qualia sunt hepatica, cerebrica, & splenitica, & similia his medicamēta. Ne lateat tamè appellatione partium principum interim hepar, cor, cerebrum, venire: interim his ad di testes: interim etiam ventriculum inter hæc referri.

Gale. commē. 12. lib. 2. acuto. & Aëtius cap. 25. sermo. 3. lib. 1.

Gale. lib. 7. & 11. metho. & in arte medica. & de plasi. Hippo. & Plac. Gale. cap. 12. lib. 1. febrium.

At medicamentum facultate cardiacum quadruplex est eligendum: vel roborans tantum, vt poma dulcia & aromatica, xylaloë, doronicum, & similia: vel alterans tēperiem calidam, vt dum scammonio rosa, santala, & similia miscentur: frigidam, vt tamar Indis

Theorema secundum. XL

miscetur macis, & similia: Vel roborans, & simul purgationem adiuuans, vt succus rosarum, & violarum, myrobalani emblicæ, & similia: vel purgantis medicamenti immodicam vacuationem, & acrimoniam remittens, vt charabe, spodium, & similia.

- 5 ¶ Speciatim declarat, quæ medicamenta, quas partes peculiariter communire & roborare aduersus medicamentorū malignam & noxiam vim possint, initium à corde faciens. Cuius primam & potissimam rationē in omni euacuatione habendam dixit. Vt igitur cor defendamus, aliquod, vel aliqua, ex quadruplici medicamentorum genere miscendum nobis est. Interim enim roborando cordi tantū intenti sumus: tunc scilicet cū medicamenti pur-
- 10 gantis præcipua malignitas est venenositas, & facultatis vitalis dissolutio. Quam noxā præcauemus succo pomorū aromaticorum, & aromatis, vt xylaloë, doronico, & similibus alijs. Hæc enim proprietate sua cor roborant, spiritus vitales odore & sua substantia instaurant, & facultate astringente, quibus inest, spiritus calorisque natiui dissipationem prohibent. Interim medicamenti intemperiem temperamus & corrigimus tum calidam (vt dum scam-
- 15 monio calido & sicco, rosam & santala miscemus: quæ naturali quadam proprietate cor firmant, & temperamento frigido noxam, quam asserre potest scammonium arcent) tum frigidam, vt dum tamar Indis frigidis macis calidus adiungitur. Quandoq; roborantia simulq; purgantia sunt, quæ miscentur, seu cardiaca medicamenta: vt succus rosarum, & violarum, myrobalani emblicæ, & quæ huius ordinis sunt. Quarti generis cardiaca purgantia medica-
- 20 menti immodicā vacuationem & acrimoniam remittunt, vt charabe, id est, succinum & spodium. Nam hæc & eiusmodi alia, virtute quadam insita roborare cor contendunt Arabes, celerem dissolutionem facultatis vitalis prohibendo, & facultate astrictoria immodicas vacuationes supprimendo. An verò recensita omnia medicamenta, & longè plura, quæ apud ^{ibidem} Auicennam leguntur, à proprietate occulta cor roborent, doctis disputandū relinquo. Requirit enim materia hæc peculiare opus, in quo non cursim & strictim tractetur: sed pensiculate & diligenter. Vt enim ab Arabum sententia non temerè discedendum existimo: ita non facile ac leuiter accedendum.

Stomachica verò medicamenta miscenda purgantibus, vt facultatum naturalium principium in eo tueantur, & temperent: cuiusmodi est mastiche, spica, & similia: vt etiam intemperiem calidam, frigidam, humidam siccam, immutēt: qualia ex tabulis medicamentorum stomachicorum deligere potes.

- ¶ Quibus præmunire stomachum debeamus aduersus medicamentorū purgantium venenosam & malignā vim, in præsentia docet. Medicamenta verò, quæ id præstant, stomachica nuncupantur, quod ventriculum, præcipueque os ipsius, naturali quadam proprietate roborant. Sunt autē ea genere duplicia. Quædam enim eò roborare ventriculum dicuntur, quod os, totūque ipsius corpus cogunt, constringuntque. Quo fit vt virtutes naturales ipsius coactæ & vnite à medicamento purgante non ita facile dissoluantur, & dissipentur, huiusmodi sunt mastiche, & spica, & quæ his similia sunt. Alia purgantibus miscentur contrariā ipsis sortita temperiem. Quo fit vt intemperiem, quam alioqui purgantia erant excitatura, his mixtis facile præcaueamus. At verò quæ quibus miscenda sunt, vt intemperiem illam vitemus, ex libris de medicamentorū simplicium facultate, quas tabulas vocat, disces. Vocat autem tabulas, quod in tabulas & ordines fortasse essent redacta simplicia medicamenta, quæ partes aliquas vt ventriculum, hepar, cerebrum, lienem, & similes peculiariter & potissimum respici-
- 40 rent, & iuarent. Ex quorū nonnullis catalogum fecit in sequenti canone: generatim verò omnia ferè in tabulas ordinēsque redegit Leonardus Fuchsius in compendio Medicinæ, & alij nonnulli: vnde cuius depromere, quod optabitur, facile erit. Nemo autē miretur, in ventriculo facultatum naturalium principium collocari. Licet enim cunctis in confesso sit, secus

Auicenn. lib. de viribus cordis.

ibidem

huius virtutis fontē principiūq; esse, tamen quia illi subseruit ventriculus, ita vt citra eius opem munere suo hepar fungi non possit, ideo principium sine quo non absurdè dicitur.

Præterea de medicamentis cerebricis idem censemus: quam obrem pleriq; Medici (vt inquit Galenus) hieris miscuerunt nucem moschatam: quippe quam cerebrum & nervos roborare iudicauerūt. Idem præstat stoëchas, gallia, castorium, & similia. De hepaticis idē statuimus, vt etiam de alijs, quę alijs partibus familiaria sunt: qualia in tabulis medicamentorum simplicium inuenies. ¶ Cerebrica, hepatica, splenitica, arthritica, hysterica, cystica, nephritica, & similia alia medicamenta, quę à partibus, quas peculiariter & potissimum iuuant, sumunt appellationem, non necessario purgantibus miscenda sunt: nisi cum à partibus, à quibus denominantur, vacuandum est. In quibus non satis est inuenisse virtutem naturaliter iuuantem, sed præterea necessum est, vt si quam excitatura sunt purgantia intemperiem, in parte purganda, vel iam in parte sit ante, quam medicamentū sumatur, eam vel præcaueant, vel curent. At verò quod de nuce moschata Galeno ascribitur, somnium est: vt liber secretorum eidem falso assignatus, cuius nunquam ille in suis monumentis mentionem fecit. Quem etiam vel ex eo spurium & nothum agnoscas licet, quod nucis moschata, gallia moschate, macis, daronici, caryophyllorum, santalorum, rhabbarbari, cubebarum, miuæ aromaticę, & aliorum vel ignotorum vel indicatorum Galeno ibi fiat mentio.

CANON TERTIVS.



¶ *Actiones medicamentorum meliores efficimus permixto aliquo, quod proprietate sibi insita perducatur eorum facultatem ad partem purgandam.*

¶ *Tertio modo purgans medicamentum corrigi ostendit mixto aliquo, quod à proprietate insita medicamenti actionem meliorem reddit. Melior autem euadit actio, cum eo medicamenti virtus defertur, vnde præcipue & maxime purgare volumus. Hanc virtutem medicamenta ea deducunt, quę cum parte purganda naturalem familiaritatem habent. Cuiusmodi non pauca esse veterum tum testimonia, tum experientia confirmant. Ex horum mixtione hæc consurgit commoditas, vt ab ea parte maxime & præcipue vacuentur humores, quam potissimum purgare intendimus. Ne tamen intelligas medicamentis omnibus partibus alicui familiaribus temere & sine discrimine esse vtendum, licet omnia quadantenus conferant: sed calida frigidis, humida siccis, denique contraria contrarijs, quod attinet ad euidentes qualitates, esse opponenda. Conferunt enim magis, dum non solum proprietate quadam insita vim medicamentorum ad partem purgandam deferunt: sed etiam eorum vel partis insigni intemperiei resistunt, vel secunda, vel tertia qualitate vsui sunt. De qua medicamentorum proprietate latissime à Galeno tractatur libro de compositione medicamentorum generalium, & de theriaca ad Pisonem, & cap. xxij. lib. v. simpli. medica. & lib. ix. eiusdem operis capite de lapidibus, & lib. xi. capite de cancrijs, & lib. de enchy. & cacochy. & cap. viij. compo. ph. par. & de inæquali intemperie, & alijs plerisque in locis.*

¶ *Scis nanque naturam hanc & illam rei virtutem tum dirigere, tum distinguere: Medicum vero naturæ dum taxat subseruire rebus inuicem, quam optimè fieri potest, mixtis. Domini enim benedicti opere factum est, vt rerum sumptarum proprietates natura dirigat, & distinguat, aliter tamen atque aliter: vt exempli gratiã, agaricus cum stoëchade, aut acoro, capitis affectibus pro-*

Theorema secundum. XLI

desse certò cognoscitur: hepatis autem, cum intybo, taraffacon & spica thoracis, cum alhasce & hyssopo. Credendum est igitur naturam, ad partes virtute medicamentorum varia egentes, hoc & illud transmittere. Sunt enim hæc illi ceu adminicula, quæ natura sapiens distinguit, & dirigit. Quomodo, exempli gratiâ, cum artifice quadratus & oblongus lapis exhibentur, illo ad anguli constructionem, hoc ad operis rectitudinem utitur: sic naturam credimus his vel illis partibus medicamenti assumpti vires porrigere, pro rerum administratarum naturæ exigentiâ.

10 ¶ Quoniam proximè dictum est medicamentorum purgantium actionem meliorem perfectioremque fieri mixto aliquo, quod eorum virtutem ad partem purgandam deferat: quæ mixtio cum à Medico fiat, innuere videbamur Medicum medicamentumque huius perfectionis esse autores, naturam verò hominis esse ociosam: docet in his longè aliter rem se habere: quin Medicum ministrum tantum esse, medicamentum adminiculum & instrumentum: naturam præsidem principemque operis. Cum enim natura in nobis sit, sicut Deus in vniuerso: ut hic totius orbis, & omnium quæ in eo fiunt, moderator primaque causa est: Sic ea, quæ ipsius vicaria est, actiones omnes, & opera, quæ in homine, secundum naturam fiunt, inchoat, limitat & dirigit. Quo fit, ut medicameta singula, quæ à Medico ministrantur, eò mittat, vbi necessitas est, & quò naturali inclinatione ipsa ferri debent. Quod opus melius & facilius perficit, cum medicamentum familiaritatem habet cum parte purganda. Tunc enim à parte, quacumque familiaritatem habet, trahitur: ipsumque vltro trahenti cedit. Quod purgatrix facultas comitatur, præsertim dum post longam ipsorum actionem & passionem in vnam formam conspirauerunt: ut agaricus cum cephalicis mixtus capitis affectibus prodesse certò cognoscitur. Idem cum hepaticis hepatis: cum thoracis thoraci: cum alijs, alijs etiam

Gale. de theriacis ad Pisonem.

25 partibus vsui esse constat. Idem igitur medicamentum ad diuersas partes mandat pro medicamenti mixti exigentiâ, & partis vacuandæ necessitate. Medici verò præcipuum munus est, medicamenta conuenientia parti & humori vacuando naturæ suppeditare. Hæc enim instrumenta sunt ipsi auxiliantia, quibus natura commodè & prudenter singulis utitur. Non aliter atque lapicida opus angulare extructurus, ex propositis ad manum lapidibus

30 oblongos ad operis rectitudinem, longitudinem ve vsurpat: quadratos & triangulares ad anguli extructionem assumit. Initio huius orationis in meo codice perperam legitur virtus pro natura. Nam absurdum est dictu virtutem distinguere & dirigere virtutem. Huc accedit quod paulo antè, & capite primo de electione medicamentorum, in eodem sensu naturam vsurpauit.

35 Medicamentorum igitur purgantium actiones sceliciores reddimus, his mixtis, quæ illorum virtutes ad partem vacuandam perducunt. Illa verò sunt (ut supra diximus) quorum virtus huic vel illi parti est familiaris.

40 ¶ Persequitur institutum in memoriam reuocans, quæ sint, quæ medicamenti actionem meliorem sui mixtione reddunt. Quorum singulatim in sequenti oratione mentionem faciet. Admonendus tamen es lector, sceliciorem, melioremque fore actionem, si non solum medicamenta ea cum cathartico miscueris, quæ cum purganda parte habeant familiaritatem: sed etiam si purgans ipsum familiare eidem parti delegeris. Quæ verò sint illa, in superioribus ostensum est.

Ex Gale. lib. 1. de antido. & lib. de theria. ad Pisonem.

45 Hoc autem loco docere libet medicamentorum cum partibus cognationem: quæ aliorum [medicamentorum] virtutes ad partes ipsas perducit. Verbi gratia, ad caput medicamenti purgantis

Cephalica medicamenta.

Libri primi

facultatem facile perducunt, nux moschata, pœonia, stœchas, acorus, xylaloë, sal Indus, sal gêmeus, balsamum, xylobalsamū, carpobalsamū, anacardus, thus, ladanum, buthur, scenden, myrrha, chamædryes, chamæpitys, schænu anthos, scilla, spica, castoriū, gētiana, haſce, hyſſopus, aſa, ſtrobili, piper, maiorana, ſagapenum, 5

Thoracis.

Ad thoracem vero & pulmones facile perducunt medicamenti purgantis virtutem, iris, alhaſce, hyſſopus, crocus, glycyrrhyza, ſuccus eius, vuæ paſſæ, adiantum, ſcilla, ammi, cardamomū, ſuccus braſſicæ, ius galli antiqui, naſturtiū, amygdalæ, ſtrobili, pulmo vulpis, ſefeli, auellana, opopanax, myrrha, ſagapenum, rhanus, calamus aromaticus, aſphodelus, volubilis maior, laurus, calamintha, ſabina, violæ, ariſtolochia, tragacantha, gummi, thus, mel, ſacchar, morū, ſcenum Græcum, marrubium, lilium, & ſimilia. Quæ verò ad hepar medicamēti purgantis facultatem

Hepaticæ.

facile perducunt, ſunt, ſpica, aſarum, aniſum, ſceniculus, endiuia, taraffacon, amigdalæ amaræ, folium, daucus, eupatorium, abſinthium, cācamum, caſſutha, ſemina quatuor, cinnamomum, aſparagi, cicerū decoctum, chamædryes, arnogloſſa, volubilis, iris, laurus, ſchænu anthos, chamemelum, fumaria, ſerum lactis, ſceniculi & petroſelini ſuccus, polium, ſcilla, & ſimilia. Ad lienem me-

Splenicæ.

dicamenti purgantis vires perferunt, daucus, calamintha, ſpica, tamarix, capparis, buchor marien, cortex ſalicis, ſal gemmeus, ſal Indus, iris, acorus, marrubium, rubia tinctorum, abſinthium, eupatorium, aniſum, ſceniculus, aſparagus, caſſutha, aſplenon, ſcilla, aſſarum, volubilis, ſcordium, agnus caſtus, chamæpitys, amygdalæ amare, ariſtolochia, & ſimilia. Ad iuncturas denique medicamenti vim facile perducunt, zinziber, armal, ſcilla, aſa, opopanax, thapſia, aqua porri, ſuccus braſſicæ, cardamomū, acorus, triplex piper, ſcordium, chamædryes, chamæpitys, haſce, amomū, polium, & ſimilia. Quæ autem ad alias quoque partes medicamentorum vires perducunt, ex tabulis medicamentorum ſimplicium collige, nobis præſtantiora & præcipua ſcripſiſſe ſufficit.

Arthriticæ.

¶ Quæ cum quibus partibus medicamenta familiaritatem & cognationem habeant, membratim edocet à capite primū exorſus: inde reliquas omnes primarias & præcipuas partes percurrans, corde & ventriculo exceptis. Quorum nulla hic fit mentio, vel quòd de eis in proximo huic capite generatim diſſeruit: vel quòd de cardiacis medicamentis Auicennas (à quo ille mutuò ſumpſerat, quæ de illis ſcripſit) in opere de viribus cordis generatim, ſpeciatiſſimè tractauit. De ſtomachicis non erat cur in hoc loco ageret: quandoquidem medicamenta omnia in ſe recipit ventriculus, ſuo gremio complectitur, in actūque redigit. Reliquis à recensitis partibus quæ ſunt familiaria, ex libris ſimplicium medicamentorum Galeni, Dioſcoridis, & aliorum petendum eſt. Quo labore nos leuarunt Iacobus Syluius, & Leonardus Fuchſius, duo artis Aeſculapij lumina: quorum vterque in ſua methodo in ordines & tabulas huiusmodi medicamēta redigit. Quos autores conſulat, qui exactam & claram eo-

Theorema secundum. XLII

rum cognitionem habere cupit. Nobis id laboris tātū superest, vt hinc scrupulos aliquot tollamus: qui nouitium Medicum offendere & remorari possent. Primum occurrit pœonia. nam cum vtraq; laudetur, mas habetur præstātor. Buthur Scenden quid sit, & sit ne res vna, an dua, & scribendum ne sit Buthur, an Bucur, plurimos video ignorare. Ego, vt planè
 5 quod sentio profitear, nihil certi habeo, quod dicere possim. Opinor tamen Buthur seu Bucur (vtrōq; enim modo scriptum reperitur) & scenden res esse diuersas. Nam Mesues capite de catarrho apertissimè ea distinxit: & ni prorsus fallimur, Bucur siue Buthur alipta est moschata: & scenden algalia vulgò dicta, vel gallia elephangina. Nam galliam moschatam non esse ex eo conijcere licet, quod in eadem cōpositione, vbi horum nominū meminit, peculiarem de ipsa mentionē fecit Mesues. Vnde Bucur opinamur legendum esse cum Mondino. Afa seu potius afa liquor Cyrenaicus quibusdam putatur: sic dicta, vt mea fert opinio, corruptè pro lasser. Strobili, conii olim dicti Atticis, pinei à quibusdā nunc vocantur. Gummi absolutè pronunciatū, Arabicum intelligitur. Semina quatuor tum maiora, tum minora: tum calida, tum frigida, hepatis benè facere creduntur. Buchor marien cyclaminus est Serapioni. Asplenium à quibusdam scolopendrium dictū, cetrac Italis quibusdā nuncupatur: nobis vernaculo sermone doradilla. Scordium verū multis iam innotuit, falso à maioribus nostris allium agreste pro eo vsurpatum. Armal quid sit, docui prius. Hæc breuiter, quoad licuit, attigimus: circa reliqua si quid occurrat difficultatis Medicinæ tyro consulat doctos, vel libros ab eis scriptos: quorum aurea nostra ætas maximam attulit copiam, & maiorem
 20 fauente Deo indies afferet.

Rasis. 9. ad Almas
fo. ca. de colico &
iliaco dolore bu-
chor mariæ & At-
thani taceu di-
versorū meminit.

DE MEDICAMENTORVM CORRECTIONE per ea, quæ temperaturę ipsorum sunt contraria. Cap. ij.

Nquit Heben Mesues: Medicamēti insignem intemperiam corrigimus mixto contrario, quod caliditatē, frigiditatem, humiditatem, siccitatem ipsius noxiam, recta proportionē qualitātū vnus ad aliud (quatenus licet) seruata, permutet. Qua de re pluribus agere non est præsentis instituti. Qui plenam ipsius cognitionem habere cupit, legat
 25 librum Haly senis, & librum Alchindi.

¶ Medicamenta corrigere docet mixto aliquo, quod tēperiem contrariā ipsorū excessui sit fortitū. Quædam enim calore, alia frigore, alia humiditate, alia siccitate possunt nos offendere: nisi eorū noxam mixtione aliorum contrariam habentium temperiem præcaneamus. Neq; satis est qualitatem inuenisse contrariam, sed præterea opus est qualitatis ordines diligentissimè expendere: & interim contrarium aliquod valentius, interim imbecillius, interim æquale, pro scopis, & indicationibus varijs opponere. Alioqui si citrà, quàm medicinali qualitas noxia requirit, consistat, vel vltra progrediatur, error necessario admittetur. Quam proportionem qualitatum ad vnguem teneat oportet pharmacum compositur. Sed hac de re Haly senex, & Alchindus latiùs scripserunt. Nobis generalem duntaxat
 30 doctrinam scribentibus sufficit capita tantū rei attigisse.

Gale. lib. 3. metho. & .i. compo. ph. g. & initio ælimen.

DE MEDICAMENTORVM CORRECTIONE per ipsorum effectis contraria. Cap. iij.

Nquit Heben Mesues: Malis medicamētorum effectibus etiam resistimus. Qui cum medicamenta maligna (quæ tu
 45

Libri primi

noſti) præcipue conſequantur, inſalubriter afficiunt corpus, cum
que ipſi horrendi ſint, naturam etiam deterrent. Sunt autem hi,
conturbatio, animi deliquium, morſus ſtomachi, flatuum gene-
ratio, punctio, inflatio, inciſio, vlceratio, venarum in oriſicis aper-
tio, attractio immodica, viſcerum lubricitas, congelatio, ſiccatio, 5
corrugatio, inuiſcatio, ſeu adheſus, obſtructio, arctatio, & ſimi-
lia, quorum prius meminimus.

¶ Noxia effecta, quæ à medicamentis violenter purgantibus præcipue impendere ſolent,
qua ratione præcauere oporteat, hoc capite docet. Excitant enim medicamenta huiusmodi,
niſi diligenter provideatur, opus quoddam violentum, & effecta sæpe malefica, horrendaque 10
non ſolum ægro & aſſiſtentibus, ſed & Medico. corpus præue & inſalubriter afficiunt: natu-
ram, qua hominem regit, proſternunt. Prius igitur omni cura hæc prohibenda ſunt, quam
medicamentum in corpus ſumatur. Quomodo autem ſint hæc vitanda protinus offendet,
vbi prius quot, & quæ ſint accidètia illa huc effecta explicuerit. Inter quæ cõturbatio prin-
cipem locum ſibi vendicat, deinde reliqua ordine ſequuntur. Conturbatio vel nauſea eſt (vt 15
Mondinus interpretatur) vel humorum in corpore commotio ſiue turbatio: quam medica-
menta violenter purgantia sæpe excitant. Inde elateria, hoc eſt, agitoria & ſuccuſſatoria
dicta ſunt. Per animi lubuerſionem lipothymiam ſiue animi deliquium intellexit. Hanc me-
dicamenta interdum aſterunt tum immodicè vacuando, tum propter humorum cõtutio-
nem offenſo ore ventriculi, & illi conſentiente cerebro propter Sympathian: tum propter 20
malignam & venenofam medicamenti virtutem. Ventriculum, & inteſtina vlcérant, pun-
gunt, incidunt, mordent, medicamenta corroſiua, acria, & vehementer calida: sæpeque ea
accerſunt conuulſionem, non aliter atq; humores rodentes & mordaces. Flatus interim me-
dicamentorum calor cauſa eſt cõtrix eſt, quæ ex humore frigido crudoque excitat. Interim
medicamenta ipſa flatus materiam de ſe præbent, qualia fere ſunt, quæ emolliendo, lubrican- 25
do purgant, quæq; largam habent humiditatem excrementoſam. Inflatio sæpe à flatu eſt, in-
terim etiam ab humore, refrigerato hepate ob inſignem aliquam & largam vacuationem.
Venarum apertio & attractio immodica à medicamentis calidis & acris præcipue fiunt.
Viſcerum, id eſt, ventriculi & cum eo inteſtinorum lubricitas ſequitur interdum (vt capite
ſecundo theorematis primi ad finem docuimus) Vel viſcerum, hoc eſt, hepatis, & ventricu- 30
li virtus, retentrix proſtrata. Congelationem raro purgantia excitant, cum eorum maxima
pars ſit calida, niſi fortè dum immodicè vacuant. Tunc enim exhaustus calor vnà cum hu-
moribus congelationis partium principum cauſa eſſe poſſunt. Vel certè per congelationem
frigidam intemperiem intellexit: quam medicamenta tum per ſe, cum frigida ſunt: tum per
accidens, vacuando ſcilicet, inuehere poſſunt. Vel congelationem vocauit humorum in- 35
cratationem, & coagulationem, qualis hyeme loco frigido & conſtitutione frigida eſſe ſo-
let: quam calida & acria medicamenta tollunt. Siccare omnia calida medicamenta per ac-
cidens poſſunt: ſicca per ſe. Aſtringètia corrugant, cõtrahunt & arctant partes omnes, quas
attingunt: Sæpeque humores lentos & craſſos pertinacius aſſigunt. Obſtruunt frigida: hu- 40
more prædita lento, craſſo, dulcia: & calida ipſa per accidens, dum ſcilicet maxima vi humo-
res attrahunt, præſertim nondum inciſos nec tenuatos: breuiter nondum fluido facto corpo-
re. Similia his accidentia non pauca à medicamentis impendere ſolent: de quibus partim eſt
dictum in genere, vbi primarum qualitatum recenſuimus effectus: partim dicendum eſt ſeor-
ſum libro de medicamentis ſimplicibus purgantibus.

Quibus per ea, quæ contrarios præſtant effectus, occurrèdum 45
eſt: qualia plerunq; ſunt odore, aut ſapore, aut tota ſubſtantia oc-
currentia: ob id medicamenta meliora & ſalubriora reddentia.

¶ Capita & faſtigia eorum ſcribit, quibus maligna medicamentorum effecta prohibentur,

Gale. cõm. apho
lib. 1. lib. 5.

Idem lib. 6. ſani-
tati. de abſtinẽtia.

Theorema secundum. XLIII

protinus sigillatim de eis dicitur. Medicamentorum igitur malignis effectibus triplici remedium genere occurrimus, his scilicet, quæ vel odore, vel sapore, vel consistentia tum nobis iucunda & familiaria sunt, tum maligna medicamentorum effecta abolere possunt. Sub quibus tribus, nempe odore, sapore, consistentia, reliquas omnes medicinarum facultates, à quartis, complexus est: ut ex his, quæ particulatim de illis scribet, ad quæ nos festinamus, facile est persuadere.

Odor enim iucundus (ut nosti) medicamentum reddit salubrius. Nam agitationem, & nauseam sedat; cor, & cerebrum roborat; animam dilatat; & gaudium generat; foetidus verò atque grauis, contraria molitur. Odoratum autem calidum, aut frigidum, medicamentis [purgantibus] opponatur, tale & quantum ipsorum in temperies postulat.

Purgantibus medicaminibus, saltem trahendo, cognatum & naturale est ventriculum, & præcipue os ipsius, & cor, lædere (quam læsionem ventriculi tremor, vomitus, & nausea frequenter consequuntur) calorem nativum, & spiritum & vitalem & animale inanire, & alterare. Quæ omnia nocumenta mixtione odoratorum providemus. Siquidem odor bonus Hippocrati, læsionem, quam, alioqui purgantia afferre consueverunt ventriculo, inducit: & in iucunditatem eorundem tegit. Vnde fit, ut non æque medicamenta purgantia ventriculus auerfetur, neque cum motu, saltu, palpitatione, nausea, vomitu, ut si per se exhiberentur, assumat: sed libentius ea complexus in actum redigat. Norunt id Pharmacopola, & vulgus ipsum: nedum Medici. Dum enim metus est, ne vomitus assumpti medicamenti sequatur, curritur ad bene odorata, ut pomum, vinum, acetum, & similia: quæ naribus obiecta, vel commansa agitationem illam & nauseam sedant. Cor odore iucundo roborari cunctis persuasum est. quoniam potissima ex cardiacis medicamenta odore suavi & ameno commendantur. Ad hæc, nihil celerius odore nutrit, & vires deiectas instaurat, auctore eodem Hippocrate. Id quod in his, qui animi deliquium patiuntur, luce meridiana clarius conspicitur. Nam ex animati odore panis, vini, acetum, & cuiusvis alterius bene odoratæ rei excitantur. Neque solum spiritum animale nutriendo cerebrumque ipsum, roboratur cerebrum: sed etiã intemperie ipsorum ad mensum reuocando rationalem, animam dilatant, hoc est, oblectant, gaudio exhilarant, & exultare faciunt. Foetidus & grauis odor vomitum & nauseam prouocat, omnes partes principes odore aliquo tetra, ut cadaueris, stercoreis, vel alterius rei male olentis infectus. Nam tunc tantisper anhelitum cohibemus, si nobis occurrat, dum factor ille sentitur, & durat: & sepe non valentes tandiu retinere anhelitum, aere illo corrupto per inspirationem in cerebrum & cor attracto, semimortui occidimus. At verò ne, dum medicamentorum malignos effectus per odorata vitare studemus, noxam aliam non minorem imprudentes inuehamus: cõsulte admonet, ea quantitate & qualitate miscenda esse odorata purgantibus, ut simul malignos effectus à medicamentis impendentes vitemus: simul medicamentorum purgantium intemperiem illorum mixtione obtundamus, & remittamus. Id assequemur, si purgantibus medicamentis calidis ut scammonio, odorata frigida ut rosas, violas, & his similia, iusta proportione misceamus: & e regione si frigidis, calida, ut cinnamomum, xylaloen, & id genus alia, opponas. Quanquam interdum, qualitatis exigua habita ratione, alijs scopis maioribus intenti, odorata calida calidis purgantibus miscemus. Helleboro enim nigro, alijsque infigniter calidis, dauci, seseleos, cymini, anethi semina miscere iubet Hippocrates.

Ad medicamentorum præterea castigationem saporos conferunt. Sunt autem acer, amarus, salsus, dulcis, vinctuosus, insipidus, acidus, stypticus, Frangunt enim hi medicamentorum varios excessus.

H

Gale. commẽ. 12. li. 2. de victu acuto. & lib. inscripto, quos medica. purgã. &c. & Corneli. Cel. cap. 12. lib. 2. & initio lib. 5. Gale. commenta. aphor. 38. lib. 2. & aphor. 3. parti. 8. lib. 4. epide.

Idem cap. 3. li. 8. compo. ph. p. Aui. cen. lib. de virtibus cordis. Hippo. lib. de alien. & loco proxime citato in epide. Gale. li. 7. de vsu parti. & 8. compo. ph. p. ca. 7. & lib. 12. metho. Hippo. & Gale. in eodẽ loco epide. Gale. li. 7. de vsu parti. & 8. compo. ph. p. ca. 7. & lib. 12. metho. Idẽ lib. 1. alimen. & alibi.

Ex eodẽ commẽ. aphor. penul. li. 1. Hippo. commenta. 12. lib. 2. de victu acuto. & lib. quo medi. purgã. &c.

Libri primi

¶ Sapoꝛes etiam in eundem vsuꝛpari longa admodum oratione declarat: veruntameꝛ prudente Medico coniectore opus est, vt intelligat, qua saporuꝛ differētia sit opus, ad prohibēdos vel frangēdos noxiōs medicamentoruꝛ effectus. Multifariam enim saporē id pꝛestant, interim nanque symptomata maligna à purgantibus excitari solita prohibent: interim imbecillam actionem intendunt: interim tardam accelerant: est cū gratiora & iucū 5 diora nature ea reddunt. Quo fit, vt foelicior sequatur actio. alias etiam vtilitates pꝛestant, de quibus loco suo dicitur. At enim animaduertas oportet, duo totius sermonis, qui de saporibus habendus est, esse capita. In quoruꝛ priore, qui saporē quibus medicamentoruꝛ effectis sint contrarij, particulatim singulos discurrendo docet, in posteriore, qui inuicem quibus rectē & inutiliter misceantur, ostendit. 10

Acre enim flatus à medicamentis excitatos tenuat, & dissipat. Quo sine species acres alephanginae ipsis miscētur, tenuant enim, & resoluunt flatus, vt daucus, piper longum, sceniculus. Miscetur etiam scammonio sceniculus, anisum, polypodium, & similia: plurimumque iuuant incidendo materiam lentam & crassam, fa 15 cilēque expulsionem reddendo: id quod ipsum forsā per se non effecerit. Scilla hieris magnis ratione eadem addita est, vt materias euulsu contumaces per hanc facilius euacuet. Præterea acre plurimum iuuat, vt medicamentum à partibus remotioribus tra 20 hat, vt thapsia in pilulis foetidis, & piper in hieris. Idem acre medicamenti actionem tardam, aut imbecillam efficaciorē reddit, & accelerat. Ob id ipsi turbith miscetur zinziber: raphanus, hermodactylis: carthamo, cardamomum. *Necessario autem con 25 gelationem tollit, obstructions aperit, medicamento que vim facile penetrandi impertit, cum eā per se non haberet: qua sine scor 25 dium & diuretica acria, magnis medicamentis miscentur.*

¶ Sapor acris miram habet vim in emendandis medicamentoruꝛ vitijs. Sunt enim ex his quædam natura flatuosa, quam noxam mixtione alephanginarum specierum, seminum odoratorum, piperis, & aliorum acrium prouidemus. alia in crassas & lentas materias non ita valenter agentia, ab acris incis, tenuatis, deteris, promptissime illas educunt. alia à partibus corporis longinquis, vel nunquam traherent, vel certē non adeo insigniter, nisi acrium 30 commixtione iuuarentur. quædam tardē vel imbecilliter actionem suam promunt, quæ actio mixtis acris tum intenditur, tum acceleratur. humorum crassitiam & veluti coagulationem tollit, intemperieiq; frigida necessario medetur, quia calidū & inflammabile est. vnde etiam obstructions liberat, & præclusas vias medicamentis aperit: quo fit, vt altius 35 ea penetrent. ob id scordium, & diuretica potentiora, quæ acria sunt, theriacæ, mitridatio, alijsq; nobilibus medicamentis miscentur. de quibus Galenus libris duobus de antidotis copiose scripsit. Poteram singulorum, quæ hic scripta sunt, causas latius percurrere. Sed quoniam facile est eas ex primo theoremate ducere, suisque effectis reddere, nolui tibi lector fastidium parere. 40

Amarum autem purgationem iuuat, & medicamento purgantia acrimonia foeliciter permiscetur. non modo enim secundum substantiam opposita sunt inuicem, & frangunt sese: sed præter id etiam alterum vtriusque purgationem iuuat. ob id ingeniose quidem scammonio aloēn miscuit: nam sese mutuò castigant. 45

Theorema secundum. XLIII

Amara præterea res firmando ventriculum, flatûsque dissipando iuuat: & facit, vt medicamenta, quibus miscetur, vim præseruandi à putredine habeant. nam sua virtute, præsentem putredinem tollit, & corpora roborat.

- 5 ¶ Amarum, quia humores crassos & lentos incidit, tenuat, deterget, & partes ad excretionem pungendo stimulat, iure optimo purgationem iuuare dicitur. Purganti acrimonia medicamento scilicet etiam commiscetur. quoniam præterquam quod purgando mutuas sibi operas præstant, incidendo, tenuando humores, & partes ad excretionem punctione prouocando: substantiis inter se dissident. Nam amarum substantiæ crassiæ & terrenæ, sed calore tenuata, est: acre tenuis igneæque. Quo fit vt vterque nocuentis alterius, quæ ex parte substantiæ succedere solent, succurrere possit. Quomodo sese frangere intelligendum est: alioqui si eorum temperiem & actiones consideres, vt amarum acris intentionem remittere comperies, non perinde acre amari actionem frangere: quia tardam ipsius actionem accelerare, imbecilliorum roborare, in primo canone dictum est. Porro amara inimica valde sunt stomacho, nisi simul astringant, vt aloë, absinthium ponticum, & similia: de quibus loquitur Meusius. Hæc enim quatenus astringunt, os ventriculi firmiter, roborantque: quatenus amara sunt, flatus discutere valent. Quæ amaritudo mixtione astringentis substantiæ exoluitur, diluiturque. Vel si stomachus frigida & humida intemperie laboret, amara sincera poterunt eum roborare. Nam cum amara calida sint & sicca, intemperiem illam corrigunt: humores siqui sint, siccando, detergendo, digerendo, consumunt. Amarum etiam tum se ipsum, tum ea, quibus miscetur, à putredine vindicat, præseruatque. Nam cum putredinis mater sit humiditas excrementosa, eam amarum siccando & resoluendo consumit, tum in corporibus non modo viuus, sed etiam demortuus: tum in mixtis medicamentis. Neque solum medicamenta, quibus miscetur, tuta à putredine reddit: sed etiam eisdem vim præseruandi corpora ab eadem impertit. Id autem amarum per se inest: reliquis propter amari admixtionem.

Galo. cap. de centauro maiore in simpli. medi.

Idem lib. 11. metho. & 6. simpli. cap. de abrotano, & 3. cap. de stoechade, & 3. de ratione vic. acuto. commen. 10. Idem lib. 7. metho.

Idem cap. 21. lib. 3. simpli. & alibi.

- 25 Salsum verò robur addit omnibus, quæ imbecilliter, & tardè solvunt. ob id salem gemmeum, aliasque salis species, prudenter quis agarico, epithymo, aliisque multis, miscere præcepit. His enim vigorem, & facilem actionem impertiuntur: licet interim eadem exsiccent, sitimque excitent: vt in quibusdam conturbationem faciunt, in alijs eandem sedant. Eisdem etiam proprium est flatus dissipare, & medicamentis, quibus miscentur, vim tenuandi, incidendi [& tergendum] adhærentes, lentas & crassas materias impertire: vt etiam à putredine imminente & præsentem vindicare, & humores partibus immersos ac imbibitos, exsiccare, obstructionesque liberare.

- ¶ Salsum quia, quas contingit, partes mordet, pungit, & vellicat: facultatem excreticem, ad munus suum maiori contentione obeundum excitat: & quia materias crassas, & lentas, tenuare, incidere, & detergere potest: debilem medicamentorum actionem validiorem reddit: tardam & difficilem, accelerat, facilemque facit. Ob id laudandum est consilium illius, qui salem gemmeum, aliasque salis species, cum agarico, epithymo, aliisque tardè vel imbecilliter soluentibus miscere iussit. Pigra enim & imbecilla eorum actio, his mixtis, celerior & fortior redditur. Quanquam commoditas hæc sua fert incommoda secum: nam medicamenta, quibus mixta sunt, potentius deinde siccant, sitimque excitant: & quibus os ventriculi, totusque ventriculus humoribus salis, biliosis, melancholicis, redundat: & in quibus intemperies calida sicca in toto corpore, vel saltem ventriculo, dominatur, mixtis salis, magna oritur perturbatio, & subuersio ab illis grauius offensis. At si pituita in toto corpore, vel in

H ij

Libri primi

folo ventriculo redundet, mixtione falforum perturbatio illa sedatur. Reliquos hinc recensitos effectus, quia calidum siccum, incidens, tenuans, resoluens est: facile præstare potest. Quorum particulares causas naturæ peritus facile suis reddet effectis.

Vnctuosum lubricatio iuuat. lubricum enim magis lubricum facit: adhærens verò, vel quod adhærendum est procliue, similiter lubricat: acrimoniam frangit, morsum ferrantem, & asperitatem lenit: medicamentum tardius operans citius descendere facit. Quibusdam tamen nauseabundum est, & stomachum infirmitat.

¶ Purgantium medicamentorum quædam leniendo, alia emolliendo, alia comprimendo, alia trahendo materias peccantes è corpore educunt. Quibus omnibus commodissime, miscetur vnctuosum. Nam lubricas facilius lubricare facit: emolliens mixtum vnctuosum promptius descendit: comprimens, quod sæpè vijs præsertim siccis & astrictis adhærere solet, ægréque descendere: lenitis illis & humectatis expeditius descendit: trahendo purgantis acrimoniam & amaritudinem (quorum alterutrum ferè illis inest) frangit & obtundit: aspera lenit, & si qua tardius operantur, ea citius descendere facit. Cunctis ferè nauseabundum est, & ventriculi os relaxat, vt in primo theoremate dictum est: nisi quis fortasse contrariam in ventriculo habeat affectionem ei, quam vnctuosum habet excitare, vt asperitatem, siccitatem.

Dulce medicamēta reddit iucunda, & est fundamentum & materia mistilium: facit vt medicamenta tum lauent, tum tergeant, tum expurgent: abominationem etiam ab eisdem tollit, turbationem sedat, acrimoniam & morsum ferrantē frangit: medicamentum tardè operans roborat, adhæsum remouet, lubricare facit, corpori robur addit. Quibusdam tamen inflammationem & flatus parit.

Gale. cap. 8. & 9.
lib. 4. simplici. &
lib. de atra bile.
& cap. 14. lib. 4.
simplici. medi.

¶ Dulcia naturæ nostræ familiarissima sunt. Nam sanguis, qui nostra alit fouetque corpora, si secundum naturam se habet, dulcis est. Cui, quæ symbola sunt, grata solent esse: & stomacho totius corporis pragustatori. His, si quis medicamentis sumendis abominabilis & iniucundus sit sapor, tollitur, regitur, vel certe diluitur. Sunt præterea omnium, quæ per os sumuntur, veluti basis & fundamentum, ad eorum iniucunditatem detrahendam, vel exoluendam. Nam omnia propemodum medicamenta sumenda melle vel saccharo condimus. Quanquam mel veteribus vsitatus erat, vt nobis saccharum: utroque tamè pro rei exigètia vtimur. Tardam & lentam celerant purgationem, quoniam iucundius euadit totum medicamentum, & ob id melius à ventriculo amplectitur, celerius alteratur, in actum redigitur, & suam promit actionem. Ad hæc corpori robur addit, quia nutrit. At verò in ætate florentibus: temperamēto totius corporis, vel ventriculi, vel hepatis, calidis: æstate, febricitatibus: promptè inflammantur, & in bilem conuertuntur. Reliqua quæ circa hunc saporem desiderabit lector, in primo theoremate comperiet.

Idè cap. 14. & 16.
lib. 4. simplici. &
7. metho. meden.

Inspidum iuuat tum lubricando, tum inflammationem extinguendo, tum acrimoniam frangendo, tum morsum ferrantem auferendo.

¶ Malos medicamentorum effectus inspidum corrigit, tum aquosa sua essentia lubricando, tum temperamento frigido & humido inflammationem, hoc est, intemperiem calidam tum medicamentorum, tum corporis extinguendo: eodem acrimoniam medicamentorum frangit, morsumque vlcerosum simul cum larga humiditate aufert. De quo etiam plucibus in primo theoremate egimus.

Cap. 1.

Theorema secundum. XLV

Acidum incidendo iuuat, & simul medicamento inflammationē frangit, morsum & acrimoniam obtundit, vim tenuandi & penetrandi eidem impertit, conturbationem & nauseam sedat, ventriculū calidum, & corpus [totum] roborat, cordis inflammatio-

5 nem à medicamento excitatam extinguit.
 ¶ Acidū vt acre incidit, tenuat, aperit, penetrat: quas facultates omnibus, quibus miscetur: impertit. Differt tamen ab acri, quòd hoc calfaciendo, illud refrigerado, ea prestant. Quoties igitur humores crassi & glutinosi, tenuandi, & incidendi sunt, si intēperies calida in corpore dominatur, ad acidum confugimus. Quod medicamento inflammationē, hoc est, calorem immodicum ipsius, vt cordis, ventriculi, & reliqui corporis, extinguit: quia frigidō tēperamēto est. At morsum qui potest acidum sedare, cum ipsum mordax sit? Quatuor namq̄ sapores sunt morsus participes, acris, amarus, salus, acidus: & tribus prioribus vt calidis inest mordacitas & rosio, acido vt frigidō. Commune enim est calido cum frigidō morsus. An ob id ipsum quòd acre, amarum, salum, mordent, quia calida: acidum, quia frigidum: rectē frangere morsum à calidis excitatū acidum dicitur. Nam calidum, dissoluendo & fundendo mordet: frigidum contrā diuellendo, contrahendo, & condensando. An quoniam acre, amarum, salum, vehementius mordent: acidum mitius: acidum mixtū illis sedare mordicationē dicitur. Idem ventriculū turbatum, & nauseabundum placat, præsertim si intemperie calida laborat. quoniam eum ad naturalem statum conuertit, partes ipsius laxas & resolutas

Idem locis iam prius adductis.

Idem cap. 37. lib. 1. & 14. 16. 17. lib. 4.

Aphor. 20. lib. 5. & cap. 1. lib. 4. simpli.

20 in vnum cogit, appetentiam excitat.

Stypticum omnium medicamentorum vires & actiones feliciores reddit. Siquidem cor, ventriculū, & reliquū corpus roborat, à subuersione & nausea liberat, acrimoniam & inflammationē frangit, repugnat medicamento venas à proprietate sic apertienti, vt sanguis inde effluat, & excorianti viscera, & immodicē attrahenti, vt etiam viscera supra modum lenienti.

Gale. cap. de abrotano in simpli.

¶ Stypticum vel quia temperamento, vel substantia, vel effectis, medicamentorum malis effectis resistit: vel quia omnes corporis partes roborat, solutas & laxas vniendo, calidas & humiditas versus medium reducendo, spiritus & caloris dissipationem prohibendo: omnium medicamentorum vires & actiones feliciores reddit. Cū ratione tamen & præmeditatione vtendum est astringentibus, alioqui si temerē exhibeantur, maximas corpori consueuerūt afferre noxas. Anastomotocis medicamentis aduersatur, hoc est, venarum orificia sanguinē manantia claudit, quoniam huiusmodi crassarum sunt partium, frigida & astringentia citra morsum & acrimoniam. Quæ omnia astringens sapor in se includit. Reliqui saporis styptici effectus partim ex his, quæ diximus, innotuerūt: partim in primo theoremate expositi sunt.

Gale. lib. 7. metho. medendi.

Idem cap. 13. lib. 5. simpli.

Cæterum medicamento soluenti acrimonia omnium optimē miscetur tribus de causis: prima, quia medicamento sic purgati repugnat substantiā sua, & quadantenus qualitate. Siquidem stypticum acrimoniam & inflammationē extinguit [vti diximus] Ob id rectē maiores laudauerunt scammonium coctum in cydonio, eorūque commixtionem. Secunda, quia ex commixtione huius fit compressio, & facilior à corpore medicamēti expulsio. Quo circa rectē etiam scammonio myrobalanos miscuerūt. Tertiā, quia ex mixtione stypticorum cum medicamento tollitur nocumentum, quod alioqui cordi, & partibus nutritorijs impende-

H iij

Libri primi

bat, uti supra à nobis dictum est. In summa, omnium medicamentorum, quibus miscetur, actionem salubriorem reddit.

¶ Hactenus docuit, qui sapor, quibus medicamentorum insalubribus effectis *occurrere* possint, in presentia quoniam medicamenta ipsa purgantia propemodum omnia sapore aliquo sunt prædita, sapor ipsos inter se confert: ut ostendat, qui inuicem rectè & salubriter miscantur, qui inutiliter & frustra. Primum igitur astringentem cum acri confert, quorum mixtionem tribus de causis commodissimam & saluberrimam esse prædicat: tum scilicet quoniam astringens substantia & qualitate repugnat acri. Nam acre tenuis & ignea est essentia, & temperamento calido: stypticum crassa terrenaque & temperie frigida præditum. Semper tamen hoc siccum est, & frigidum: illud calidum perpetuo, humiditatem tamen largam interim habet, interim ea priuatum est. Hinc fit, ut qualitate non semper pugnent, ob idque Mesues fortasse dixit, & quadantenus qualitate. Quia tamen acre semper est calidum, vrens, & inflammabile: stypticum frigidum: hoc illius acrimoniam inflammandique promptitudinem rectè frangere dicitur. Quapropter rectè Galenus scammonium calidum, acre, inflammabile, in malo cydonio frigido astringente coqui iussit, eorumque mixtionem laudauit: ut illius calorem, acrimoniam, inflammandi promptitudinem huius frigiditas & terrena essentia hebetaret obtunderetque. Qua autem ratione scammonium coquendum sit in cydonio Galenus docuit, & Mesues capite de scammonio fusiùs docebit. Et si quid aliud à coctione per ea verba, eorumque mixtionem intellexit, is erit sensus: Non solum scammonium sic coctum mitescit & laudabilius est, sed etiam ipsa vnum & idem ingredi medicamentum, ut diacydonium catharticum, salutare est. Tum quoniam adiuncto styptico acri ipsi, celerius & facilius & medicamentum, & humor vacuandus descendunt. Stypticum enim suo pondere deorsum latum obuias quasque materias secum deturbat, partes in se coactas robustiores reddit. quapropter quod alienum est, facilius expellunt. Est autem alienum non solum humor, sed etiam medicamentum ipsum. In vtrunque igitur expultrix facultas insurgit. *Hac de causa laudandum* inuentum illius est, qui primus myrobalanos astringentes cum scammonio miscere docuit. Tum denique quia stypticum nocuum illud arceat, quod alioqui scammonium, & similia medicamenta, afferre solent: spiritus & caloris dissipationem, partium nempe ventriculi & cordis præcipue, secundario hepatis & cerebri læsionem. Astringentia enim non solum hæc prohibent, verum etiam robur his partibus addunt. Et ne longiorem de styptico sapore sermone faciam, non solis medicamentis valenter purgantibus, qualia sunt acria: sed omnibus quoque alijs mixtum stypticum, ipsorum actionem reddit salubriorem.

Dulce verò medicamenta omnia, præterquam salsa, iuuat.

¶ Qui purgatricem vim dulci commiscuit, omne substulit punctum. quoniam in cibo medicamentum dedit, quæ ratio curandi Hippocrati tutissima est. Præter id enim quod medicamenti purgantis iniucunditas tegitur, & melius à ventriculo amplectitur, celeriusque in actum redigitur: nutritiosa qualitate, quæ à dulci est, robur additur naturæ. Ob id medicamentis omnibus, nisi salis, vtilissimè miscetur. Ad hæc, quoniam substantia, temperie, agendi modo, medium quodammodo obtinet, omnes alios sapor, eorumque insalubres effectus à medio extrema versus recedentes, ad mediocritatem reducere potest. Salso verò ideo inutiliter miscetur dulce, quod mixtum ex vtroque nauseam & vomitum pariat. Qui plura de hoc sapore scire cupit, legat, quæ in primo theoremate, & hoc capite de eo scripsimus.

Vnctuosum commodè permiscetur acri, amaro, pungenti, excorianti, ægrè lubricanti, mordicanti: incommodè autem dulci, insipido: acido verò mixtum promptius vomitum & subuersio-dem promouet.

¶ Aquea, aërea, & pingui constat substantia vnctuosum, mediocriter calido temperamento & abundè humido. Ob hæc, acri, amaro, & salso, vtilissimè miscetur: quoniam calorem & siccitatem eorum immodicam, morsum, rosionem, excoarationem obtundit, & remittit: & amari

Si testimonia desideras, ea pete ex primo theoremate.

Lib. 1. alimen. & capite. 14. lib. 3. simpli.

Mesues cap. ultimo de cathartico, & Paul. li. 7.

Galen. cap. de centauro vtroque & de dracunculo.

Mesues cano. 2. cap. 1.

Arnaldus aphor. 32. suorum aphorismo.

Vide cap. 1. theoremate.

Theorema secundum. XLVI

& falsi substantiam quodammodo diluendo corrigit. Ad hæc, quia larga & pingui sui humiditate lenit, lubricat, mollit, ideo quod in vijs adhæret, promptè lubricare facit. Dulci & in sipido quorsum miscendum est: nam neque substantia, neque temperies, neque effecto vlla ex parte illa iuuare potest. At mixtum acido promptius ad nauseam & vomitum ventriculū subuertit. Nam acidum ad vomitu facilè reijciēdas materias præparat incidēdo, & tenuādo: vnctuosum os vētriculi laxat, & infirmat, & materias sic præparatas sursum secum attollit: hinc nausea vomitūque promptissimè sequuntur.

Acidum salubriter miscetur medicamento acri, dulci, inflāmabili, mordenti: inutiliter amaro, falso, styptico, vlceranti, ferranti.

10 ¶ Acidum ab acri quia temperamento dissidet, facilè illius in salubribus effectis obuiā ire potest: ob id ipsi, & alijs omnibus incendi aptis, mordentibusque fœliciter miscetur. Dulci tum vigorem addit, vt in primo theoremate dictum est, tum etiam ne facilè bilescat, prohibet. Salso inutiliter miscetur, quando quidem illud neque substantia, nec agendi modo potest iuuare, nisi fortè dicas contrario temperamento quadantenus præsidio esse. Stypticum

15 eo fortasse nomine quis iuuare posse dixerit, quod ipsius substantiam crassam, terrestrēque quodammodo diluit, & quod celeritatē intensionēque agendi eidē impertire valet. Sed quia præsidium id leue est, nulla ipsius habetur ratio. Vlceranti, excoꝛiantiq; inutiliter miscetur, quoniā ipsorum malignam actionem tum quia frigidum, tum quia mordens, intendit.

Insipidum acri, amaro, falso, ferranti, excoꝛiantī, inflāmanti, mordenti, vtiliter permiscetur: styptico inutiliter.

20 ¶ Insipidum suo temperamento & substantiā sapores omnes exoluere posse in primo theoremate diximus. Nullus tamen actionē insigniter intēdere neque accelerare potest: quia ipsum tardè & imbecilliter agit. Styptico citra vsum vllum cōmiscetur: partim quia temperamento frigido conueniunt, partim quoniam nullus ab eo malignus effectus corpori impendet.

25 Salsum inutiliter permiscetur acri, amaro, dulci, vnctuosō: præter quàm quibus actio imbecilla est, vigore ob id indigēs. Omnia enim imbecilliter & tardè soluētia ab acri & falso vigore accipiūt,

30 ¶ Salsum acri, & amaro, neque substantiā, neque temperie, neque effecto, vsum vllum præstare potest: quoniā ferè in omnibus his cum illis conuenit. Dulci & vnctuosō insalubriter cōmiscetur: siquidem ex his mixtum nauseam vomitūque prouocat. Et si aliqua ex parte ea iuuare potest, ea certè rationē erit, quod tardam ipsorum actionē, vel imbecillam, accelerare & intendere potest. Quem vsum acria & falsa omnibus imbecilliter & tardè soluentibus indifferenter præstant. Imbecilla verbum, generatim initio huius rationis vsurpauit, vt tum tardam, tum imbecillam speciatim dictam actionem complecteretur.

35 Amarum quadantenus vtiliter miscetur acri; falso, vlceranti, ferranti, siccanti, inutiliter.

40 ¶ Amarum & acre quadantenus vtiliter miscentur, nam amarum crassitie suæ substantiæ acre obtundit: acre suo morsu, & tenuitate tardā amari actionē accelerat, & hoc modo mutuo præsidio sibi sunt. At verò quatenus vtrunq; calidū est, non ita salubriter misceri videntur. Sed hoc damnum vtilitate illa maiori redimitur. Salso, vlceranti, ferranti, siccanti, inutiliter adiungitur: quoniā ipsorū malignos effectus intendere valet. Hactenus sapores omnes inter se contulit acri excepto, cuius peculiarem non fecit mentionē, quoniam singulos alios cum eo contulit: vnde facilè est elicere, quibus vtiliter & inutiliter misceri possit.

45 ¶ Sunt etiam quedam, quæ suæ substantiæ proprietate iuuant ad tollendam medicamentorum malignitatem, qualia sunt glutinosa. Hæc enim resistunt medicamentis à proprietate vlcerantibus viscera, & venarum orificia aperientibus. Quapropter tragacana

thum, aut mastiche, aut bdellium, rectè miscentur aloë, colocyn-
thidi, cucumeri agresti, & similibus. Hanc in rem quoq; ladanū
esse mirum quidam prædicat, præsertim si cum pauco oleo rosa-
to colocynthidi miscetur. Alij alia inuenerunt, vti in sermone
particulari à nobis dicitur.

¶ Triplici remediorum genere medicamentorū insalubres effectus initio huius capitis pro-
hiberi dixit, his scilicet, quæ vel odore, vel sapore, vel substantiæ proprietate illis resistere
possint. De odore autem & sapore, quæ necessaria illi ad hoc institutum visa sunt, hæc
scripsit. supererat, vt doceret, qua ratione idem efficere possint medicamenta per sua sub-
stantiæ proprietatem. Id quod in præsentia declarat, dicens huiusmodi esse glutinosa & vi-
scofa medicamenta. Nam hæc dum substantia sua partes illinunt, & ceu tegumento quodam
induunt, interposito suo malignos illorum effectus, vt excoriationē, vlcerationē, anastomo-
sin, morsum, punctionem præcauent. Ob id tragacanthum, mastiche, bdellium, glutinosa &
emplastica medicamenta rectissimè aloë, colocynthidi, cucumeri agresti, venarum orificia
vel aperientibus tantum, vel simul vlcérantibus, excoriantibus, rodentibus, & pungentibus
miscentur. Ladanum etiam ex oleo rosato solutum hanc in rem cōmodissimum esse scripsit
Græcus nescio quis, cuius capite de colocynthide in simplicibus meminit. Alia alij inuene-
runt remedia, à nobis particulatim dicenda in singulis medicamētis purgantibus. Alias qua-
litates essentielles vt grauitatē, leuitatem, tenuitatem, crassitiem, raritatem, densitatem: silen-
tio præteriuuit: vel quod illarum non æquè sit frequens vsus: vel quod de illis obiter in sa-
pōribus dixerit: vel quod ex his, quæ dixit, promptum sit cuius inire rationem, qua illas inui-
cem opponere possit.

DE PROPORTIONE RERVM
inuicem miscendarum. Cap. iiii.

Nquit Ioannes Heben Mesues: Considerare autē oportet modum & proportionem in mixtione mutua rerum
prædictarum, vt ex his, licet proprietate diuersis, vna ta-
men facultas medicamenti confurgat. Qua igitur mēsurā vnum
alteri miscendum sit, vt salubre fiat medicamentum, indicatione
ab ipsorum proprietate tantum sumpta, hīc breuiter docere sta-
tui. Quo pacto autē medicamenta corrigantur, indicatione sum-
pta ab eorum quantitate & qualitate, liber haly senis, & Alchin-
di abundè docet.

Lib. 3. metho. &
initio compo. ph.
g. & lib. 5. simpli.
ad finē, & 5. me-
tho. & initio ali-
men. & capite. 25.
lib. 1. simpli.

¶ De medicamentorū simplicium qualitatibus primis, deque earū gradibus seu ordinibus,
Galenus omniū primus, quod sciam, abundè exactèque scripsit: ex quibus cōpositorum na-
tura confurgit. Nam cōposita simplicium naturā quadantenus retinent, vel certè, quam ha-
bent facultatē, à simplicibus est. Quæ licet ita se habeant, quoniā quæ arte & methodo tra-
duntur, facilius exactiūque mentibus nostris se insinuant, ijs, quæ incondita & sine arte ho-
minum iudicijs relinquuntur: non immeritò posteriores inter arabas Haly senex, & Alchin-
di: inter Latinos Arnaldus Villanouanus, viam rationemque scripserunt, quibus qua men-
sura & proportione caloris, frigoris, humiditatis, siccitatis, non minus in cōpositis, quam in
simplicibus medicamēta mixta sint, & miscenda, haberi possit. Neq; enim temerè, & vt fors
tulit, mixta simplicia in vnius virtutis concordia conspirant: sed certa proportione miscen-
da ea sunt, citra quam si consistant, vel si vltra progrediantur, vel totum cōpositum corrū-
petur, vel medicamentorū in eo excedentium naturā respiciet, deniq; sperato sine frustabe

Theorema secundum. XLVII

ris. Certa igitur proportione & mensura singula simplicia in cōpositionem venire debent. Hæc autem tum in quantitate, tum in qualitate, tum in vi & proprietate salubri, vel insalubri humano corpori, considerari possunt. Propter hæc enim medicamentū bonum vel malum euadit. Quoniam verò de proportione quantitatis, & qualitatū primarū Haly senex & Alchindus inter Arabes accuratè & eleganter scripserunt, in hoc opere illis supersedit. De mensura autè & proportione miscendorum, à proprietate salubri vel insalubri sumpta indicatione, de qua re illi ex professo non scripserant, in præsentia differere decreuit.

Quod autem breuiter persequi hîc statuimus, est huiusmodi. Omne medicamentum purgans aut est vehementis virtutis, aut imbecillæ, aut mediocris. Virtutem autem voco facultatem medicamenti, qua corpora nostra afficit. Virtus huiusmodi vehemens, vt diximus, est in medicamētis multum acribus, cuiusmodi est scammonium, euphorbium, almezereon, & similia: imbecilla, in his, quæ tuta & salubria sunt, vt sunt medicamēta dulcia, vt violæ, casia fistula, tereniabin, & similia: mediocris inest sub acribus, subamaris, & ijs, quæ inter hæc media sunt. Quarū magna est latitudo, ac secundum intensiōem & remissionem in bonitate & malignitate non exigua differentia.

¶ Docturus quenam sit seruanda in simplicibus proportio ad compositionem medicamentorum purgantiū, habito respectu ad eorum proprietates, per medicamenta alexiteria, quæ corpus à periculis ab illis impendentibus vindicare possint, corrigendas: prius medicamentorum purgantiū malignas vires, & illis contrarias alexiterias triplices esse declarat. Quarum singulas breuibus quibusdam descriptionibus, vel subiectis exemplis manifestat, quibus declaratis institutum aggreditur. Initio igitur medicamentū omne purgans vehemens, vel mediocris, vel imbecillæ virtutis esse proponit. Inter hæc enim quartum inueniri nequit. Virtus autem est facultas siue potentia, qua medicamentū facit, id quod posse facere dicitur. Quòd si medicamentū vnum varios potest producere effectus, varias etiam habere facultates fatendum est: quæ in temperamento medicamenti resident, ab eoque prodeunt. Vehemens facultas medicamenti inest malignis: vt acribus, qualia sunt scammonium, euphorbiū, granum cnidium. Imbecilla & debilis ijs inest, quæ medicamenta alimentosa sunt: cuiusmodi sunt dulcia, & quæ dulcedinis participia sunt, vt violæ, casia fistularis, manna, Subacria & subamara, & quæ inter hæc media sunt, mediocris sunt virtutis. Quæ verò inter hæc acria nature infestissima, & dulcia eidem amicissima sunt media, multa sunt, magnaque inter ea in bonitate & malignitate reperitur differentia. Intercedunt enim amara exactè acria & amara simul, & reliqua omnia, quæ in primo theoremate notauimus. Possumus etiā aliter interpretari illa verba, quorū magna est latitudo &c. vt ad mediocria tantum, & intensiōem remissionemque illorū referantur. Nam quædam ex illis magis acria, amara sunt, alia minus: quorum latissimus est cāpus, & quò singula magis ab amaro & acri recedunt, eò magis sunt salutaria: quò magis accedunt, insalubriora. Quæ latitudo in vehementibus & imbecillis etiā reperitur. Aliter etiam dici potest, verba illa ad triplex medicamentorū genus referenda esse, vt intelligamus tum vehementiū, tum imbecillium, tum mediocriū magnam esse latitudinē, & in bonitate & malitia non exiguum discrimen. Nam ad maligna reuoximus in primo theoremate acria exactè, amara & acria simul, amara exactè. Diximus etiam acria omnium esse malignissima, post acria & amara simul, deinde amarum exactè. Ibi dem etiam in numero salubrium seu imbecillium dulcia, dulcicida, dulcia amara styptica, amara & styptica reposuimus. Quorum singula quò magis ab acri & amaro secedunt versus dulce, aliosque sapores nature magis familiares, eò præstatiōra esse dixit: quò magis ac-

Gale. lib. 1. facult. natu. & lib. de facult. natura. substant. & initio lib. Quod animi mores &c. Gale. lib. 1. alimentorum.

Cap. 1. theore. primi.

Libri primi

cedunt, eò deteriora. In quorum vnoquoq; si gradus intensiōnis & remissionis consideres, immensus & infinitus mediorum inuenietur numerus.

Ad hæc, alexiterium omne in castigandis medicamentis purgantibus, aut valenter, aut imbecilliter, aut mediocriter iuuat. Iuuare intelligo, quidquid medicamēto purganti resistit, aut virtutem regit, aut intemperiem corrigit.

¶ Alexiteria seu alexipharmaca medicamina, bezanardica nuncupata Arabibus, triplicia esse, vt virtutes medicamentorum purgantium quibus resistunt, hac oratione declarat. Sūt autem alexiteria, quæ vel tota essentia, vel vna aut altera qualitate corpus à venenosa delecteriâque pharmacorum vi defendunt. Quoniam verò purgantia trifariâ solent ledere corpus, proprietate, temperamento, & effecto: huic triplici læsionis generi alexiteria obuiam ire debent. Quorum cuique qua ratione occurrēdum sit, particulatim in superioribus ostēdit. At verò medicamenta, quæ his omnibus noxis succurrunt, & præter id nutriūt corpus, validè iuuare ea dicit: quæ pluribus ex his, & quadatenus nutriūt, mediocriter. Quæ vno modo vel duobus iuuant, tamen non nutriunt: parum iuuare dicuntur. Sed hæc protinus ille planissima reddet.

Valenter autē iuuare id dicimus, quod præter quàm prædicta omnia præstat, etiam nos nutrire potest, vt dulcia. Parum verò iuuare id dicimus, quod vno tantum modo, vel duobus dictis iuuat, nec nutrit corpus, sed alterat tantum & permutat, vt amara, salsa, styptica, & similia. Mediocriter iuuare dicimus id, quod pluribus ex iā dictis modis iuuat, & quadatenus nutrire potest, vt vinctuosa, insipida, ex austero dulcia, vt dactyli, cydonia: aut dulcacia, vt mel; aut acidodulcia, vt muza: aut dulcia & simul insipida, vt poma.

¶ Exponit, quæ valenter, mediocriter, imbecilliter, iuuare dicantur, & dulcia inter valenter iuuantia reponit. quoniam hæc excessus omnes medicamentorum versus mediocritatē reducere possunt, vt Syrupus de pomis Sabor: eadem etiam nutriūt. Nam quæ nutriunt aut exactè dulcia sunt, aut dulcedine participant. Parum iuuare dices, quæ vno, vel duobus tantum modis iuuant, neque nos nutrire valent, vt piper scammonij iunctum, ventriculum, & cor, aduersus scammonij iniurias firmat, & flatuum generationem prohibet: non tamen nutrit, & intemperiem auget. Eorum quæ mediocriter iuuant, exempla copiose ipse subdit. Hæc quadatenus nutrire dixit, quoniam, vt diximus, amara, salsa, styptica, breuiter quæ exactum aliquem saporem à dulci habent, nutrire nequeunt: sed alimētum omne aut planè est dulce, aut dulcedinis particeps. Ob id, quæ mediocriter iuuant, aliquid dulcedinis habeant, necesse est. Muzum seu muza Auicēnas granata ex acido dulcia vocat. Græci *μῆστον* & *μῆστον* vocant fructus omnes, qui acidorum & dulcium sunt medij.

Si ergo vehemens medicamentum alteri plurimum iuuanti miscendum est, & vis concordantia proprietatibus medicamenta, vt proportione etiam conueniant efficere; expedit augere quod plurimum iuuat, propter cōmodum, quod ab eo expectatur: & minuere quantitatem medicamenti vehemētis virtutis, à quo propter actionis vehemētiam, noxam aliquam corpori timeamus. Id igitur quod plurimum iuuat, augendum nobis est: quod verò vehementis est virtutis, minuendum. Id quod Democritus his verbis

¶ ale. locis addu-
ctis.

Tractatu. 2. li. 2.

Theorema secundum. XLVIII

volebat: Medicamentum ex vehemēti imbecillum efficias oportet. Quia medicamentum alteri proprietate & proportione concordanti mixtū, est salubrius; nō correctum autē, est malignius.

¶ Purgantium vires triplices esse dixit, valentes, mediocres, imbecillas: quibus alexiterias respondentes totidem esse hæcæus ostendit: quas deinceps inter se cōferens docet, qua proportione & mensura inuicem illæ miscendæ sint. At verò cum medicamentorum purgantiū vires sint in triplici differentia, & alexiteriarum illis occurrentium totidem sint, sex omnes erunt. ex quibus nouē confurgunt coniugationes constantes: quarum Mesues quatuor duntaxat expressit, reliquas quinque subicit: quoniam ex his, quæ de illis quatuor scribet, expeditum promptūque cuius erit reliquas cognoscere. Coniugationes nouem sunt hæc.

	j		ij		iij				
Medicamētū	}	magni	}	purgans me	}	medicamētū	}	magni	
purgans validum cū alio		parui		diocre cum alio iuuamēti.		parui		purgās imbecillū cū alio	parui
iuuamenti.		mediocris		ti.		mediocris		iuuamenti.	mediocris

Cum igitur nouem sint hæc coniugationes, ipse purgās validum cum alio validi & parui iuuamini confert: & purgans imbecillum cum alio magni & parui iuuamenti. Quæ coniugationes quatuor tantum sunt: reliquas quinque silentio præterit, propter iam dictam causam. Primum igitur validè purgans medicamentum cum alio valenter purgante confert, ostenditq; hanc inter ea seruandam esse proportionem, vt medicamenti iuuantis maior sit mensura, quam purgantis vehementer: & causas, cur ita hoc fieri debeat, assignat. Deinde sententiam suam autoritate Democriti confirmat, simul eiusdem verba interpretatur. Quæ omnia ex his, quæ hic dicit, & quæ præscripsit, luce meridiana clariora euadunt. Ea etiam verba [& vis concordantiæ proprietatibus medicamenta & cæt.] ex capite primo huius theorematum perspicuitatem habent.

Quod si medicamentum vehemens alteri parum iuuanti miscendum est: medicamentum vehemens minuemus, ob id quod diximus: quod parum iuuat, minuemus similiter, quia hoc vno tantum modo iuuat, alterando scilicet, vel permutando.

¶ Si purgans vehementer medicamentum alteri parum iuuanti miscendum sit, vtriusque pauca exhibenda est quantitas: quoniam illud maligna sua vi insigniter solet lædere corpus: hoc leue præsidium affert. Solum enim iuuat illius intemperiem corrigendo, & vim malignam permutando. Qua autem ratione horum vtrunque fieri debeat, iam prius ostendit.

Si autem medicamentum imbecillum alteri plurimum iuuanti miscendum est, imbecillum augebimus: quoniam nullam ab eo timeamus corpori impressionem: imò opus est vt aucta quantitate ipsius, vigorem virtuti adiciamus (quod etiā voluit Democritus medicamentum ex imbecillo valentius faciendum imperans) augebimus quoque quod multum iuuat, ob id quod diximus.

¶ A medicamento imbecillo nulla aut exigua noxa corpori impendet. quod tamē quia tarde & imbecilliter suam exerit actionem, largiori mensura offerendum est: vt aucta quantitate pensemus, quod virtuti deest. Reliqua expositione non egent.

Si denique medicamentum imbecillum alteri parum iuuanti miscendum est, augebimus imbecillum, & minuemus parum iuuans, propter dictas prius causas. Atque hæc ferè sunt, quæ de proportionibus scire expedit. Sunt alij, qui alia quoque addant, scopis alijs intenti.

Libri primi

¶ Medicamentum imbecilliter purgans cum parum iuuante cōfert: & quæ scribit, tam sunt aperta, vt expositione non egeant. At enim oratio hæc paulò aliter digesta reperietur in antiquo interprete, quam nos Syluium secuti quadantenus immutauimus: quoniam sic composita sensus magis pateret. His quatuor coniugationibus in hunc modum declaratis, desiderabatur, vt validum medicamentum & imbecillum cum mediocriter iuuante conferret: 5
& mediocre, cum eo, quod vehemēter, mediocriter, imbecilliter, iuuat. Sed quoniam ex his, quæ dixit, elicere facile est, quænam inter hæc seruāda sit proportio, dicere superfedidit. Quæ prouincia & quia nobis cōmissa videtur, & vt tyrones Medicinæ pro virili nostrā iuuenus: breuiter de illis sic decernimus. Si medicamentum vehemens cum mediocriter iuuante miscēdū sit, illud minuendū est propter causas iam recēditas: huius maior est exhibēda quantitas, quàm parū iuuātis, quia pluribus rationibus confert: minor, quā eius quod multū iuuat, quia modis paucioribus vsui est. Si imbecillū cū mediocriter iuuante miscēdū sit, vtrūque ob iā dictas causas augendum. At si mediocre cū vehemēter vel mediocriter iuuante cōmiscēdū sit, illius minuēdus est modus, horū augenda mēsurā. Quòd si mediocre cū parū iuuante miscēdū sit, vtriusq; mēsurā minuēda est. Horū causas ex his, quæ diximus, quibus redere poterit. Obseruatione tamen dignum est, augendū medicamentū, nō esse æqualiter semper augendū: nec minuēdū, perpetuò æqualiter minuendū: sed pro malignitate & bonitate ipsius augendum vel minuendum esse. Vt exempli gratia, si purgans vehemens tribus numeris est minuendum, mediocre duobus minuendum erit. sic etiā si magni iuuaminis medicamentum triplum est ad malignum, ad mediocre duplum erit, æquale ad imbecillū. Quæ proportio semper est seruanda. Quanquam quæ iuuant vehemēter, vel mediocriter, aucta raro noxam afferre consueuerūt. Quæ omnia vt tibi nouitio consulere, sequenti schemate representare volui. Quæ augenda sunt, literā. A. præfixā habent: quæ minuenda, literam. M. M. Medicamētū vehemētis virtutis. M. Medica. mediocris virt. A. Medicamē. imbecillæ virt. 10
A. Medicamētū valdē iuuās. A. Valdē iuuans. A. Valdē iuuans. 15
A. Mediocriter iuuans. A. Mediocriter iuuans. A. Mediocriter iuuans. 20
M. Parum iuuans. M. Parum iuuans. M. Parum iuuans. 25

¶ QVIBVS MODIS ARS MEDICAMENTA CORRIGIT, & COCTIONIS DIFFERENTIA. Cap. i. summæ secundæ.

Nquit Ioannes Mesues: Medicamentorum purgantium malitiam ars reprimit, & facultates nouas imperat, quatuor modis: coctione, lotione, infusione, trituratione. 30

¶ Præuis omnibus, quæ ad medicamentorū castigationē pertinent, per alia medicamenta, quæ ipsorū excessibus contrariam sortita sunt facultatē: ad alterū castigandi modū, qui arte fit, orationē cōuertit. Qui licet varius multiplexque sit, vt coctio, assatiō, vstio, lotio, destillatio, contritio, infusio, liquatio, dissolutio, clarificatio, vt reliqua præparationis differentia: omnis ceteris, quatuor duntaxat ex his modis, coctionem, lotionem, infusionem, triturationem, in præsentia enucleare instituit, vel quòd hi vulgatissimi in vsuq; creberrimo sint, vel quòd omnes percurrere modos lōgum ipsi visum sit, peculiarēque opus requirere. Quarum omniū præparandi rationū si quis ad vnguem adamuissimamque cognitionē habere cupit, libros de medicamentorū præparatione, & tertium de medicamentorū componendiratione Iacobi Syluij præceptoris mei humanissimi consulat. In illis enim quidquid circa hæc materiā scribi potuit, fuscè adeò & apertè scriptū comperiet, vt (nisi amor immodicus, quosum prosequor, me fallit) omnē æqualibus suis & posteris scribendi de ea occasione sultu-

Theorema secundum. XLIX

erit. Nos igitur Mefue vestigia sequentes, de his quatuor preparandi modis dicturi, quedam ab eo, veluti Luna à Sole lumen, commodato accipere non verebimur.

Coctio vna est elixatio, altera affatio.

¶ Quonia coctio non est simplex, sed eius duæ species sunt, Hippocratis consilium secutus Gale. lib. 1. de natura humana.
 5 eam in suas partitur species, nempe in elixationem & affationem. Elixatio medicamentorum, preparatio quedam est, que ab igne fit in humido aqueo elementari, vel mixto, vt aqua, pomo, radice, succis, aquis medicatis, vel alijs rebus. Qua de causa elixanda sint medicamenta protinus subiiciet. De affatione suo etiam loco dicitur.

Elixatio medicamenti humorem excrementosum resoluit, coquit, flatus crassos, aut mordaces subuersionem & nauseam, motusque corporis laboriosos excitantes dissipat: acrimoniam, vim validè ferrantem, excoriantemque frangit. Propterea scammonium in pomo vel cydonio coctum, vel in vase vitreo cum succo rosarum, & oleo amygdalarum, præstantius censetur, vt statim
 15 dicemus.

¶ Quem vsus elixatio purgantibus medicamentis præstare possit, deinceps exponit. In primis eorum humorem excrementosum resoluit. quonia calor crassa tenuat, & resoluit: que, vbi liquida sunt, in vaporem versa tenuando exhalant. Humor præterea elixorum foras trahitur a calore ambiente. vnde partibus internis ficciora euadunt. Qui humor excrementosus cum flatus materia sit, merito elixatio humorem excrementosum resolvere & coquere dicitur, & resolutum discutere. Idem calor flatus crassos, & mordaces vnâ cum humore excrementoso ventriculum ad nauseam subuertentes, & corpus vniuersum estuabundum reddentes, tenuat, resoluit, & digerit. Medicamentorum acrimoniam, morsum, punctiorem, & excoriandi vim tollit, vel minuit. Ob id Galenus ari & dracuntij radices aque incoquebat, Lib. 2. alimentorum.
 20 vt acrimoniam deponeret in aquam, in qua elixantur. Hęc omnia maligna & insalubria accidencia scammonium in se habet, vt latissimè capite de scammonio tradit Mefues in simplicibus. Quibus per coctionem ipsius in pomo vel cydonio, vel alijs ibidem fufissimè expressis bellissimè occurritur.

Attractio quoque [medicamenti] vehementior & malignitas
 30 elixatione obtunditur, vt cum medicamentum maleficum intra cavitatem [benigni] coquimus, vt illius virtus in hoc fracta maneat. vt exempli gratia, radicem raphani, radicibus hellebori transfixam, sub cineribus coquimus, & eam raphani radicem damus edendam: quæ virtutem quidem hellebori habet, sed repressam.
 35 Sic scammonium in robur, & syrupo coquimus, deinde robur syrupumque virtutem scammonij habentia propinamus. Id quod Philosophi vocant separationem rei secundum speciem, à re, que est secundum materiam.

¶ Altera commoditas elixatione medicamentis comparatur: nam ipsorum attractio immodica & maligna venenosaque virtus per eam quandoque vel tollitur, vel certè minuitur: & semper cum eo, in quo fit coctio, quadantenus virtus comunicatur. Dum enim intra cavitatem Gale. lib. 1. alim.
 40 rei alterius benignioris coquitur, aliquid virium suarum alteri remittit, impertitque: & vice versa id, cui incoquitur, in ipsum vires suas transfundit. calor præterea placidus & suavis malignas medicamenti vires quadantenus obtundit. Quo fit, vt sic curatum medicamentum alio-
 45 qui malignum, salubre tutumque euadat: & ipsum in quo coxit, vires easdem, sed salubriores & mitiores obtineat. Quo ad purgandum tuto & salubriter vtitur. Hoc modo malignas

Libri primi

& infalubres hellebori vires timentes, coctione in raphani radices transferimus. Arundine enim vel re alia radicibus raphani perforatis, per eaque foramina radicum hellebori albi cortices transmittimus, & per diem noctemque relinquimus: vel si accelerandi necessitas est, sub cineribus coquimus, post raphanum porrigimus ad vomitum excitandum. Sic preparatae radices mitius quam helleborus, fortius se ipsis purgant. Quam preparandi rationem Galenus libro inscripto, Quos medicamentis purgare oporteat, & quibus & quanto, & c. scribit. Galenus in malo cydonio coquit scammonium: deinde malum prebet edendum, ut placide & citra noxam insignem purget. Idem etiam scammonium in rob & syrupo rosato coquimus, quibus post purgamus, ipsum quoque scammonium, ut helleborus sic preparata blandius salubriusque purgant. Coctio igitur potens est medicamentorum qualitates & facultates ab vno subiecto in aliud transferre. Cydonium namque malum prius quam in eo coqueretur scammonium, neutiquam purgatorum erat: neque scammonium corpus roborare poterat: at post coctionem utrunque tum roborat, tum purgat, quo necessario fit, ut utrunque alteri suas communicauerit vires. Translata est igitur cydonij virtus in scammonium: & e regione scammonij virtus in cydonium, manente utroque. Id quod Philosophi vocant, separationem rei secundum speciem, a re quae est secundum materiam. Vocat itaque materiam subiectum a quo fit virtutis translatio, rem secundum speciem, virtutem seu facultatem purgatricem vel aliam quancumque, quae iam ei inest per coctionem, cui prius non inerat. At vero dum vnius rei virtus in alteram transfertur, non omnino reliquissae videtur subiectum primum: quoniam cum ea perpetuo aliquid huius abscedit. Qualitates enim de subiecto in subiectum non transeunt relicto prorsus priori subiecto. Haec enim est vera Philosophorum sententia, cui qui repugnant, toto errant caelo. Rob, seu robur cum citra additum enuntiat, id est Arabibus, quod Graecis *σπιραϊον και εψυμα* dicitur. Latinis sapa & defrutum. Est autem illa vinum ad dimidias, hoc ad tertias coctum. At vero cum succi alij ad similitudinem vini coquuntur, rob vel robur dicuntur, adiecto iam planta, fructus, vel succi nomine, ut de ribes, de pomis, myrtis, granatis, Georgius de honestis nescio quod discrimen visus est somniasse inter rob & robur. Syrupum etiam rosatum cum Syluius hic intelligimus, quoniam plurimum utitur Mesues rosas ad corrigendum scammonium, quanquam alius etiam similitum virium intelligi potest. Helleborus quoque albus hoc loco intelligatur cum Graecis: a quibus Arabes haec transtulerunt, licet cum simpliciter profertur helleborus in scriptis Arabum, saepius niger intelligendus sit.

Præterea medicamentorum multorum malignitas reprimitur interim a nobis ipsorum coctione in herbarum, vel seminum, vel aliorum succis & aquis, sua facultate illorum malignas vires permutantibus.

¶ Medicamentorum purgantium malignas vires coctione tollimus, vel minuimus, vel salubriores reddimus: cum ea fit in herbarum, fructuum, seminum, succis vel aquis simplicibus, vel medicatis: vel ipsis herbis, fructibus, seminibus, radicibus, & alijs medicamentis, cum eis in aqua simplici, vel medicata coctis. quo modo scammonium acre, vrens, pungens, vlcens, flatulentum medicamentum, coctum cum prunis, rosas, violis, vel earum succis vel aquis, vel cum succo cydoniorum dulcacidorum, vel aliarum similitum rerum, mitius & salubrius euadit. Sic etiam Galenus dracunculi radicem aliquoties ex aqua coquit, ut acrimoniam deponat, & sit apta eclegmatibus. Alia pleraque ob eundem usum coquuntur, uti Syluius libro de medicamentorum preparatione vberissime docuit. Interim non ipsa medicamenta cathartica, sed liquorem in quo coxerunt, ad purgationes usurpamus. Quoniam eorum virtus in rem, in qua cocta sunt, quadatenus translata est, ut de cydonio & radicibus paulo ante dicebamus. Idem etiam docent apozemata quaedam, syrups, zupia, quibus ad purgandum cotidie Medici vtuntur.

Cum etiam diuersarum facultatum commiscantur medicamenta, ut ex his omnibus virtus vna velut concreta, confurgat: coctio

Paul. lib. 7. cap. 10. & Aetius cap. 120. lib. 3. Lib. 1. alimētōrū.

Gale. lib. 7. cōpo. ph. p. incōposito ex capitibus pauperis. Plini. li. 14. cap. 9.

Hæc orationem in hunc locum cōsul to traussulimus.

Theorema secundum. L

omnium optimè ea miscet, vt ex illis omnibus vnica resultet virtus, ceu insita, compositam edēs actionem. Quorum si quod erit imbecillius altero, plus vel minùs proportionē seruata coquendum erit.

- 5 ¶ Quartus coctionis vsus est, medicamenta viribus diuersa ita cōmiscere, vt ex eis vna virtus consurgat. Id quod omnium præparationum optimè coctio perficit, eatenus vt veram mixtionem sapè mentiatur. Quapropter nobilissima quæque medicamenta composituri coctionem ad mixtionem simplicium vsurpant. Quæ dum exactè obitur, facit, vt simplicia omnia compositum ingredientia in vnam virtutē sic conspirent, vt ea à natura composito
- 10 illi inesse videatur, siue vnum siue multos vsus id medicamentum præstet. Purgaturi igitur bilem per rhabarbarum, pituitam per agaricum & colocynthidem, melancholiam per fenanam & polypodium, ea in medicamen Hamech coniecta, & per coctionem mixta & attemperata, melius, tutius, salubrius, iucundius vsurpamus, quàm si alioqui citra coctionem assumerentur. Quibus etiam ex asseruatione noua quædam coctio accedit. Dum enim per ali-
- 15 quod tempus asseruantur, qualitibus contrarijs in se agunt, & patiuntur. Quæ actio & passio interim tantarum sunt virium, vt medicamenti vires in totum mutare possint, id quod in theriaca aperte conspicitur. Nam primis mensibus ad somnum conciliandum & aduersos calidos corporis affectus valet: quibus elapsis, contrarijs affectibus remedio est. Philonium tutius post annum à compositione, quàm protinus cūm compositum est, vsurpatur. Vnde
- 20 non ineptè quidam ætates medicamentis vt animalibus ascribunt: per quas illorum, vt horū temperamentum mutetur. Coctio igitur (vt summa quadam, quæ de ea diximus, completa) medicamentorum malignas vires vel in totum tollit, vel minuit, vel eorum facultates de subiecto in subiectum tranſmutat, vel salubriores reddit, & nouas acquirit, vel denique
- 25 *medicamenta diuersa pollutia ita commiscet, vt ex illis omnibus virtus vna consurgat. Ob alios præter hos vsus medicamenta etiam coquuntur, vt ob medicamenti formam destin-* Gale. lib. 6. cōpos. ph. par. in dia. mo. & .4. sani. tuē. dæ. & lib. 1. alimēto. *tam, & ob sumentis palatum, ob custodiæ diurnitatem, & vt simplicium vires in humore cui incoquantur, tranſeant. Quorum omnium Syluā exemplorū in libro de præparatione medicamentorū Syluij luculenter reperies. Quoniam verò non omnibus, quæ compositum ingrediuntur, eadem coctionis species congruit, sed alia vehementem, alia mediocrem, alia*
- 30 *imbecillā coctionem sustinent: ob id ad calcē orationis adiecit, proportionem seruandā esse in coctione, vt scilicet imbecillius non ita diu & vehemēter coquatur, vt valentiora: & quò valentius vnum est alio, eò illud fortius & diutius coquendū: hoc minus & breuius. Vt coctio medicamentorum substantijs & viribus exactè respondeat, sed hoc paulo vberius in sequentibus declarabimus.*
- 35 *Cæterum tuum est scire quænam ex medicamentis debilem coctionem, [quæ mediocrem,] quæ valentem sustineāt. Omnia enim quorum virtus facilè resoluitur, aut substantiā constant parum firmiter contexta, vel virtutem in superficie sitā habent, debili coctione indigent. Coctio enim vehemens eorū resoluit virtutem, vt violæ, semina quatuor, adiantum album, epithymū, & generatim flores omnes. Cōtrario his modo affecta medicamēta contraria egent coctione, quæ medio modo se habent, mediocri. Acria enim omnia medicamenta cocta mitiora euadunt (coctio enim horum virtutem frangit) nisi forte aliqua ex his virtutē su-*
- 40 *perficiariam, aut debilem habeant. Sic etiam omnia, quæ crassæ sunt essentia, cocta meliora fiunt. Denique omne medicamentū arte & legitimè coctum, parte plurima est benignius.*

Libri primi

¶ Quoniam non satis est nosse, quot modis per coctionem medicamentorum vitij ars occurrat, sed præter id necesse est scire, quæ ex illis vehementem & longam, quæ mediocrem, quæ denique imbecillam & breuem, quæ nullam requirant & possint ferre coctionem: ne illa citra legē & rationē temerè cocta vires suas amittat, vel optatas nō assequantur: hæc frustra & citra vsū nota dignum coquantur: tres coctionis species siue differentias notat, vehementem, mediocrē, imbecillā: quibus triplex medicamentorū genus respondere ostēdit. De quibus idem ferè decernit, ac de vsu tempore, & duratione. Nam medicamenta, quorū virtus facilè resoluitur, quia vel imbecilla est, vel in subiecto posita raro, molli, tenui, fluxili, friabili, humido, malè permixto: vel superficialia, vt parum diu seruantur, ita breuius & blandius sunt coquenda: vt viola, semina quatuor frigida maiora, adiantum album, epithimum Arabicū: & vniuersaliter flores omnes, exceptis chamamelo, schoenuantho, stæcha-
 de citrea vulgo nuncupata (Neq; nobis aduersatur Paulus negans flores esse coquendos: siquidem longam & vehementē & mediocrem, coctionem ferre non posse illos intellexit: imbecillam non negasset) Cum moderatione tamen hæc intelligenda sunt. Nam si medicamentum duas aut plures habeat facultates, quarum vna vel plures superficialiæ sint, alia vel alia in profundo rei sita, vt viola, rosa, rhabarbarū, aromata, adiantum & similia: & exigis facultates in centro & profundo positas, non superficialias: longa coctione hinc opus est. Nam per leuem, breuem, & imbecillam, facultas superficialia trāfertur in humorē, in quo fit coctio: per vehementē vel longam non solum hæc, sed etiā ea quæ in profundo est. Hanc ob rem cum hanc solam requirimus, sæpè abiecta aqua in qua virtutem illam deposuerant, ea recoquimus. Vehementem & longam recipere possunt coctionem, quæ contrario modo his affecta sunt, hoc est, quorum virtus ægerrimè dissipatur: quia vel valida est, vel in subiecto magno, crasso, denso, glutinoso, duro, sicco, nervoso, membranoso, valenter permixto: vel in centro & profundo rei sita: vt radices, ligna, acria omnia (nisi aliqua ex his aromatica sint, aut virtute imbecilli, aut superficialia) metallica, terrea, styptica quatenus talia: Deniq; omnia, quæ crassa, & dura, sicca densa, & glutinosa sunt essentia. Quæ in horū sunt medio, coctionē tolerant mediocrē, vt absinthium, asarum, agaricus, tamar Indi, coccum gnidium, fumaria, senna, scilla, iris, hyssopus, thymus, turbiti: semina omnia, exceptis quatuor frigidis maioribus. Vnaqueq; ex his tribus coctionis differentiis latitudinē habet non exiguam. Nam ex his, quæ vehementer coqui possunt (vt de alijs duobus generibus idem pollicear) alia alijs diutius possunt coqui. Tunc verò coquere desistimus, cum scopū nobis propositum attigimus, vel simplicē, vel etiam multiplicem, vt si medicamentū coquimus ad vires eius augendas, vel minuendas, vel abigendas dum quantū satis est auximus, minuius, abegimus, satis coximus: eodem modo in scopis alijs. Et vt paucis rem totam cōplectamur, medicamentū omne coquendum arte, & vt decet, coctum salubrius euadit.

At verò quæ leniendo & lubricando purgant, coctione nō admodum iuuantur.

¶ Quædam sunt medicamenta, quæ licet aliquam possint ferre coctionē, nullam tamen nota dignam vtilitatē inde consequuntur: vt casia fistularis, tamar Indi, manna: breuiter quæ leniendo & lubricando purgant. Coquuntur tamen hæc interdū ab autore vt in diamanna, triphera Persica, cōpositione alkecangi, confectione Hamech, electario rosato, capite de manna, alijsq; locis: sed parum, nec adeo, vt vis eorū lubrica perdatur.

Ad hæc vehemens coctio, & quæ valida flamma fit, medicamentū virtutem resoluit. Quare tua interest calorem coquentem sic temperare, vt iusta proportione & mensura respōdeat tum substantijs, tum virtutibus debilibus vel fortibus rerū coquendarū.

¶ Coctio vt ab igne paruo, mediocri, & magno fieri potest, sic longo, mediocri, & breui tempore perfici. Ignis nunquam flammeus, neq; admodū magnus esse debet: sed paruus, vel mediocris, ex carbonibus lignorū fumi expertium, & iam ex toto incensis, vel ex vitium sar-

Cap. 20. libro. 7.

Ex Gale. cap. 14. libro. 3. simpli. & Auicen. lib. sui canonis secundo.

mentis. Neq̄ solū interest, num paruo, mediocri, magno & flammeo igne sint cocta medicamenta: sed etiā num longo, breui, mediocri tempore sint cocta. Potest enim longa in igne mora validi ignis vires penitare, licet hoc vt illud non æquē periculo sit coniunctū. Refert etiā non parum vna, duabus, pluribus ebullitionibus coquantur: quædam enim vnam, alia 5 duas, alia plures ebullitiones requirunt. Quare calor coctionis autor moderandus ita est, vt substantijs, virtutibus medicamentorū, & scopis Medici, ad vnguem respondeat. Quo circa cum medicamenta cōpositum ingredientia inæqualem requirunt coctionē, vt alia breuem, alia mediocrem, alia longam: ea industria singula coquenda sunt, vt speratas vires non amittant: vt si polypodium, hermodactylus & similes radices cum absinthio, azaro, agarico, & 10 cum aliquibus floribus & aromatis coquenda sint, primū coquenda radices: inde in medio coctionis iniiciendum absinthium, alarum, agaricum: flores & aromata, vbi iam iam extrahendum vas est ab igni.

Assatio autem in frixorio vel patella facta, medicamenti virtutem nuncauet, vt assata scilla purgator euadit: nunc minuit, vt 15 psyllium assatum minus humiditate sua lubricat, minusque soluit: alia mitiora reddit, interdum medicamenti facultatem vnam assatio reprimit, alteram vegetiorem reddit: verbigratia, in myrobalanis & rhabarbaro est virtus tum purgans, tum astringens: decoctione autem virtus eorum purgatoria remittitur, astrictoria intenditur. Ben quoque vomitoria & deiectoria virtute præditum est: per assationem autem humiditas eius excrementosa & 20 nitrosa subuersionem & nauseam excitans excoquitur: remanet autem virtus deiectoria.

¶ Altera coctionis species assatio est, quam etiam ad medicamentorum qualitates castigandas rarius, sed aliquando vsurpamus. Hæc autem medicinarum præparatio quædam est, quæ sine aliquo humore extrinsecus allato ab igne vel re ignita vt prunis, cineribus, sartagine, vitro, patella, vel alio vase fit. Varij sunt scopi, propter quos medicamenta assantur. Nam interim assatio fit, vt medicamentorum virtus remissior intendatur. quo sine assatur scilla, vt scilicet purgantior euadat. Acria enim vbi humore superuacaneo redundat, vt scilla, 30 mitiora sunt: quoniam illorum vis acris obtunditur ab humiditate. assata mediocriter potentiora sunt, quia largus ille humor, qui vim acrem hebetabat, consumptus vel certè minutus est. Interim assatio fit, vt medicamenti virtus remittatur: vt psylliū assatum non æquē potenter purgat: quoniam partem mucaginis, qua purgat, coquendo amisit. Sic etiam acria sicca vt piper nigrū, allia, cœpē, multum assa mitiora euadunt. Quandoque medicamenta 35 assantur, vt facultatem vnam vel minuant, vel perdant, & alteram intendant: vt myrobalani & rhabarbarū facultatibus diuersis prædita nempe astrictoria & purgatrice, assando purgatoriam vim remittunt, astrictoriam augment. Ben magnum vomitorium & deiectoriū medicamentū per assationem akuum tantū deicit: valentiūque vel hoc solo nomine id efficit, quod a vomitoria vi motu contrario non impeditur. Quædam assantur, vt vires nouas 40 acquirant: vt cydonium cum scammoniū in eo elixatur, & raphanus transfixus hellebori radicibus, & sub cineribus assatus. Alia assantur, vt facilius præparentur: vt gummi, tragacantha, herbae, radices, flores vt rosa, crocus: vbi celer vsus pulueris requiritur. Nonnulla vt flatu deponant, vt castanea, poma. Assanda autem quædam parū, alia multū, alia mediocriter, pro scopis Medici & medicamentorum naturis. Nam elixationis & assationis ratio 45 propè est eadem in medicamentis. Vt enim rara, aut virtutem superficiariam, vel imbecillā sortita decoctionem longam non sustinent: sic neque longam assationem: si modo ita assanda sint, vt ipsorum facultas non omnino corrumpatur. In hac oratione Mesues genus pro specie semel vsurpauit: decoctionem scilicet pro assatione. Ben etiam magnum, quam bala-

Gale. in proemio
lib. 9. simpli. me-
dicamen.

Libri primi

num myrepficam Græci vocant, hic intelligetur autore ipfo Mefue: licet vtrunq; vomitū & deiectionem eliciat. Sed paruo non nifi in admotis vrimur.

DE MEDICAMENTORVM lotione. Caput secundum.



Lotio multis modis medicamenta meliora reddit

5

¶ Lauatio etiam varijs modis medicamenta purgantia, vt alia omnia, falubriora reddit, de quibus in præfentia differit. Quibus non inutile fuerit, lotionis modos præmittere: vt norit Pharmacopoeus, qua ratione fingula abluenda fint. Neque enim simplici & vnico modo fit: sed medicamentorum naturis accõmodatur. Abluenda igitur (fi dura, lapidofa, lapides, offa, metallica, egrè in aqua diffolubilia, funt) priùs tenuiffimè sunt terenda, quæ per fe prompte diffiliunt, & diffoluuntur, vt bolus Armeniacus, calx, nulla egèt tritura. Deinde ex aqua fontana, vel alia puriffima manibus vel rudicula multum diùq; terèda, aquaq; subinde mutanda, quoad nihil lordiũ medicamenti in aqua innatet: maneatq; aqua fubftantię vel qualitatis medicamenti, quam vel quas lotionem tollere ftatuimus, prorfus expers. Quandiu enim aliquid eius aquę ipfi innatabit, aut qualitatis eius quippiã fenfus deprehendet, tandiu terendũ & effundendũ. Effunditur autẽ aqua per os vafis paulatim inclinati, ne motus vehemens medicamentum iterũ aquæ commifceat, & cum ea effundatur. Satius enim eft aliquid aquæ prioris remanere, quam lauadũ corpus effundi. Liquida verò vt funt liquabilia, vt pix, cera calfacta, aquæ omnis qualitatis experti commifcentur in vafe magno oris lati, femipieno, & fi aqua, cui infunduntur, modicè ex igni vel sole tepeat, abluta exactiùs faciliùsque qualitatem fuam in illa deponunt. Deinde lauandũ corpus conteritur, tunditur, frangitur, manibùsque impenfè subigitur: vt vnaquęque abluendi medicamenti particula aquam poffit cõtingere. Tandẽ aqua illa abiecta, fimilis affundatur. idque tertio, & quarto, ac toties repetatur, donec medicamentum in aqua illa deponuerit omnem illam vel fubftantiam, vel qualitatem noftro propofito alienam: feu quoad aqua nullam ex toto medicamento talem fubftantiã, vel qualitatem, vt colorem, odorem, faporem, amplius recipiat, quam vifũ, olfactũ, gultatu deprehendas. Ex his quedam dum lauantur, fortiter agitari poffunt: vt pix, cera, & fimilia, quæ vt mifceantur cum aqua, facilè tamen poffunt separari. alia non ita validè verberanda funt, vt oleum, ne adeò aquæ mifceatur, vt poffit ægrè poffit separari. Nonnulla etiam Mefuæ integra lauantur, vt vim fupercifiariã a noftro fcopo alienam lotionem deponant: quæ, qualia qualia funt, citra trituram aliquam, manibus, vel re alia tandiũ in aqua agitantur, donec facultatem illam exuerint, quam maceratio fola citra loturam tollere poffet.

10

15

20

25

30

35

40

45

Interim enim lotio fit, vt acrimonia fupercifiaria alicuius medicamenti tollatur, vt cum femen vrticæ lauatur ex aqua, aut mucagine tragacanthi: ne fauces aut partes alias, quas permeat, adurat: fal quoq; naphthicus aqua cucurbitæ, aut fimili ob eandem rationem lauatur.

¶ Quatuor præftat vfus lotio medicamentis. interdum enim virtus medicamenti malefica, vel in fcopum præfentẽ incommoda, cum fupercifiaria eft, lotionem tollitur. Quo fine vrticę femen, & naphthicum falem, hoc eft, Sodomenum lauari vult Mefues. Quinquã vim hanc vrendi Galenus & ceteri Græci in femine vrticæ non agnofcunt. Ob eandẽ caufam naphthi cum falem in Syria Palestinæ lacu intra montes Sodoma vocatos repertũ, lauat: vt fcilicet amaritudinẽ, quam habet, exuat. Per aquam cucurbitæ tum ftillaticiam, tum fuccum cucurbitæ, intelligere licet.

Interdum lauamus, vt altera virtutũ medicamenti tollatur, ma

Ex Gale. cap. 15. lib. 2. fimpli. & lib. 9. de terra. a. gis, & cap. 9. lib. 1. compo. ph. g. & aliunde.

Cap. 19. lib. 4. fimpli. medica.

Theorema secundum. LII

ligna videlicet, & quæ in metu est: & melior salubriorque remaneat. Sic lapidem lazulum & Armenum lauamus, vt tantum per ventrem, & per eum clementer purgent: qui illoti vomitu & deiectione modestè purgant. Cancamum etiam lauamus, vt minus quidem purget, tamen obstructions liberet. Aloë præterea lauamus, vt magis roboret. illota enim purgat magis, minus tamen partes nutritorias roborat.

¶ Lotio quandoq; fieri consuevit, cum medicamentum duplici est præditum virtute, quarum altera malefica est, vel certè ab instituto nostro aliena: altera salubrior & ad propositum nobis scopum accommodatior: volumus autem illam auferre, hanc relinquere, id quod per lotionem assequimur. vt lapis lazulus & Armenius, alioqui vehementer vomitoria & deiectionaria medicamina, abluti clementer solumque per inferiorem ventrem purgant, vt abundè libro secundo ostensus est. Cancamum (quam lachan Arabes vocant) illis autoribus purgandi & liberandi obstructions vim habet: at lotionem primam deponit, secundam non amittit: sed potius intensiorem habet. Lotum enim validius ventriculi, hepatis, lienis, pectoris, & aliarum partium obstructions liberat. Aloë quoque lota vtimur, dum roborare potius, quam purgare studemus. Per lotionem enim astringens virtus, quæ non ita euidentis prius erat, emicat, existitque: purgatrix obscurior euadit. Scire tamen licet tribus de causis lauari aloë, quibus tres abluendi modi ferè respondent. Nam lauatur, vt à partibus arenosis, terrestribus, fœculentisque purgetur. Trita enim crassiusculè (quoniam per se, quæ optima est, facile liquefcit) aquæ purissimæ commiscetur. deinde per aliquod temporis intervallum relicta, quod in ea est arenosissimum, terrestre & inutile subidet: leue ac pinguisimum aquæ innatans colligitur, & ad usum asseruatur. ad quod assequendum vnica sufficit ablutio, nisi forte longè purissimam eam desideras: quod pluribus ablutionibus assequeris. Lauatur etiam vt deposita vel remissa amaritudine & purgandi vi, magis roboret. Trita igitur, & creta, ex aqua fontana purissima dupla aut circiter, rudicula in vase lato diu agitatur, in quo tecta finitur horæ quarta parte, aut paulò diutius subsidere. tum quod clarius supernatat, inclinato vase in aliud simile, sed minus, per colum setaceum transtusatur. deinde noua affusa aqua secundo, tertio, quarto, & quinto, & sæpius, si libet, eodem modo lauatur. Nā quò diutius lauabitur, vt purior, pellucidior, roborantior erit: ita minus purgatoria amara que euadet. Tertio lauatur aloë, vt potentiùs validiusque roboret: vt cum ex alephanginis vel hierè picrè speciebus lauatur. Quæ preparatio nutritio potius, vel infusio seu maceratio, diceretur, quàm lotio: quoniam nullam ipsi aloë substantiam, aut qualitatem aufert, sed suas illi facultates impertit. Quam tamen rationem præparandi ad finem huius capituli lotionem vocat Mesues, latius sumpto nomine, cuius etiā meminisse videtur Galenus libro octauo compo. ph. p.

Interdum lotio fit, vt sordiciem à medicamentis auferamus.

¶ Lauantur aqua foris radices, herbe, fructus, semina, & pleraque alia, si luto, puluere, vel re alia sint contaminata, aqua toties mutata, donec pura maneat, & sordes omnis ab his erit delecta. quo modo citra metum vllum medicamenta omnia lauari possunt. flores tamen raro abluuntur, quia ferè puri colliguntur, quorum aliqui ablutione possent non nihil virium amittere.

Interdum denique lotio fit, vt eius, quod lauatur medicamenti facultas valentior fiat: vt aloë ex aromatum decocto lauatur, vt magis roboret: ex aqua autem valenter purgantium, vt agarici, turbith, & similium, vt purgantior euadat: ex aqua denique bdellij, aut tragacanthi, ne ora venarum sic aperiat, vt sanguis, inde fluat.

Mesues cap. de lapide lazulo & Armeno.

Gale. lib. 7. methodi. & alijs locis.

Diosco. capit. de aloë.

Gale. lib. 7. methodi. & alibi.

¶ Lauantur denique medicamenta, vt à liquore in quo abluuntur, nonam aliquam facultatem acquirant, vel quam habent, intendant. qua gratia aloë alioqui natura sua roborare potens, ex aromatū stomachicorum decocto lauatur, quo translatis illorum viribus in se potētius roboret, vti paulò antè diximus. Eadem ex decocto vel infusione agarici, turbiti, colocyntidis, & similia valentiū medicamentorum abluuntur, vt tum validius, tum è partibus longè distantibus humores educat. Quæ purgantia si cum aromatis iam dictis coxerint, roborantior & purgantior aloë ex illis abluta euadet. Lauatur etiam ex aqua, mucagine, infuso, vel decocto bdellij, vel tragacanthi, ne ora venarum ani sic aperiat, vt sanguinem fundat: id quod citra lotionem solita est facere autore Mesue. Quamquã id vitij aliunde quam ab aloë quidam manare putant, neque defunt, qui tum rationi tum experimento inniti pro Mesue sententiam ferant: cui nos etiam nostra suffragia damus.

Manardus in epi-
foliis.
Syluius, Pute-
aus, Musa.

Quibus autem medicamentis virtus in superficie est (vt tarassacon, intybo, rosas, & similibus) illa lotionem dissipatur, cætera magis & minus lauentur, quatenus scilicet eorū virtus ferre potest.

¶ Quædam scribit esse medicamenta, quæ penitus lotionem recusant, ea scilicet, quorum virtus superficialis est, quam lotionem dissipari affirmat. Qui, si diutinam intelligit lotionem facile assentior. quoniam ea aliquid virium in superficie vitarum deperdere valet. alioqui ad tergendas medicamentorum sordes vt lutum, puluerem, & si qua alia inquinamēta sint, non modo rosas, intyba, cichorium agreste (quod ille tarassacon vocauit) sed violas, flores omnes, medicaminūque omne genus tuto & citra periculum viriū leniter abluui possunt. Neque metuendum tibi est, hac lotionem superficialis vires dissipatum iri. Nam si leuem coctionem ferre possunt, quis non intelligit leuiter quoque abluui posse: Lotio enim medicamentorum naturis respondere potest, & debet. Quædam enim sapius & validius abluenda sunt, alia leuius breuiusque, prout cuiusque medicamenti natura & medica indicatio postulat. Vnde nonnulli lotionis scopos in quibusdam medicamentis numero definiunt, quædam se mel, alia ter, alia sapius lauare iubentes.

DE CASTIGATIONE MEDICAMENTORUM per infusionem. Caput. iij.

Inquit Heben Mesues: Infusio quoque medicamenta efficit meliora, nam quandoque per illam [nouam] quandam affectionem acquirunt: quandoque eam relinquunt in re, cui infunduntur.

¶ Tertio modo medicamenta salubriora reddit Medicus per infusionem seu macerationem, quam veteres ad purgationem interdum vsurpauerunt: seculo nostro solennis & frequens est, præcipue vbi ægris placere studemus. Fit hæc contritis vel concisis prius crassiusculè medicamentis infundendis (nisi ipsa minuta sint) deinde maceratis in aqua simplici, vel liquore medicato, pro scopis Medici diuersis. Debet autem tum aqua tum liquor calere magis minus calore à sole æstate, ignis hyeme. In illis autè breuius aut diutius relinquenda sunt, pro medicamentorum natura & Medici indicationibus. Vt enim quædã parum diu coquenda, sic infundenda: quod virtutem vel imbecillam, vel superficialiã, vel in subiecto raro & laxo sitam habeant. Contraria, nempe facultatem vel non facile exhalabilem habentia, vel in profundo sitam, vel in subiecto crasso & denso: diutius infundenda sunt. Vtrūque horū medicamentorum genus Medicus diutius aut breuius macerat pro necessitate & indicationibus varijs. Quibus scopis intentus ille nonnulla per semihoram, horam, horas plures, noctem totam, diem, biduum, triduum, menses macerari sinit. & si accelerandi necessitas est, leuis feruor supra cineres calidos, vel carbones omnino incensos, ex liquore in quo infundend

Gal. lib. 4. fani
ca. tuen.

erant, infusionis loco erit. Neque nos fugiat minorē esse vim infusioni & apozemati, quam toti substantiæ rei, si nihil extrinsecus accedat, quod medicamento vires intendere possit, in quo video quosdam dubitasse. Ob id Mesues in simplicibus purgantibus infusum & decoctum largiori mensura exhibet, quam substantiam ipsam medicamēti. Modus autē liquoris ad infusionem satis erit, cum infusa prorsus liquore tegentur, nisi alius sit Medico scopus. His obiter & per transennam decursis, ad verborum expositionem accedamus. Infusio, inquit, medicamenta meliora efficit bifariam: tum quia per eam nouam affectionem & facultatem medicamenta contrahunt: tum quia vires suas in humorē cui infunduntur transferunt, qui humor post oblatum suauior salubriorq; est. Quæ duo membratim & articulatè ipse in sequentibus declarat.

Nouam autem affectionem acquirunt per infusionem medicamenta, tum quando malefica eorum virtus aliquantulum obtunditur (vt exempli gratia, abscinditur acrimonia superficialis, serans ab almezereon & Alcebrā per eorum infusionem in aceto: & turbith lacti recens multo infusum, & siccatum, ventrem turbare desinit) tum quando infusio medicamenti virtutem auget (sic turbith succo cucumeris agrestis infusum materias à partibus remotis valētius educit: & hermodactylus in aceto scillæ, aut ipsius, vel raphani succo infusus à iuncturis multo potētius trahit: & agaricus in secaniabin maceratus vigorē acquirat) tū quando infusio medicamentū lubricare facit, vt colocynthidos medulla mucagine tragacanthi imbuta ventriculi villis adhærere desinit, citò permeat, nec sedi, nec vesicæ nocet: sic itē scammonium oleo violato infunditur, & similia.

¶ Triplicem affectionem contrahere medicamēta ex infusione tota hac oratione docet, idque subiectis exemplis facit, quò quæ tradit dilucidiora euadāt. Quæ cum partim ex se, partim ex secundo libro lucem habeant, frustra duximus de illis latius disserere.

Relinquitur autem facultas medicamentorum per infusionem in re, cui infunduntur, cum liquores recipiunt in se virtutē rei in ipsis infuse: vt aloë infunditur in quibusdam succis, qui nacti per infusionem virtutem aloës propinantur. Quod ob varios vsus facimus: interdum vt medicamenti virtus promptius penetret ad partes remotas: qua de causa aloë in aqua aromatū infunditur: interdum vt medicamenti virtus mitior fiat, vt dum scammoniū pāno ligatū infunditur in coctione alicuius rob, vel syrapi: interdum vt facultas vna separetur ab altera, vt videre est in rhabarbari & myrobalanorum infusione: nam virtus purgatoria ab eis separatur, & in liquorem transit, astrictoriam retinent. Quandoque non tantum virtus & proprietas trāsit in infusionem, sed quorūdam etiam aliqua substantia, vt in infusione casia, tamar Indorū, & similium est videre.

¶ Non solum liquoris, in quo infunduntur medicamēta, vires in ipsa transferre tentat Medicus per infusionē, quò vel malefica eorum virtus obtundatur, vel imbecilla augeatur, vel

Libri primi

eorum noxam, quam alioqui suo adhæſu & mora partibus, per quas tranſeunt, afferre poterant, lubrica ipſa reddendo prohibeat: ſed etiam vice verſa medicamentorū facultates in liquorem macerando tranſmutare conatur, quò ipſorum virtus promptius ad partes remotas penetret, alioqui non penetratura (vt aloë in decocto aromatum maceratur, vt infuſum non ſolum ab inteſtinis & ventriculi capacitate purget, ſed etiam à ſima hepatis gibbâque, & corpore ipſius ventriculi humores imbibitos educat) vel vt medicamentorum vehementiam & malignitatem diluat, & obtundat: quo ſine ſcammonium nodulo ligatum maceratur in ſapa cydoniorum, fructuum, ſyrupo roſato, vel alijs paululum calentibus, quo ſcammonij virtus facilius in liquorem tranſeat, & edomitam blandiorémque eam experiamur ſumpta infuſione. Vel cùm medicamentū varias & contrarias habet vires, quarū vnā dūtaxat in ſcopum propoſitum optamus: vt eam liquor ad ſe trahat, alia in re infuſa relinquatur, vt in myrobalanis & rhabarbaro infuſis vſu venire offendit. Quòd ſi infuſa ſubſtantia mollis & tenuis ſint (vt caſia fiſtula, tamar Indi, manna) aut valentius colando exprimantur, non modo medicamentorū facultas tranſit in liquorem, in quo macerata ſunt, ſed etiam aliquid ſubſtantiarum eorum.

DE MEDICAMENTORVM CASTIGATIONE per trituram. Caput quartum.

Tritura etiam medicamentis caſtigandis admodum confert. Nam quedam paucam requirunt trituram, alia multam, alia mediocrem. Quæ cùm ita ſe habeant, ſcias oportet, quod à nobis prædictum eſt, eſſe ſcilicet medicamenta quedam, quorum virtus promptè exhalat, qualia ſunt, quæ ſubſtantia constant parū firmiter contexta: nam huiusmodi pauca egēt tritura, vt ſcammonium Antiochenum bonū, nam craſſum multam requirit triturā. Medicamēta enim omnia quanto craſſiore, vel tenuiore ſunt eſſentia, tātò largiore, vel parciore egēt tritura.

¶ Dixit de tribus preparandorum medicamentorū rationibus, reliquū erat, vt de quarta tritura ſcilicet diſſereret. Quæ pro medicamentorū naturis & Medici ſcopis varijs varia ratione obitur. Nā quedam paucam requirunt trituram, quoniam multa & mediocris eorum virtus vel remittitur, vel in totum diſſipatur: qualia ſunt virtutem vel imbecillam, vel ſuperficiariam, vel in ſubiecto raro habentia: breuiter omnia ea, quorū virtus promptè diſſipatur, vt ſcammoniū Antiochenum (id enim maximè probatur Meſue) paucam breuēque requirit trituram, ne partes ipſius tenues villis ventriculi vel inteſtinorum adhærentes, lædāt vulnerentque: & per conſenſum cor & cerebrum afficiant, dyſenteriam, colicum dolorem, tenefmū, inducant. Muſa ad pilulas formandas curioſius teri poſſe profeſſus eſt. Sunt qui opinentur non eſſe diu terendum ſcammonium ob aliam rationem, ne ſcilicet longa trituratione vis ipſius pereat: quoniam in ſubiecto raro & tenui eſt. Qui ſenſus magis eſt ad mentem Meſue. At craſſum, quod ſuccus ex radicibus expreſſus eſt, multam requirit triturā: quoniā virtus ipſius in ſubiecto denſiore & craſſiore reſidet. Sunt alia, quæ multum teri poſſunt, vt virtutem validam, profundam in ſubiecto denſo & craſſo ſitam: in ſumma virtutē diſſipatu difficilem ſortita. Quæ mediam inter hæc duo extrema ſortita ſunt naturam, mediocriter quoque teri debent: vt proportione quadā tritura coctioni reſpondeat. Ob id trituram nihil clariorem tibi reddidit coctionis cognitio. Pro ſcopo etiam Medici vario medicamenta nunc craſſius, nunc tenuius, terenda ſunt. vt cùm per rhabarbarum, aſarum, nitrū, thymū, calaminthem, irin, hyſſopum, pulegium, origanum, cuminum, conſiliū eſt vrinas mouere, ea curioſiſſimè terimus: negligentè verò cùm aluū mouere conſtituimus. Quòd ſi aliqua ſint

in pilulis ſine qui
bus.

Gale. lib. 4. ſani-
ca. tuendæ.

Theorema secundum. LIII

medicamenta, circa quorum trituram non videantur cōsentire autores, dicentes alij pauca, alij mediocri: alij multa, alij mediocri egere tritura: ne ob id effendaris. Nam cū huius me-
 dij magna sit latitudo, in ea quādā sunt extremis adeo propinqua, vt vix secerni queāt. Sic
 5 agaricum mediocre sustinere triturā Mesues scribit, alij paucam, nō tamen paucissimā. Il-
 lud tamen perpetuum est, medicamentorum triturā ex eorum essentia esse mensurādā. vt Gale. lib. 4. cōpo. ph. g.
 quæ crassiori sunt essentia, & ægrius tenuia & leuia puluerando euadunt, plus diutiusque te-
 rantur: quæ tenuiori & promptè comminuuntur, & parcius & breuius. Est tamen extremi,
 vt medio sua latitudo. Ex his enim quæ multum teri possunt, alia plus alia minus: vt inter ea,
 quæ paucam requirunt trituram, quædam paucam, alia pauciolem, alia paucissimam exigūt.
 10 Neque fugere nos debet, medicamenta quædam parum terenda esse, quia ipsa leui percussu
 in partes exiguas abeunt: vt amyllum, agaricus trochiscatus, cerusa & pleraque alia: alia ne
 tritura vires amittant, vt flores propemodum omnes, scammoniū bonū, & similia: alia quia
 negligentius trita ad scopum Medici sunt accommodatiora, licet ipsa multam possint ferre
 trituram: vt cū aluum tantum mouere volumus per rhabarbarum, vel ea ad coctionem tā
 15 tum præparamus. Contra pleraque multum diūque terenda esse, vel quia ægerrimè dissoluū-
 tur, vel quia tenuissimus requiritur puluis, licet ipsa non admodum difficulter in pulueres
 abeant.

Tritura autem tribus de causis necessaria est, vel vt mistilia me-
 lius in vnum misceantur, vel vt nouam facultatem medicamenta
 20 acquirant, vel denique vt vis aliqua eorum malefica obtundatur.
 Primæ partis exemplum est tritura theriacæ, & aliorum medica-
 mentorum.

¶ Triplici nomine medicamenta teri ostendit, interdum vt simplicia, ex quibus compositū
 constandū est, celerius suam promant actionem, inuicemque agant & patiantur. Nam sin- Gal. lib. 1. simpli. & 3. temperamē. Aristote. lib. 1. de genera. & corrup. cap. vltimo. Gale. lib. 4. sani- ta. c. uen. in diaca- lamine.
 25 gula quò minora sunt, eò celerius alterātur à nobis, & vicissim nos alterāt: & è regione quò
 sunt maiora tardius & difficilius à nobis alterantur, & in nos agunt. Ad hæc, ipsa inter se me-
 dicamenta quo subtilius trita sunt, eò promptius in se agunt & patiuntur, & post mutuam
 actionem & passionem in vnam virtutem simplicem, vel compositam conspirant. Vt enim
 30 Deus & natura ad mixti compositionem elementa tota per tota cōfundunt: ita interim Me-
 dicus naturæ imitator simplicia medicamenta viribus diuersa miscere nititur, vt, quod ex
 eis consurgit, mixtum naturale sæpè mentiatur. Id vt exactius assequatur, simplicia omnia
 medicamenta in partes minimas ad sensum diuidit, vt in theriaca, mithridato, & alijs nobi-
 libus medicamentis. Interdum teruntur medicamenta magis vel minus, vt facultatē acqui-
 rant à priore diuersam. trita enim tenuissimè in omnes partes corporis digeruntur, & ferun-
 35 tur: contra crassius & negligentius trita in ventre hærent, vt quæ angusta venarum oscula
 subire nequeant. Interdum quædam teruntur, vt vis ipsorum malefica tollatur.

Secundæ partis exēplum nobis exhibet Galenus, cū inquit,
 Cuminum leuissimè triui & puluerai, cūque prius esset deie-
 ctorium, factum est diureticum. Nos autem dicimus, purgato-
 40 ria acria tenuissimè puluerata promptius penetrare & peruenire
 ad eas partes, per easque vacuare, ad quas prius peruenire nō po-
 terant, neq; per eas vacuare.

¶ Secundam partem exemplo subiecto illustrat, probatque. Galenus enim libro sanitatis
 tuendæ quarto de diacalaminthe verba faciens, scribit, medicamēta crassiuscule trita in ven-
 45 tre hære, neq; venas exiguas transcendere posse: contra accuratius trita in totum corporis
 habitum maximè digeri distribuiq;. Ob id quoties aluum deijcere consilium est per diospo-
 liticon medicamentū, non solum cuminum, verū etiam reliqua simplicia compositum ingre-
 dientia vt piper, rutam, nitrum, negligentius & crassius terere: accuratius & tenuius, si per

Libri primi

illud vrinas mouere studium est. Quod præceptum non solum in diospolitico, diacalaminthe, & diacymino, sed in alijs omnibus medicamentis diligentissime obseruandum esse confulit idem. Quamobrem acria medicamenta purgantia in puluerem tenuissimū redacta, angustissimas hepatis venas permeant, & vretica fiunt, vt rhabarbarum, asarum, & similia his. Idcirco ea crassius teri volunt, quoties per ea aluum tantum mouere instituimus: vt diutius in ventre immorantia ex reliquo corpore in eum, partem vacuationi accommodatissimam, trahant: & ne ad partes principes tota ferantur, easque lædant: ad quas facultatem, vel vaporem, vel certè portionem ipsorum paucissimā ferri satis est. Hinc vnica excipienda est colocynthis, quæ in tenuissimum puluerē redigi debet: vt statim dicturi sumus. Subtilius terenda sunt, si vrinas, sudores, menses mouere, obstructions liberare, cupimus: vel per insensibilem transpirationem vacuare: vel si cor, hepar, cerebrum, reliquasque corporis partes longè ab ore distitas roborare volumus.

Tertiæ partis exēplum tradit filius Serapionis, inquiens, oportet vt colocynthidis medulla, quàm tenuissimè fieri potest, pulueretur, neque mediocri ipsius tritura contentus esto. Nam si quæ ipsius pars sensibilis relinquatur, ea villis ventriculi, & spiris intestinorum adherens, humore inibi reperto, tumet, partēque dictas tumefacit, aut vlcera: tenuissimè autem trita hæc efficere desinit.

¶ Euidētissimè hoc exemplo probat trituram medicamentorum noxias & maleficas vires corrigere posse. nam colocynthidis medulla, nisi in puluerē minutissimum redigatur, partes spongiosa & bibula, humore, quæ in ventriculo & intestinis offendunt, imbutæ, tumēt: quibus affixæ & pertinaciter hærentes, præcipuè intestinorū inuolucris propter mollitiem, sua perquam acri & mordaci natura ipsa vellicant, mordent, in tumore præter naturam attollunt, & per consensum toti neruoso generi negotium facessunt, tormina, contractiones, tenesimum afferunt. Quibus incōmodis prospicimus eam curiosissimè, & quoad possumus, tenuissimè puluerantes. Quod vt assequamur, sæpè terenda, cribrandaque est, & nouissimè ex hydromelite teri debet, deinde rursus cribrari. Nam quantūuis trita & cribrata sit, iniecta in aquā nullam sic rursus tumet, vt non videatur esse cribrata. Cura igitur præcipua nobis esse debet, vt ipsam ex hydromelite demum tritam, quàm leuissimam reddamus, vt nulla ipsius præ exiguitate pars sit, quæ sensu percipi possit, sed omnes partes post trituram vnū corpus representent. Colocynthis igitur, tametsi per eam aluum deijcere tibi decretum est, in puluerē minutissimum redigi debet. Neque cum zezare crassius terenda est, ne tenuissimè trita partes quas permeat, venasque ipsas vlceret. Tantum enim abest, vt per trituram accuratam illud acquirat, vt nisi sic teratur, illa, & longè maiora incōmoda afferat, vt abundè paulò ante docuimus, & idem Mesues libro secundo confirmat. Cui suffragantur ex Græcis Aëtius, & Paulus, & Actuarius: ex Arabibus Auicennas: Serapio nusquam (quod sciam) trituram ipsius ex professio meminit.

Rhabarbarum verò contrà quàm paulò ante dictum scammonium habet: nam purius & grauius, est melius, probèque tritum vegetius euadit: rarum verò & laxum impensius pulueratum, virtutem propè omnem amittit.

¶ In fronte huius capituli dixerat scammonium laudabile, quale est ipsi Antiochenum, quod sui generis notas ad vnguem explet, pauca egere tritura, contra crassum & infimū multum terendum esse: quoniā hoc crassiori, densiori, grauioriquè essentia constat: illud tenuiori, rariori, & leniori. Nunc in rhabarbaro contrario modo rem se habere ostendit. nam purum, id est, non adulteratū, & sui generis notas exquisitas habens, quod est præstantius, exactius terere consulit: immodice rarū & laxum (nam alioqui sua est raritas & laxitas) crassius & negligentius: quoniā primum illo modo tritum vigore acquirit, purgantiusque fit, alterum

Aëtius capit. 35.
sermo. 3. lib. 1.
Paul. cap. 4. lib.
7. Actuarius. in an-
tidotis.

impensius tritum vim purgatricem propè totam amittit. Est tamen certus modus & finis tritura rhabarbari optimi: nam si in pollinem conuertatur, licet hepar, partesque alias longius ab ore distitas roborat, diureticumque magis euadat: obcurius tamen & imbecillius per secessum purgat.

5 Tritura autem omnis, qualiscumque ea sit, clementer fiat oportet, & pro terendorum substantiæ ratione. Quæ enim est violentior, virtutem dissoluit.

¶ Siue pauca, siue mediocri, siue multa futura est tritura, clemens esse debet, non violenta nec operosa: ne vehementiori percussu vires prorsus amittant medicamēta, aut certè exanimentur. Non tamen ob id omnia æquali vi terenda sunt, sed alia vehementiore ictu, alia clementiore egent, prout natura medicamenti terendi est. Nam crassa, dura, solida, densa, membranosa, fractu contumacia, valida vi in profundo sita prædita validiore ictum citra metum viriū sustinent: quorum contraria minori vi teri debent, ne viribus dissolutis inutilia fiant.

15 THEOREMA TERTIVM, SERMO

VNIVERSALIS NOCVMENTORVM, QVÆ

in corpore excitantur purgationis

tempore, in tria ca-

pita diuisus.

20 **N**quit filius Mesues: Post hæc occurrendum est malis accidentibus, excitatis post sumptum medicamentum, terrorem timorēque afferentibus: quæ elementum & materia multorum morborum, & senij mortisque acerbæ sunt.

¶ Tertium aggreditur theorema ad solum ferè Medicū attinens. Nam Pharmacopoeus nihil ex his, quæ deinceps scribitur, inconsulto Medico, attentare debet: ne falcem in alienā messem mittens plus noceat, quam prosit. Traduntur igitur hoc theoremate accidentia (symptomata Græci vocant) quæ tantisper dum purgatio fit, corpori à medicamento superuenire solent. quæ Medicum, assistentes, agrumque non mediocriter consueuerunt terrere. Sunt quæ ea elementum siue principiū, materia & occasio multorum morborū, vt anxietatis, oris ventriculi morsus, καρδιωγμὸν Græci vocāt, delirij, syncopes, spalmi, repentina mortis, aponia, aliorumque malorum: senij, prematuræque mortis. Seniū nanque afferunt medicamenta immodicè vacuando humores probos, vnā cum vitiosis, spiritus, calorēque siccando, aut aliter alterando: instrumenta naturalia & vitalia debilitando. Ad quæ intempestiua mors (quæ acerbæ & præmatura dicitur) necessariò consequitur. Sunt autem accidentia illa vniuersalia, quibus morbi plerique, senium, & mors intempestiua succedūt, tria protinus dicenda: quibus qua arte & ratione prospiciendum sit, in sequentibus docebit. Antiquus interpres malè, tempestiue, legit, vbi nos, acerbæ, cum Syluio vertimus: quoniam tempestiū Latinis dicitur, quod maturè suoque tempore fit, qui sensus non est ad mentem auctoris.

40 Ea autem sunt, humorum commotio citra vacationē: vacuatio illegitima & laboriosa: vacuatio denique largior, quàm necessitas postulat, interdumque immoderatissima.

¶ Symptomata, quæ in corpore purgationis tempore excitari solent, sunt hæc: humorum à medicamento purgante commotio citra vacationē: vacuatio illegitima & molesta: vacuatio multo largior quàm necessitas postulat. Intra hæc enim accidentia omnia medicamen-

K

tis consueta succedere purgationis tempore generatim continentur: eadēque morborum & accidentium omniū, quæ purgandi tempore superueniunt, elementum causāq; sunt.

Quæ tria ob tres item causas contingunt, vel propter incompetētiā vitiumque medicamenti: vel lumentis, vel accidentium superuenientium vtrique. Quæ omnia si commoderatē se habēt, 5 scire licet magni esse momenti ad corpus incolume seruandum.

¶ Singula accidentia proximē commemorata suis causis reddit. Nam quod medicamentū sumptum non vacuet, aut illegitimē & laboriosē, aut supra modum vacuet: vel in medicamento, vel in egro, vel in his, quæ vtrique communia sunt, vitium esse ait. Si enim in his nihil peccatum est, sed omnia ritē & ex arte sunt peracta: iusta, facilis, & optata sequetur purgatio: neque metus erit, ne aliquod ex dictis accidentibus negotium faceffat. Ex hac oratio 10 ne quædam resecuimus, quod superuacaneū & otiosum videretur idem toties repetere, sententiam tamen auctoris pro virili nostra reddere conati sumus.

Incompetentiā autem medicamenti est, vel quia ipsum est genere malignum, aut si malignum non est, notas fortasse non habet 15 omnes boni medicamenti, vel proportionēs artificiales, quarum ante meminimus. Vitanda igitur sunt medicamenta, quæ nec arte, nec ratione alia fieri meliora possunt: & in eligendis, obseruandæ sunt conditiones, & proportionum modi.

¶ Purgatio malē procedit vitio medicamenti, quia vel illud est genere malignum & deletē 20 rium, vt lathyris, scammonium, tithymalus, euphorbiū, thymelea, quæ non sine molestia & labore purgare solēt: vel si benignum est, quia a suo genere disciuit, qualia sunt medicamēta ex accidente maligna, de quibus latius theoremate primo egimus: vel quia non est legitimē correctum & castigatum, de qua præparandi ratione theoremate secundo abunde distēruit. Vt igitur prospera sequatur purgatio, vitanda tibi sunt medicamenta, quæ nec artificis 25 quadruplici industria, nec missione aliorum medicaminum, possunt meliora fieri: eligenda verò quæ notas sui generis ad vnguem expleat, probēque à Medico castigata sunt.

Vitio autem sumētis purgatio malē procedit, quia is est ex eorum numero, quibus est interdictus medicamentorum vsus: vel quia præparamenta ea non præcesserunt, quæ re vera securū red 30 dunt corpus ab impendente periculo. sunt autem horum præcipua, materiæ euacuandæ æquatio, viarum & meatuū necessariorum præparatio, aluus laxa & lubrica reddita.

¶ Quandoque qui assumpsit medicamētum in causā est, quod nulla vel illaudata sequatur purgatio. Quidam enim a purgantibus medicamentis prorsus abstinendi sunt: quo in numero continentur, qui optima & inculpata sanitate fruuntur, quique nullam actionem sensibi 35 liter lasam habent, neque semina aliqua morbi intus gerunt. Plethorici quoque sanguinis missione potius, quàm purgatione egent. Virium naturalium, vitalium, animalium imbecillitas, ob inanitionem euidentem vel occultam, vel alterationem prægressam, purgationem vitandam indicat. Qui etiam ex quacunque occasione vomunt, vel ante quàm medicamen 40 tum assumant, exoluuntur: inepti sunt ad purgationes inferiores, de quibus nobis sermo est. Iam vtero gerentes ante quartum mensem, & post sextum purgari recusant. Præterea obesi admodum natura, & prægraciles non sine metu purgantur. Temperamentum quoque hominis vehementer calidum & siccum, aut frigidum & humidum cathartica non citra noxā 45 experitur. Corporis quoque raritas purgationem, vt sanguinis missionem impedit. Qui dynteria, & quouis alio alui profluuii faciliē corripuntur, purgatione interdici sunt, nisi sistendæ purgationis causa fiat. Pueri item ac senes: & mulieres, quibus menses validē pur

Aētī. cap. 23. Sermo. 3. lib. 1. Auen. cen. fen. 4. lib. 1. Hippo. & Gale. aphor. 36. & 37. lib. 2. & 16. lib. 4. & Gale. lib. de sanguini. missi. Aphor. 16. lib. 2. Aētī. ibidē. & Gale. lib. de theri. ad Pifo. Hippo. & Gale. aphor. 1. lib. 4. Gale. lib. de sanguini. mis. & Auen. cē. ibidem. Gale. de theri. ad Pifo. & Apho. 24. lib. 1. & 44. li. 2.

- gantur, & quibus sanguis vel alius cuius humor aliqua parte immodicè prorumpit: qui in choleram, cõuulsionem, vel aliũ quemuis morbum, ex eo, quod vacuantur, vel cõmouentur humores, facillè incurrunt: purgari minimè debent. Blesi etiam cõtè purgandi sunt. Similiter qui certam & præscriptam habent viuendi rationem, vt qui semel in die cibo vtuntur, 5 *et* cõq; simplici & paucò. Tum quibus præcordia tument, intentiãq; aut supra modũ calida & ignea sunt: aut si inibi, vel in partibus, per quas medicamentum transitus est, sit inflammatio, vel vlcus. Ad hæc, qui vitæ institutum laboriosum habent, vt mesiores, fossiores, remiges, fabri ferrarij, baiuli. Præterea qui non dudum cibo & potu se impleuerũt, vel aliter magna cruditate laborant, ante cõctionem & humorum præparationem, purgandi non sunt. Neq; 10 medicamentis eos aggredi oportet, qui assidue & quauis de causa animo linquantur, egreque reuocantur. Neque eos quibus alius astricta est. Et qui medicamentis purgantibus non sunt assueti, cautè & vrgente necessitate purgandi sunt. Cũ enim hominis proprietatem ignores, metus est, ne plus iusto vacues, vel nullo pacto vacuationem moueas: vel si moueas, non tamen sufficienter vacues. Quidam etiam medicamenta in alimentum sapius cõuertũt 15 nihil per inferiora excernentes. Hæc ex Hippocrate, Galeno, Aëtio, Auicenna collecta sunt: quæ sic præcipiuntur, vt nunquam ab eis ducendum sit, nisi cum cautione & præmeditatione summa. Scire tamen licet in aliquibus ex his casibus clementioribus & blandioribus medicamentis nos posse vti, cũ eo tamen, vt nulla inde insignis noxa corpori sequatur. Præter hæc vt legitima rectaque sequatur purgatio, quædam præire debent, vt materiæ euacuan- 20 dæ præparatio: meatuum, quos vacuandus humor medicamentũque permeare debet, ad apertio: naturæ ad promptam deiectionem affluens factio. Aequari humores recetiores dicunt, cum crassi tenuantur, viscosi, hærentesque inciduntur & detergentur, multi minuuntur: vt minorem humorũ modum facilius natura moderetur. Viæ meatũsque aperiuntur, obstructio- 25 nationibus ventriculi, hepatis, venarum mesaraicarum, intestinorumque liberatis: & constipatione, & quouis alio obice è via sublato. Natura etiam ad promptam faciliẽque deiectionem cibus humidioribus, lubricantibus, leuiterque irritantibus, vel clementibus medicamentis, assuehit: & postea cuius medicamentò quantumuis clementi cedit. Os quoque ventriculi roborare conulant tũ Græci tũ Latini autores, quò validius ad inferiora pulio fiat. Quæ omnia diuino illo oraculo Hippocrates complexus est: Corpora (inquit) cũ quis purgare 30 voluerit, oportet fluida facere, per quæ verba fluida facere, omnia ea, quæ in secunda huius orationis parte diximus, complexus est, vt auctor est Galenus.

Vitio denique accidentium superuenientium extrinsecus error prouenit, si in victus ratione, in sex rebus non naturalibus tibi notis peccetur.

- 35 ¶ Vitio denique demum sequitur purgatio, si in sex rebus non naturalibus aliquis admittatur error. Sunt autem illæ aër, motus, quies, cibus, potus, somnus, vigilia, excretio, retentio, animi affectus: quas Galenus, alibi in quatuor, nempe sumenda, admouenda, educenda, facienda inclusit. Aër enim immodicè calidus vel frigidus siue partium anni, siue regionis, siue præsentis constitutionis, siue operimentorũ, siue alterius cuiusuis rei ratione improspere vacuationis 40 est causa, vti fusius in primo theoremate declarauimus. Astrorum etiã congressus, ortus & occasus magna religione quidã obseruandos putant: tibi etiam quatenus tunc aliqua insignis in aère sit mutatio, obseruandos hortor: alioqui lotium potius, ceteraque signa medica purgationẽ suadentia vel dissuadentia consulenda sunt, præsertim in acutis, in quibus oc- 45 casio est maximè præceptus, morãq; saepe exitium avertit. Exercitatio & quies si intempestiua sint, improspere vacuationis possunt esse causa. Nam protinus à sumptione medicamenti quiescendum est, ne intempestuo motu naturam euertamus, vomitumque eliciamus, lente & leniter, si per vires liceat, nec sit alia cõtraria indicatio, ambulare oportet, tum maxime, cum in agendo tardare videtur. Ieiunio & cõcoctione absoluta in valida purgatione offerendũ est, & cibo, & potu interdicens purgatio, donec purgatio absoluta fuerit: nisi forte ven- 50 triculi os imbecillum sit, & bilem facile contrahat, quæ animi deliquium minetur, nisi cibus

K ij

Aphor. 32. lib. 6.
Auic. & Aëtii.
ibidem.
Aphor. 24. lib. 1.
& lib. quos medi-
ca. & c. & 17. me-
tho.

Cõment. aphor.
22. & 24. lib. 1.

Gale. cõment. 11.
libro. 2. de victu
acuto. cetera ex
Aëtii. & Auicen-
na petantur.
Gale. lib. de che-
ri. ad Pisonem.

Ex cõmen. apho.
24. lib. 1.
Gale. cõm. apho.
9. libro. 2. & lib.
quos medica. & c.
& alibi.
Aphor. 21. parti.
2. lib. 2. epide.
Gale. lib. 4. sani-
tuen.
Cornè. Cel. capit.
18. li. 3. & Hippo.
& Gale. 6. epide.
parti. 5. apho. 25.
& aphor. 13. li. 4.

Aphor. 9. lib. 2.

Gale. cap. 35. ar-
tis Medicæ, & li.
1. sani. tuen.
Gale. commen. in
aphor. 5. lib. 4. &
Auic. cap. 3. & 5.
sen. 4. primi.
Aëtii. ca. 104. lib.
3. Gale. commen.
aphor. 5. lib. 4.
Manar. epist. 1.
lib. 2.
Aphor. 14. & 15.
lib. 4. Auic. sen.
4. primi. cap. 4.
Gale. in sine lib.
3. sani. tuen. & 2.
alim. cap. de po-
mis, & cap. 2. lib.
3. de causis sym-
pto.

Libri primi

Paul. cap. 6. lib. 7. Auicenn. cap. 5. fen. 4. lib. 1.

Textu & cōmen. 12. & 13. lib. 2. de yictu acutorum.

Cap. 6. lib. 7.

Ex Auicenn. cap. 5. fen. 4. lib. 1. & recitioribus quibusdam.

offeratur: tunc enim exhibendus panis ex vino aquoso, aut Ptissana, aut chondri cremor, aut simile aliquid, idē nōdum incepta vacuatione, ne cibus corrumpatur, sed protinus vbi medicamentum fuerit epotum, sic enim ad celeriore[m] medicaminis motionem etiā pondere suo opitulatur. Et si metus est, ne medicamenti reliquiae in descensu gulę & ori ventriculi adherentes læsionem aliquam insignem afferant, vt strangulationem, iugultum suffocatorium, quam læsionem medicamenta maligna præcipuē minantur: ptissana cremorem, vel iusculum insulsum, protinus a sumpto medicamento ex consilio Hippocratis & Galeni porrigimus. Eodem modo si natura imbecilla videatur, & ad medicamentum in actum redigendum pigra, ad eam excitandam iusculi parum salubriter offerimus. Alij etiā offeruntur casus, in quibus vel cibum dare ante absolutam purgationem solemus, vel certē dare, vel subtrahere non admodum refert, quos hic percerere longum esset. Somnus quoq; vt vigilia inoportuna purgationē alioqui probē institutam vitare solent. Paulus a somno in totum abstinendum esse censuit, donec medicamentum suam perfecit actionem. alij pro natura medicamenti, & sumentis, interdum vigiliam, interdum somnum laudant. Nam si catharticum medicamentū est debile, & æger stomacho est imbecillo, somnum vtilem esse putant, vt per eum reuocato calore ad interiora celerius & facilius suā medicamentū promat actionē: quod si validus & robustus ventriculus est, illis autoribus, interdicens somno ad perfectam purgationem homo est: nisi forte per eum hypercatharsin curare velis, alioqui periclitabitur, ne victo a natura medicamento in alimentū conuertatur. At verò si medicamentum purgans validum fuerit, vel durum & solidum, ad tempus dormire licet. Vbi verò natura excernere cœpit, in totum somnus prohibendus erit, donec purgatio fuerit consummata. Interdum tamen leuia quædam medicamenta imperamus, & vt quouis tempore & pleno & vacuo corpore indiscriminatim sumi possunt: sic postea ægrum dormire, vel vigilare parum referre putamus. Ad hæc excrementorū retentio, vt excretio immodica, illegitima purgationis possunt esse in causa: vt animi motus, de quibus omnibus abundē in primo theoremate disseruimus. Ad hæc referas licet animi affectus, rei horrendæ aspectum, flatus, & cuncta alia, quæ improspere vacuationis possunt esse causa.

CAPVT PRIMVM TERTII THEOREMATIS, si medicamentum commouet quidem, sed non vacuat.



PXponamus iam singulas huius diuisionis partes, primumq; si medicamentū nō vacuat, vel tardius vacuat.

¶ Particulatim trium prædictorum accidentium, morborūque ea minantium causas, tum signa, tum curationes traditurus, ab eo exorditur, quod primum in diuisione proposuit, nepe qua ratione cauendum sit, ne medicamentum humores tantum cōmoueat, vel parum vacuet: aut saltem si illud vitari nō potest, quo modo prouidemus, ne vlla inde insignis noxa sequatur. Quod vt forlicius præstet, huius accidentis causas sigillatim ante omnia enumerat: post quo pacto illis speciatim prouidendum sit, ingeniofissimē docet. Sequuntur accidens hoc ventriculi grauitas sensim crescente humore, oris ventriculi compressio, aliaque mala partim dicta, partim dicenda.

Ex lib. 2. alimen. cap. de pomis.

Id autem accidit, vel propter imbecillitatē virtutis non valentis in medicamentum agere, quo fit, vt nec illud in eam agere possit: vel propter flatus crassos medicamentum leuantes, aut in meatus corporis occultos, poros vocant, impingentes (vnde febres putridæ, syncope, repentina mors) vel ob facultatis expultricis imbecillitatem; vel ob meatuū, per quos vacuandum est, obstru-

Theorema tertium. LVII

ctionem, & constipationem: vel ob materiam expelli contumacem, quæ commouetur quidem, sed expulsionem resistit, & latius in corpore spargitur, & increfcit: aut quoniam medicamentum sua natura est imbecillum, remissumue in agendo,

- 5 ¶ Summatim intra sex causas includit omnia ea, quæ in causa esse solent, quod medicamentum humores citra vacuationem commoueat: vel parum, vel longo post tempore, quam sumptum est, vacuet. Quarum prima est natura, seu caloris naturalis imbecillitas. Cum enim medicamentum in corpus agere non possit, quin prius a natura, hoc est, calore nativo, seu virtute naturali alteratrice, in actum reducat: reduci autem nequeat a colore languido & imbecillo, sequitur, ut nec illud in naturam seu corpus agere possit. Gale. in simplicibus. & .3. temperamen. alijq. locis.
- 10 ¶ Quamobrem nullam vacuationem promouebit, quin vel in corpore corrumpetur, vel indidem nihil aut parum alteratum excernetur. Altera causa huius accidentis flatuum & crassities, & multitudo, esse solet. Nam interdum medicamentum, quod suo momento naturalique inclinatione deorsum materias protrudit: flatibus natura sua contrario motu sublatis, & secum medicamentum & humores commotos Mefues ca. 2. theore. primi.
- 15 rapiuntibus, reluctante medicamenti natura, vomitum elicit, si temerarius eorum impetus ventriculum versus casu feratur. Quod si in partem exitu carentem, vel principem inclinet, metus erit, ne inde febris putrida, syncope, repentina mors consequantur. Nam si in latentes corporis meatus (quos *ωσπορος* Græci vocant) medicamentum humoresque commotos vna trahentes flatu impetum fecerint, ibique infixi manserint, eos obstruunt: unde febris ferè succedere consuevit. Quippe cum commoti humores in loco calido & humido sint, perspiratque Gale. lib. 1. fan. tuen.
- 20 careant, nec amplius a natura regantur, putrescant necesse est. Omnis enim humor quicumque sit, si coctionem non recipit, diutius in corpore manens putrescit. Sin in cor, vel aliam principem partem peruaserint, lyncopen repetinamque mortem soliti sunt accerere. Tertia causa impedita vel imperfecta vacuationis, facultatis expultricis imbecillitas est. Licet enim reliqua omnia recte se habeant, si hæc ut decet, suo non fungitur munere, nulla aut imperfecta sequetur purgatio. Idem cap. 12. lib. 2. de diff. feb. Idem cap. 5. eiusdem lib.
- 25 Variæ autem sunt causæ, propter quas hæc virtus suum officium non facit, quas Galenus libro sexto de causis symptomatum persecutus est. Quæ cum ita iacet, ut nec medicamentorum, nec humorum ab eo attractorum stimulus nec moles ad opus suum probe obeundum eam excitare valeant, medicamentum nihil aut parum aut tardè purgabit. Quarta Cap. 117. lib. 3. & Gale. lib. 1. & 2. de diff. & caus. morbo. de forma corrup. ca. & lib. 4. sanita. tuen. de lassitudi. ylcero. & com. Iaphor. 9. lib. 2.
- 30 & quinta causa ad impedimentum facultatis expultricis referenda sunt. Licet enim ipsa valida sit, si meatus, per quos vacandum est, sint obstructi a stercore, flatibus, humore, vel aliter quomodocumque impediti: vel si humores per medicamentum euacuandi crassi, tenaces, herentes, impactique sint: nulla, aut imperfecta, sequetur purgatio. quoniam medicamentorum tractui non cedunt, imò omnes angustas vias obstruunt, & impediunt: quin potius longè lateque per vniuersum corpus diffusas humor vacuandus, largior copiosiorque euadit: quoniam Auic. sen. 4. primi cap. 4. Auic. & Sera. ca. de Scamonia. Aët. ibidem, & Gale. lib. 4. fan. tuen.
- 35 reliquam humorum molem inficit, & in suam naturam conuertit. Sexta & vltima huius accidentis causa est medicamenti oblati imbecillitas. Est autem imbecillum vel natura, vel quia ipsius exigua est exhibitæ quantitas, pro humore vacuando, corporis natura, & reliquis limitationibus necessarijs. Tunc enim vel superatam a natura in alimentum animalis conuertitur, vel deleteriã vim contrahit. Quandoque (quod magis mireris) immodicam medicamenti præsertim malignioris quantitatem impedita vacuationis volunt esse causam. Naturam enim medicamenti venenosam exitiosamque vim presentientem, non audere illud aggredi aiunt. Interim eadem per urinas impetum facit, eoque medicamenti vim dirigit. Hominum ite proprietates accidentis huius causa esse solet. Aët. ibid. & Gale. de theriaca ad Pisonem. Aphrod. initio proble.
- 40 ¶ Qui dâ enim non magis a medicamentis mouentur, quam si alimentum familiare sumperint: quin potius sæpè ea concoquant, & nutrimentum ab eis aliquando sentiunt. Has & reliquas omnes (si quæ præter recensitas erunt) causas, ad tres illas vniuersales, agrum, medicamentum, & sex res non naturales referas licet.

Quibus causis omnibus, qua ratione optima prospiciendum sit, accipe, Si ob naturæ imbecillitatem id contingit (quod sensu

Libri primi

deprehendere potes. aut enim ex morbo reualefcit homo, aut alia simili cauffa imbecillus est) & medicamentum leniēdo & lubricando est purgatorium, cibo naturam mox roborante dato post potū aquæ minimum frigida: medicamēti actio adiuuatur.

Et Auicē. cap. 9.
fen. 4. primi.

Paulus cap. 6.
lib. 7.

Aphorif. 15. & 18.
lib. 5. & libro. 8.
metho.

Paulus ibidem.

Gale. cap. vltimo
artis Medicæ, &
practicorum tur-
ba.

Gale. cap. 2. lib.
3. de cauffis sym-
ptomatum.

Hippo. & Gale. li.
2. de victu acuto-
rum, & lib. Quorū
medi. &c.

Ex apho. 15. & 15.
lib. 4. & 3. fanit.
tuendæ, & 2. ali-
men. & 3. de cauf.
sympto. cap. 2. de
facul. expultrice.

¶ Qua ratione his cauffis prospiciendum fit, in præfentia docere aggreditur, ab ea, cui principem locum dicauit, orfus. Sed cum medicamentorū genera quatuor in superioribus notauerit, quedam eorū in simili cauffa peculiarem prouidentiam exigere ostendit. Si ergo quia natura feu virtus naturalis alteratrix imbecilla est, nulla, pauca, vel tarda fequitur purgatio: medicamentūque affumptum ex genere lenientū, vel lubricantium est: audacter forbilis & calidus, & concoqui facilis cibus offerendus est, vt ius pulli, vel iuuenis gallinæ, panis ex vino aquofo, vel optimo probè diluto, ptifanæ cremor, oua forbilia, vel fimilis alius. Prius tamen quam cibus offeratur, potui danda est aqua, non gelida: ne calorē natium vel extinguat, vel imbecilliorē reddat: nec vehementer calida, ne eundem refoluat: nec tepida, quonia hęc magnopere ventriculum refoluit laxatque, & vomitum prouocat, fed velut ex sole calens vel temperata. Ea enim lauādo medicamentū promptius descendere facit: cibus naturam roborat, fuoque pondere idem deturbat, præfertim si ipse vi emolliendi præditus fit: qualis ferè liquidus esse solet. Nota verò imbecillitatis sub sensum cadunt, vt conualefcencia, senium, victus parcus & parū nutriens longo tēpore præcedens, & fimiles alia: quæ in semiotice parte Medicinæ ab autoribus plerisque docentur. Alij post cibū sumptum volunt præcipere Mesuem, vt potui huiusmodi aqua detur: quibus suffragari videtur Iacobus Syluius vir oculatissimus. Sed tu eam sequere intelligentiam, quæ proxima vero videbitur.

Si ob flatus, & malam qualitatem (quod præcedentia flatuum signa, aut intemperies æqualis, vel inequalis declarant) clysteribus, aut vomitu vacuandum est: deinde his pugnandum, quæ flatus dissoluere, aut malam qualitatem permutare posse, nosti.

¶ Cauffa efficiens in generatione flatuū calor imbecillus maxima ex parte Galeno est. Nam frigus exactum flatus excitare non valet: vt nec vehemens calor, nisi fortè materia ipsa sua-pte natura flatulenta fit. Eorum materia est humorū mala qualitas, hoc est, cruditas, crassities, lentor eorum siue sint in toto corpore, siue in aliqua ipsius parte, vt ventriculo, intestinis. Si igitur flatus, quos ferè humorū cruditas, crassitudo, & lentor comitatur, in cauffa sint vacuationis impedita, vel pauca: clysteribus, aut vomitu euocandum est medicamentū, pro vt impetus ipsius feretur. Deinde incidentibus, tenuantibus, resoluentibus, flatus discutienti sunt: materiaque ad educationē preparanda. Vtrunq; cuminum, anisum, fesele, daucum, & quæ huius sunt naturæ tum simplicia, tum cōposita præstant: post aliud exhibendum medicamentū purgans, quæ citra molestiam vllam iuste vacuabit. Flatuum notæ sunt, ructus, crepitus, motus celerrimus materiæ contentæ in interioribus, palpitatio, & quedam alia. Cruditatis, crassitiei & lentoris humorū quedam etiam notæ sunt, quas ex colore cutis, vrina, præcedente victus ratione, alijsq; signis, colligas licet.

Si quia facultas expultrice est imbecilla, aut medicamentū actio debilis, aut remissa: aquam modicè frigidam damus, & horâ post, astringentium aliquod, vt cydoniū, pyrum, vel simile. Hęc enim potenter medicamentum ad inferiora detrudunt.

¶ Frigida potus quia retentricè ventriculi vim subuertit, medicamentū retentum descendere facit, & eius imperfecta vel tarda actionē intendit, vel accelerat: suo quoque pondere & humiditate non parū in id conferente, præfertim si leuis sequatur deambulatio. Norunt id vulgares, quippe cum eis ex animi sententia aluus non descendit, dormituri largam frigidæ copiam asumentes, eam lubricam reddunt. Sed id sæpè non sine discrimine salutis tēatur. Nā inde colicus dolor, iliacus, aliæque mala interdum pullulare solent. Mesues modicè fri-

Theorema tertium. LVIII

gidā imperat, ne vires naturales profternat. Omnis enim immodica intēperies deijcit vires. Gale. libro. 3. de caus. sympto. cap. 1. & aph. 20. lib. 2. Auen. cap. 8. fen. 4. lib. 1. & Aët. cap. 117. lib. 3.
 Sic igitur per frigida potū retentrice vi euerfa, & post horā expultrice per cydonia, pyra, punica, & his similia altringentia, roborata: facilis purgantis medicamenti, & humoris cōmoti expulsio fiet. Id se fecisse narrat Galenus in iuvene, qui scammoniū sumpsit purgan-

5 di gratiā, & horis quinque à sumpto medicamento nondum purgauerat: excepto quod ille frigida potū non imperauit. Quam historiā fufē scriptam, aliaque nō penitenda comperies libro secundo alimentorum post caput de pomis.

At si viarū & canalium obctrectio in causa fuerit, clysteribus affectui conuenientibus medendum est, & alijs omnibus, quę cō-

10 stipationem expedire dicturi sumus.

¶ Si ad votum Medici non responderit venter, quia sterces durū aridūque, vel humores crassi, lenti & multi, vel flatus crassi: intestina obstruunt, & constipant, per quę transitus est medicamento & humoribus ab eo purgandis: in hoc casu clysteribus affectui conuenientibus pugnadū est, vt pote si sterces durū impedita: vacuationis causa fuerit, ex leniētibus, 15 emollientibus, & lubricantibus clyster constare debet: sin verò humores crassi, vel lēti, vel multi intercluserint illa, ex incidentibus, tenuantibus, digerentibus cōponendus est. In eundem vsū reliqua omnia vsurpabimus, quę constipationem expedire suo loco dicemus.

Quibus auxilijs, si purgatio non procedat, nulla inde noxa in signis metuenda est.

20 ¶ Quoniam duo medicamentorum genera, de quibus sermo haectenus fuit nobis, clementia sunt, & quadantenus alimenti naturam resipiūt, licet ea vacuationem nō promouerint, nulla inde noxa insignis metuenda est. Cocta nanque & superata à natura in alimentum animalis conuertuntur. Paul. cap. 6. lib. 7. Gale. cap. 23. lib. 3. simp. medi.

Si autem medicamentum purgans comprimendo nō vacuet, 25 aquam frigidam priorum nonnulli propinandam censent, quod adaucta per aquam grauitate, citius lubricet, ac descendat. Sed errauerunt illud simpliciter allērentes. Nam vt verum sit in habētibus liberos corporis meatus, in habentibus tamen hos obstruētos, aut intestinorum anfractus arctatos, augetur per aquam frigidam angustia, quare ijs exhiberi non debet. Id igitur diligenter discernendum tibi est, quod cū intellexeris, potandam tunc 30 dabis tepidam. Nā & lubricare cogit, nec est quod timeas ab ea, quod nuper diximus.

¶ Dicitur quid nobis moliendum sit, si medicamentum purgans comprimendo non vacauerit: erroneam veterum quorundā opinionem prius refellit. Censuere enim nonnulli hoc casu aqua frigida potandum esse agrum, illa ducti ratione, quod ea medicamentum in 35 intestinis hārens lubricet, & descendere faciat. Nam grauitate sua naturaliter fertur deorsum, suāque humiditate lubrica intestina reddit. Ad hęc pondere inutili tūm aqua, tūm medicamēti natura grauata ad excretionem excitatur. Quam opinionem eo solū nomine reprehendit, quod vniuersaliter citraque limitationem eā protulerint. Est enim quando utilissime exhibetur, tunc scilicet dum in intestinis primisque venis nulla obstructio, nullaque 40 constipatio est: quoniam transitus illi est liber & amplus: alioqui si via illa sint occlusa vel angusta, quia vel obstructa, vel constipata, vel aliter impedita sunt: augetur per aquam frigidam angustia, & ipsa tūm sibi tūm medicamento viam praeludit: & ita quod remedio sperauerat fore Medicus, presentaneū attulit damnum. Si igitur obstructę vel constipate, vel 45 aliter occlusę sint illę vię, tepida, non frigida porrigenda est aqua. Ea nanque non solū nō parit viarum angustiam, verum etiam eas suo calore dilatat, & rarefacit, medicamentūq;

Libri primi

ipsum humiditate sua lubricat.

Omne præterea medicamentum comprimendo purgās, quod cunque id sit, nisi vacuet, timendū tibi est, ne partes anfractuosas, aliosque meatus, exiles præsertim, lædat. Quapropter expellendum à corpore est prædictis tum lubricantibus, tum ad inferiora trahentibus.

¶ Si purgantia comprimendo medicamenta non vacuauerint, metus est, ne intestina præsertim gracilia, aliosque meatus exiles, vt venas mesenterij, obstruendō lædant. Comprimentia enim meatus omnes constringunt, arctioresque reddunt, sicuti in primo theoremate fufius persecuti sumus. Ob id enitendum est ea à corpore confestim expellere partim prædictis lubricantibus, vt aqua calida simplici, vel cui paululum olei amygdalarum dulcium adiectum sit, vel iusculo infulso pulli, vel iuuenis gallinæ, vel simili aliquo: partim clysteribus reuelentibus medicamentum ad inferiora.

At verò si medicamentum dissoluendo purgatorium fuerit, & ex his quæ vitanda diximus, nec vacuauerit: generabit anxietudinem, æstuationem, conuulsorium quendam motum, in quo partes extenduntur & retrahuntur: totius corporis laboriosos motus, capitis dolorem, σκωτοδινίαν, dolores oculorum tam vehementes, vt hi foras elidi videantur, cordis morsum, & in quibusdam præfocationem.

¶ Si deniq; medicamentum assumptum dissoluendo & attrahendo purgatorium sit, nec vacuauerit: quid agendum Medico sit ostendit. Verum quoniam trahentium medicamentorum duo genera notauit in primo theoremate, genere toto vel ex accidente maligna (quæ fugienda prorsus dixit, nisi magna aliqua necessitas ad eorum vsum nos trahat) & benigniora clementioraque, quibus tutius vtimur: de malignis toto genere vel ex accidente primum agere proponit: ante omnia tamen morbos & symptomata, quæ cohibitam illorum vacuationem consequuntur, enumerat: deinde qua ratione huic malo medendum sit, tradit. Si igitur medicamentū dissoluendo purgans genere malignum non purgauerit, vel citra iustum modum purgauerit, in corpore retentum anxietudinē, aliāque recensita mala inuehit. Est autem anxietudo (quam barbari angustiam vocant) inquietudo quædam & cruciatus, cum corpus modo huc modo illuc conuertitur, & in varias figuras mutatur, nusquam nulloque modo conuiescere potens. Hanc anxietatē pariunt tum medicamentum ipsum, tum humores ab eo attracti, dum suo morsu, vel alioqui qualitate molesta, os ventriculi offendūt. Aestuationem quoq; id est, vexationē, inquietudinem, & anhelationē affert: eorum exemplo qui æstum vehementem patiuntur, vel in modum maris, cum ventis sursum deorsumq; citra intermissionem vllam agitur. Conuulsorium motus qualis sit, ipsemet explicuit, dum addidit, in quo partes extenduntur, & retrahuntur. Idem etiam ex vomitu discere est, neq; solum conuulsorium motum, verū etiam interdum conuulsionem accersunt. Totius corporis motus laboriosos, vt crurum & brachiorum frequentem iactationem, inæquabilēque totius corporis motum, crebrā & repentinam decubitus mutationem. Dolorem capitis, oculorum, scotoma seu scotodiniā vapores tetri, mordaces, à medicamento & humoribus in caput elati inuehunt, quæ accidentia plenius theoremate quarto explicabimus. Cordis morsus, oris ventriculi est affectio, Græcis καρδιωγνός nuncupata, cum illud veluti rodetur ab humore, vel à medicamento acri, & corrosiuo humoribusque eodem ab ipso attractis. Vulgo nanq; os ventriculi cor vocatur, quia similes affectus & symptomata atq; cor consuevit asferre, & cor ipsum in consensum saepe trahere. Quædam etiam strangulatoria sunt medicamenta vel suapte natura vt helleborus vterq; elaterium, thapsia, agaricus, vel quia maximam humorum vim ad ventriculum traxerunt: quæ retenta os ventriculi comprimunt, lan-

Ex Gale. commē.
aphor. 9. lib. 2. &
lib. 4. sani. tuen.

Gale. cōmēta. 56.
lib. 7. aphorif.

Paul. lib. 3. Gale.
de placi. Hippo.
& cap. 7. libr. 1.
de caus. sympto.
& capi. 1. & 5. li.
5. locorum affec.
& 3. de cris. &
6. sani. tuen.
Mesu. in simpli.
Acti. Gale. lib. 2.
alimen. post cap.
de pomis.

cinant, diuellunt, & syncopen stomachicam interim excitant.

Quàm potest igitur celerrimè à corpore expellèdum est vomitu, aut deiectione [potius] exhibitis rebus, quæ illa sua virtute prouocent, quò facilius fiat expulsio, & si motus ipsius ad superiora fuerit, compescatur is motus, & ad inferiora retrahatur clysteribus, etiam valenter trahentibus, si necessitas postulat.

¶ Qua via & ratione remedium huic malo afferendum sit, iam docet. quia tamen & alterando & vacuando illi mederi licet, primùm qua methodo quod infestat è corpore educi debeat, tradit: protinus docturus quo pacto per alterantia malignam ipsius vim vel tollamus, vel obtundamus. Medicamentum igitur huiusmodi si diutius in corpore citra vacuationem immorari videatur: quàm celerrimè potest fieri, è corpore educendū est vomitu, si eò sponte sua ferri videatur, vel adhuc in ventriculo sit, in eoque nauseam, ructus, morsum, strangu-
 10 lationem excitarit: aut potius deiectione, propter causas recensitas in secundo theoremate. Quæ vt minori negotio perficiantur, non temerè feceris, si aliqua leuiter vomitū vel de-
 15 iectionem irritantia obtuleris. Præcipuo tamen studio enitendum est, etiam si medicamentum ad superiora vergat, vt ducta alio vacuetur: in quam rem clysteres non modo molles, sed acres etiã & valentes vsurpandi sunt. Quo casu grauia interim succedunt symptomata vt carus, scotoma, delirium, capitis dolor. At verò medicamenta, quæ vomitū & deiectione
 20 laceflunt, quoniã in promptu & ad manum cuius sunt, superua canem duxi operi nostro inserere. Paulus si morbi magnitudo vrgeat, vel si æger vellicetur, distendatur, lancinationem experiatur: iniecto clystere si venter non respondeat, & accidentia permaneant, lauare liberaliter inungendo iubet.

Ad finem cap. 6.
libro. 7.

Quandoq; etiam multorum eiusmodi medicamentorum malignitas reprimitur, Ruso autore, potu aquæ vehementer frigidæ,
 25 & in eadem infessione: quoniã acrimoniam frāgit. Omnia enim quæ eam, & acrimoniam, & inflammationem, & furiosum impetum tollunt, partim dicta, partim dicenda, in id conferunt. Sicuti & theriacæ species, quæadmodum proximis capitibus dictū est.

¶ Quoniam pleraq; medicamenta maligna sunt acria, inflammabilia, & obuias quasq; partes furentis in modū ludentia: iure suo alterantia, & quæ contrarios possunt præstare effectus, vt alexiteria, glutinosa, vnctuosa, eorū malignitatē & venenosam vim obtundere posse dicitur. de quibus in secundo theoremate copiosè satis dictum est, dicitur etiã in sequentibus. Frigida igitur potus eo maxime nomine cōmendatur, quòd sua qualitate medicaminis acrimoniam hebetet, & inflammandi promptitudinem, ceterasque noxas imminentes vel
 35 presentes vel tollat, vel minuat. Interim etiã debilitata retētrice vi expultrix ad opus suum excitatur, pondere & lubricitate sua non parum iuuante aqua. In quam etiam rem theriacæ species insigniter conferunt. Vocat autē species theriacæ medicamenta omnia, quæ aduersus malignam & letalem medicamentorū vim à proprietate valent. Sunt verò huiusmodi medicamenta tum simplicia tum composita non pauca prodita literis, de quibus longam
 40 in superioribus habuimus orationē. Rufus (cuius etiam frigida potus inuentum est) eidem frigida sic affectos infedere iubeat, opinatus in eundem scopum non parū infessum illum conferre. Paulus vt dixi, balnei vsu & vnctionem commendat.

Diosco. cap. de di-
stamno. & de pi-
pere, & de hiacin-
to, & alibi. Gale.
lib. 2. de antido.
varias theriacas
cōpositiones no-
tat.

Si autem medicamentum benignum sit, tamen non vacuarit, sed anxietudinem, ventris tormina, æstuationem corporis, capitis
 45 dolorē vertiginosum, scotodiniam seu oculorum obtenebrationem, halicas, & oscitationes excitet: citò expellatur collyrijs & clysteribus trahētib; illud ad inferiora, sumptis primū astrin-

gentibus ipsum deturbaturis, ut cydonijs, mastiche, & similibus. Plurima enim talia medicamentum ad inferiora valēter compellunt. Quod si hæc non profuerint, & accidentia praua multiplicentur, & materia tenuata sursum feratur; secūda necessario vena est, primum axillaris, deinde vena malleoli; est enim utilis valde in hanc rem.

¶ Si medicamentum dissoluendo purgans neque genere neque accidente malignum vacuationem non promouerit, aut citra modū vacauerit: quia ratione sint nobis cauenda vel cohibenda mala, quæ inde succedere solent, oratione hac edifferit. Succedunt verò eadem ferè accidentia, quæ prohibitam & imperfectam medicamēti maligni vacuationē sequi dixit intentione tamen & remissione non aliter ac ipsa medicamenta bonitate & malitia inter se differunt. Quod igitur barbarus interpret angustiam verterat, anxietudinē interpretatur, à priori sententia non discedentes. Per mordicationē ventris, vel cardiagmon, ut prius vel potius tormina intelligit. Tormina verò nobis significat hinc idē quod Græcis σποφός, nepe dolorem, morsum, cruciatū intestinorum à medicamento, vel humoribus acris & mordacibus eò attractis excitatum, vertigo quid sit, & quò à scotodinia differat, abūde in quarto theoremate docebimus. Illud verò diligenter obseruandū est. ἀλυκας quod alij ἀλας vocant, quosdam pandiculationem vertere: quibus suffragari videtur Meues oscitationem illi ascribens: alios anxietudinē, quibus nos assentimur, interpretari. Quæ opinio nūm differentia ex commentario Galeni quinquages. sex. lib. septi. Aphorif. manasse videtur. Nā eo loco anxietudinis & pandiculationis meminit, non quòd vtrunq; ἀλυκῆ cōplecteretur, sed quòd oscitatio, cuius Hippocrates mentionem fecerat, affinis valde atq; cōiunctus esset pandiculationi: & quia remediū, de quo ibi agebatur, vtrique affectui erat commune. Vtriusq; enim symptomatica causa est humiditas stauosa, vel spiritus vaporosus, in musculis corporis contenta, ad quæ expellenda natura violento motu mouetur: in pandiculatione quidem omnes corporis musculos, sed præsertim artuum distendit: in oscitatione verò musculos tantū maxillam inferiorem aperientes. Neque ob id inficiamur pandiculationem medicamēta quandoque excitare posse humore vacuando in statum conuerso. Prælibatis in hunc modum significationibus harum affectionum, præsidia, quæ causam illas excitantem tollant, deinceps tradamus. Igitur ut primū poterimus, è corpore expellendū est huiusmodi medicamentum, & humores ab eo commoti. In quem vsū astringentia, ut cydonia, pyra, mastiche, & his similia sumuntur. Hæc enim pondere suo medicamentum & humores ad ventriculum & intestina attractos secum deturbant. ad hæc, os ventriculi roborant: quo fit ut valentiū ea deorsum protrudāt. Veteres mastiches leuissimè trite drach. quatuor, vel tres, ex aqua calida magno successu propinabant. Recentiores mastiches modum temperant, & ex iure pulli gallinacci, vel gallinæ, vel simili cum momento olei amygdalarum dulcium, eam exhibent. Post collyrijs, balanos Græci vocant, & clysteribus paulò acrioribus naturā ad excretionem sollicitare iubet. Quæ omnia si frustra tentauerit Medicus, & prædicta symptomata inualescant, vel perseuerent in eodem statu: si cum his ita affectus multi sanguinis sit, oculos rubros, emissitios prominentesque habeat, non ex natura, sed ex medicamenti potione: & corporis tum plenitudinem, tum grauitatem sentiat: venam secare iubet, axillarem siue internam primū, deinde venam internam malleoli: illam basilicam, hanc saphenam Medicorum vulgus vocat. Paulus, quem Auicennas sequutus est, sanguinem mittere iubet, non tamen secandam venam designat. Illud silentio inuoluendum non est, collyrium medicamentum esse oculorum morbis dicatum, in eaque significatione ferè semper à recentioribus tum Græcis tum Latinis vsurpari. Interdum tamen medicamentum teres ad digiti formam & longitudinem ferè coactum sic vocari: quod per naturalia mulierum inditū pessus Græcis & Latinis dicitur, barbaris pessarium: per anum verò idem immisissum ad irritandam expultricem vim βάλανος Græcis, Latinis glans, barbaris suppositoriū vocatur. Vbi etiā

Auicē. fen. 7. primi, doctri. 2. ca. 63.

Gale. libro. 2. de caus. sympto. & omnes aphor. prædicti.

Acti. sermo. 3. li. 1. & Auicē. capit. 8. fen. 4. primi. Gale. lib. 6. sani. tuen. Paul. cap. 6. lib. 7. & Acti. ibidē. Acti. 4. Auicē. 3.

Cap. 6. lib. 7. Paul. Aui. ibidē. Ex Diosco. capit. de dracunculo. Guido & reliqui barbaro latini. Columella cap. 6. lib. 6. Celsi cap. 4. & 5. lib. 7.

fistulosa & cauernosa vlcera sunt, vt in pudendis mulierum, ano, alijsq; partibus cauernosis & profundis, collyrijs vtimur, quo medicamenta ad intima fistula demittere possimus. Hinc facile patet collyrium non ineptè pro balano vsurpari, vt quidam non omnino indocti contendunt.

5 At verò ex his omnibus præcipuã spem in clysteribus pro vario affectu compositis habeto. hi enim euidentè vtilitatem afferre solent, à magnis terroribus hominem vindicantes.

¶ Inter omnia, quæ hæcenus scripsit remedia ad medicamentum (qualecunque id sit) detur Auicē. fen. 4. primi cap. 17. bandum, vel impediendum, ne maligna ipsius & humoris cōmoti vis per corpus grassetur: vt
10 primas obtinet clyster, præsertim si is pro corporis dispositione & affectu compositus sit: vt si leniēs & emolliens fuerit, cum stercus durum & siccum retenti medicamenti causa est: si incidens, tenuās, flatus digerens, dum humores crassi, lenti, vel flatus, vacuationē impediūt: si etiam leui & molli clytere retentum medicamentum speramus posse detrahi, acriori frustra nō fatigetur eger: & si desperamus leuiori posse euocari, acriori tūc vtamur. Hoc enim
15 modo compositus præterquam quòd summā euidentēque vtilitatem affert, medicamentum & humores vacuando, terrentia symptomata morbōsque sedando: nulla ab eo noxa corpori impendet.

Vomitus autem tunc est prouocandus, cum pharmacum generat cordis morsum, & nauseam, & ipsum genere est strangulatorium, & singultum suffocatorium excitat: sed ne tum quidem
20 clysteres negligē, imò maxima in eis sit tibi fiducia, præsertim cū ventrem, aut hypochondria angit medicamentū, & torminibus, & æstuatione ea fatigat.

¶ Interdum etiam aduersus hoc accidens vomitum vsurpamus, tunc maximè dum purgans Gale. libro. 2. de placitis Hippo. & Plato. & cap. 7. lib. 1. de sympto. causis, & alibi. medicamentum cordis, id est, oris ventriculi, generat morsum (hoc enim iam omnes equiuoco nomine vocare cor diximus) vel nauseam prouocat, vel genere est strangulatorium Cap. de helleboro albo. (vt helleborus albus, aduersum quam noxam veteres, cum sumpturi erant helleborum, corpus cibo præmunire solebant, vt autor est Dioscorides) vel singultum suffocatorium excitat (vt cum aliqua ipsius pars in transitu in ore ventriculi hæsit, quæ morfu & vellicatu conuulsorium motum, & strangulatoriū affert) Sed ne tum quidē clysteres, acriores præsertim, Gale. cōmen. 11. libro. 2. de vitiu acutorum. negligendi sunt, quoniam reuulsis quæ lædunt deorsum, insigniter iuuare solent. præcipue tamen commédantur, cum medicamentū ad intestina iam descendit, & partes quæ citra vmbilicum sunt, præcordiaque ipsa, hypochondria Græci vocant, morfu, rosione, tensione, & æstuatione vexat.

35 **¶ SI MEDICAMENTVM ILLEGITIMÈ & laboriosè vacuat. Cap. ij.**

40 **M**edicamentū illegitimè & laboriosè vacuare dicimus, quod vacuat quidem, sed non quod vacuari oportuit: & quod cum vehementi corporis turbatione, vt subuersione, vomitu, torminibus, æstuatione purgat.

¶ Expositis præsidijs, quibus enitendum nobis est medicamentum in corpore retentum & humores ab eo commotos educere, vel si quid vacuationi defuit, restituere, tum affectibus huic accidenti solitis succedere mederi: dicendum est, quid agere oporteat, si medicamentū vacauerit intra modum, sed illegitimè & cum labore. Illegitimè vacuare dicitur, dum aliè
45 num & non cognatum sibi, quanquam corruptum, educit humorem: & cum benignum &

Gale. cap. 1. & 3.
lib. 8. cōpo. ph. p.

naturalem educit, neque copia, neque qualitate peccantē. Cū labore vacuat, vbi inter purgandū magnam corpori affert perturbationē, vt subuersionem (hoc est nauseosam dispositionem, ad quam vomitus interdū sequitur, interdū animi deliquium propter consensum, quem cum cerebro habet os ventriculi) vomitum, tormina, æstuationem, & huiusmodi alia terrentia symptomata scripta à Galeno commentario in aphorismum. ix. libri. ij. & libro quarto sanitatis tuendæ. Quæ omnia, vt auxilia, quibus aduersus hæc nos vti oporteat, fufius in sequentibus docet.

Si igitur vacuauerit corruptum quidem & impurum, sed non quod oportuit, necessario iteranda vacuatio est, vt ea ipsa materia vacuetur, quam prius vacuare intenderas: alioqui latius in corpore spargetur, & increfcet, ob agitationem & commotionem in eo factam, & aliarum materiarum in ipsam conuersionem: quo modo in lacunam dum diuersa tum pura tum impura affluunt, & totam tandem impuram reddunt.

Sera. lib. 7. anti.
do. cap. 10.

¶ Licet Medicus recte coniecerit humoris peccantis speciem, & medicamentum illi vacuando familiare obtulerit: contingit tamē interdum vt alius ab eo, quem educere instituerat vacuetur humor. Is autem quandoq; vitiosus est, sed medicamento exhibito minimē familiaris: quandoq; bonus & naturalis neq; quantitate neq; qualitate peccans. Tum huius tum illius educitio, illegitima & improspera purgatio dicitur. Quod autem alius à sperato humor corruptus vacuetur, in causa esse solet humoris tum situs, tum quantitas, tum qualitas. Si enim per medicamentum educendus humor vltra hepar sit in venis, vel habitu corporis vt melancholicus: & in ventriculo, venis mesenterij, intestinis alterius generis humor sit, vt pituitosus, vel biliosus: dum medicamentum melanagogum ventriculum & partes alias mordet, pungit, vellicat: facultatem expultricem suscitatur, quæ humores obuios & propinquos vnā cum medicamento deturbat: quo pulso sisti vacuatio solet. Quamobrem medicamentum aliud offerre compellitur Medicus, quod optatum humorem educat. Quantitas & qualitas humoris eiusdē accidentis causa esse possunt: vt si pituitam in corpore redundare coniecerat Medicus, & illi vacuandæ medicamentum conueniens obtulerat: sit tamen alius humor in corpore vt biliosus, atrabiliaris, qui naturæ magis infestus est, & morbum potius fouet: naturam irritatam à medicamento credendum est expulsuram eum, cuius quantitas vel qualitas longè infestior illi est, erroremque Medici occultaturam, si modo natura medicamentū dirigere & limitare valet. Vt enim in purgationibus immo dicis sanguinē nunquam ea nisi vltimum relinquit: quia familiaris & amicus illi est, alioqui quia leuis & fluere promptus proximè post bilem educendus erat: ita confidendum est ex corruptis humoribus eum primum educiturā, qui in corpore largissimus est, vel qualitate maximè infestus. Quam obrem cum alius à vacuato humor in corpore peccet, alio exhibito medicamine is educendus est. Nam nisi vacuetur, quia agitated & commotus à medicamento est, diffusus per corpus vniuersam humorum molem corruptet, sibiq; similem reddet. Non aliter atq; dum in lacunam aquæ tum puræ tum impuræ confluunt, tota tandem lacunæ aqua sordida impuræq; euadit.

Quod si non corruptum, sed bonum educat humorem, æstuationem in corpore generat: at cum medicamentum excrementa vacuat, nulla est æstuatio. Cum igitur qui medicamentum sumpsit, æstuat, vexabitur, summopere debilitabitur: scito vacuari benignum & necessarium, quem natura expellere recusat. Igitur quam celerrimè tale medicamentum è corpore expellendum est, & ipsius vires continuo frangendæ: quæ duo aqua calida in horas pota præstat. Ea enim pota medicamentum lubricando cito

deturbat, & ipsius virtutem frangit. Alia etiam idem potētia nos plenius trademus.

- ¶ Si coniectura falsus Medicus (quod in hominem etiam doctum incidere potest) benignū & necessariū eduxerit humorē, quibus signis id cognoscere liceat, & qua ratione mala, quę inde prouenire solent, præcauere, vel saltem cohibere possit, nunc scribit. Sic enim natura in massa sanguinis concorde pace ligauit humores quatuor alioqui naturis disidentes, vt mutuas operas sibi præstent. Sanguis & bilis naturā calidi, tenues, fluxiles humores pituitā & melancholiā frigidis crassis, & ad motū pigris temperantur: & ē regione horū frigiditas, crassities, lentitudo, illorū mixtione diluitur. Sanguinis humiditatē bilis & melancholicus humor moderantur: bilis acrimoniā, morsum, amaritudinem pituita & atrabilarius humor obtundunt. Hanc humorū symmetriam seruat homo tantisper, dū sanus est, & rectē valet: cum ab ea symmetria insigniter recessit, morbo conflictatur. Recedit autem dum à mensura iusta & qualitate naturali exorbitant humores: vtrunque sub vocabulo corrupti & impuri prius complexus est. Accidit interdū vt vnus ex tribus præcipuē humoribus quantitate vel qualitate peccet: interim duo, interim tres. Quoties igitur medicamentum oblatum nullam cum peccante humore familiaritatem habet, sed cū bono & naturali: illegitima, symptomatica, & laboriosa sequetur purgatio. Siquidem dū medicamentum ipsum proprium & familiarē sibi conatur educere humorē, natura contrā retinere, quia necessarius est ad massam sanguinis contēperandam, & ad animalis tutelā, magna in corpore lucta & conturbatio fit.
- ¶ Quippē medicamentū, quia malignum & deleteriū est (de his enim nunc est nobis sermo) sanguinē ac carnes colliquat, vt ex ipsis propriū attrahat humorē: non secus ac cū sano purgans medicamentū porrigitur, apho. xxxvij. lib. ij. & xvj. lib. iij. Quod dum fit, qui medicamentū assumpsit, æstuat, vexatur, viribus admodū deiectis languet, vertiginē, tormina patitur, cōuellitur. Quę omnia Hippocrates in aphorismis illa oratione complexus est. Sin minus, contrā: hoc est, si boni & naturales humores vacuētur, purgatus grauius & molestē id fert. nēpē æstuat, vexatur, viribus exoluitur, vertiginē, tormina patitur, cōuellitur: neq; purgatio cōfert. Quę certa sunt inditia vacuati humoris boni & naturalis, non maligni & infantis. Nam cum hic vacuatur, nullū eorum accidentium adest, quin faciliē vacationē fert æger, & in ea delectatur: quam corporis quies, somnus, & euidentis vtilitas cōsequuntur. Igitur cum primū videris ægrum huiusmodi accidentibus infestari, medicamenti vires frangēde tibi, & idem ē corpore expellendum nulla interposita mora. Vtrunque aqua calida paulatim & ex intervallis pota præstat. sunt etiam pleraque alia remedia dicenda à nobis capite sequenti, & in simplicibus libro secundo.

Vomitum autem & animæ subuersio accidunt, vel quia medicamentum suapte natura est vomitorium, aut si non sit vomitorium, quia alia atque alia faciunt illud vomitorium: vt stomachi imbecillitas, aut stercus siccius, aut viarū arctatio, aut quoniam medicamentū est abominabile, aut quoniā idem à flatibus leuatur.

- ¶ Symptomatica etiam & laboriosa purgatio dicitur, quam vomitus, animæ subuersio, tormina, consequuntur: quorū trium accidentiū causas & curationes deinceps scribit. Vocat autem subuersionem, dispositionem nauseosam, ad quam vomitus interdum sequitur, interdū animi deliquium succedere potest propter consensum, quē os ventriculi cum cerebro facultatis animalis sede habet. Horū accidentium causæ eēdem planē sunt ijs, quę ex deiectione reddunt vomitoriū medicamentum. de quibus capite secundo primi theorematis abundē est dictum.

Quod si vomitus accidat ob stercus siccius, viarum obstructio nem: clysteres necessarij sunt, & ea, quę obstructionem liberant; quę si non sufficiūt, præstat vt vomitu expellatur medicamentū.

L

Libri primi

¶ Quibus præsidij occurrēdū sit accidentibus proximē dictis, partim in præsentia docet, partim in præcedentibus declarauit. Nā si vomitus vel nausea accidat, quia medicamentum natura sua est vomitoriū: qua ratione facultas hæc vomitoria ab eo auferenda vel castiganda sit, in secundo theoremate explicuit. Si stomachi, hoc est, oris ventriculi imbecillitas, vel medicamenti horror, vel abominatio vomitum promouerint, qua methodo is cohibendus sit, in sequenti oratione fusē edisseret. At si stercoreis ficcitas, intestinorū obstructio, flatus, medicamentum deorsum descendere prohibeant: quibus auxilijs aduersus hæc vti debeamus, hæc oratione declarat. Si igitur ficcus sterco in intestinis adhæret, clysteres, qui vim habeāt emolliendi vsurpabimus. Si humores multi, crassi, lēti, vel flatus, vias obstruxerint: ex incidentibus, tenuantibus, detergentibus, resoluētibus clysteres componemus: & alia tum sumpta, tum ad mota vim dissipandi flatus habentia in eundem vsū assumemus. Quæ omnia si frustra tentata fuerint, vomitus eliciendus est: potissimū si assumptū medicamentum genere vel ex accidente malignum & deleterium fuerit.

Quod si quia stomachus imbecillus est, aut quia sumptū medicamentū est abominabile, vomitus timeatur: hoc modo te geras oportet. In primis caue ne, qui sumpsit medicamentum, protinus se moueat, sed eo sumpto diu à corporis & animæ motibus, quoad eius fieri poterit, abstineat, donec in medicamentum ipsum natura vndique agat. Nisi enim natura agat in ipsum, non aget ipsum in naturam. Tum etiam æger flores, plantas, aliaque suauiter olentia, odoret: qualia sunt menta, samfuchus, maiorana, citri folia & fructus, apium, absinthium, rosæ, cydonia, cestianum, bolus aqua rosata & aceto aspersa, lutū, quo abluitur, nutritum rosis recentibus, & aqua rosarum. Friccio etiam extremarū partium, & earum constrictio dolorifica, in idem iuuat, manus item ac pedes aquæ præ calore multum mordēti imposuisse similiter in idem confert. Protinus autem à sumpto medicamento stypticum aliquid mordeat, & bibat quasi lambendo. Facies aqua rosata, vel alia suauiter olente, leuiter aspergenda est, præsertim nausea incipiente. Gaudium etiam & deliciarum cura, similiter à vomitu liberant. Vbi verò anima sedata fuerit, ambulet, & leniter, lentēq; moueatur. Iuuat enim hic motus, vt docuit Hippocrates.

Auicē. cap. 5. sen. 4. lib. 1.

Initio theore. 1. & 2.

Capit. 2. primi theore. & initio huius.

Mesu. cap. 1. secūdi theore. & Auicē. loco proximē ad ducto. & Gal. ca. 3. libro. 8. compo. ph. p.

Rasis cap. de cholera morb. & Gra di in eūdē locū.

¶ Si stomachus imbecillus est, aut sumptum est medicamentum abominabile, ob idque vomitus timeatur: ei, qui medicamentum sumpsit, motu corporis & animi tātis per interdices, dum natura medicamentum amplexa ipsum alteret, & transmutet: alioqui non acturum in naturam, sicuti in superioribus ostensum à nobis est. Motum verò tum corporis tum animi vim eliciendi vomitum habere supra etiā exposuimus: quo loco diuersis temporibus initū corporis motum vim deiciendi aluum & promouendi vomitum, habere declarauimus. Ad hæc, flores, plantas, fructus, & reliqua suauiter olentia naribus obijcienda in eundem scopum. vt enim graueolentia stomachum subuertere solent, & ad nauseam & vomitū prouocare: sic odorata corroborant, & nauseam & vomitum compefcunt. Inter quæ menta, samfuchus, maiorana, citri tum folia tum fructus, apium, absinthium Romanū, rosæ, cydonia, Cestianum malū, bolus terræ Armeniæ (Auicennas, & Rasis bolus chorascenus legunt, quæ Gradi in cōmentarijs Armenū esse putat) vel alterius, vel panis, vel alterius rei, aqua rosata & aceto aspersus, terra, qua panni abluuntur, rosis recētibus, & aqua rosata nutrita. Præterea fricuisse artus, & ad articulos vinculis dolorificis ea comprehēdisse, nō mediocriter iuuare

Theorema tertium. LXII

tum Mesues tū Auicennas scribunt. Galenus (veteris veræq; medicine interpres & propaga-
tor) de eadem re sic decernit: Vbi deorsum humoris impetus fertur, vt hemorrhoidibus, al-
uo, vtero, immodicè fluentibus, vel ex vulnere partibus inferioribus sanguinè vltra modū
fundentibus: brachia pluribus & vehementibus vinculis vincienda sunt: sanguine verò è na-
5 ribus immodicè manante, & vomitu infestante, vel superiorum partium vulnere profun-
dente sanguinem: crura pluribus & valentioribus vinculis stringenda. Neque ab re sic præci-
pit, quoniam tum vincula, tum frictions ad se humores prouocant. Quam limitationem in
aqua quoque vehementer calida seruandā puto: nam & ea vomitui sistendo creditur utilis,
quia morfu, & calore ad se humores, euocat. Calere verò supra mediocritatem debet, vt nō
10 modo calore, verum etiam dolore materiam reuellere possit: alioqui pedes & manus calfe-
cisse ad vomitum promptius eliciendum confert, vt autor est idem Galenus. Præter hæc, vt
01 primum medicamentum assumpsit, stypticum aliquid mordeat, mandat, & substantiam vel
succum transglutiat: aut succum eiusdem facultatis, vt cydoniorū, punicorum paulatim bi-
bat. Hæc enim quia os ventriculi firmant, constringunt, materias deorsum pellunt: vomitū
15 & nauseam sedare possunt. Tum etiā facies aqua rosata vel alia suauis odore prædita impro-
uiso ægro leniter aspergenda est. sic enim expauesfacto & refrigerato homine, calor natiuus
vnā cum spiritibus & humoribus, quasi animans, ad interiora defugit. Ab his, gaudiū & de-
litiarum cura vomitū amoliri solent. Mens namq; nostra à medicamenti apprehensione ad
20 alia, quibus magnopere capitur distracta, non solum vomitū prohibere, verum etiam vom-
itorium medicamentū, deiectorium reddere potest. Amici igitur ægro gratissimi eum visant,
qui blandè alloquentes ea proponant, & narrent, quibus ille magnopere delectari consue-
uit. Musica instrumenta, cantilenæ iucundæ, vox sonora & suavis, in eundē scopum nō parū
02 conferunt. Breuiter omnis voluendus est lapis, quo ægrum à medicamenti assumpti cogita-
tione auertamus, donec natura placata medicamentū vndiq; contineat, amplexetur, alteret,
25 in actūque redigat, nausea & horror cesset. Quo tempore leuiter & lentè ambulare, quo
promptius medicamentū descendat, non parum cōfert, vt docuit Hippocrates. Quanquam
ille eo loco de vomitorio medicamento loquitur, sed tamen ratio illa deiectorio quoq; ac-
comodari potest, modo diuerso tempore exerceatur, vt ex Galeno docuimus. Hæc tibi Me-
sues scribit remedia ad vomitū prohibendum. Prodest etiā fasciā lintea aceto rosaceo im-
30 buta collum obducere: os protinus à sumpto medicamento vino vel aqua abluere, cucurbi-
tulam leuem ventriculo attingere, somnū, nisi quid prohibeat, conciliare, solido medicamen-
to vt pilulis, bolis, vti. Medicamenti odorem ingrātū fallere oportet compressis naribus: sa-
porem, præmanso tarchon, vel simili re. Alias etiam alij scribunt artes ad vomitū prohiben-
dum, odorem, saporem, colorē, ingrātum tegendum: quos is consulat, qui harum rerum ple-
35 nam cognitionē habere cupit. Hactenus autoris mentem pro virili nostra planam fecimus.
Superest scrupulos quosdam tollere, qui nouitios Medicos malè habere possent. Ex quibus
primum occurrit sampsuchus & maiorana, de quibus certant nostri seculi Medici, & adhuc
sub iudice lis est. Nonnulli enim arbitrantur sampsuchum & maioranam (quæ Græcis ama-
40 racus dicitur) plantam eandē esse, solòque nomine differre. alij herbas diuersas esse conten-
dunt, & tum hi tum illi rationes & autores superesse sibi putant. Quam litem neutiquā hic
dirimere statuimus, quoniā multum otij & verborum requirit: sed admonere dūtaxat non
tantum apud hunc autorem, verū etiam apud Cornelium Celsum separatim ceu plantas di-
uersas notari, Cestianum pro matianum substituiamus, licet apud Auicennam quoq; & Ra-
55 sium matianū legatur, & in hoc autore capite sequenti, & theoremate. iij. capite de imbecil-
litate stomachi, quoniam apud Galenum, vbi de eadē differit materia, Cestianum & Cestia
na legimus. Est autē Cestianum mali genus astringens citra cocturā, coctum verò stomacho
01 gratum, Romæ frequens, & vulgo sic appellatum (Eius loco sumi potest quodcūq; malū,
modo mediocriter astringat fortasse sic dictum, quod à Cestia gente in confinio Persidis
Romam sit translata planta, vt Persicum, Punicum, Armeniacum, Pertium, & pleraq; alia
65 ob similem causam fortuitur appellationem. Lutum, quo pannus scilicet abluatur, id est,
Cimolia terra. Nam famisci & fullones hæc vtuntur ad eluendos pannos. Illud verò: super

Auicē. ibidem.
Gale. libro. 1. ad
Glaucōnem.

Auicē. cap. 5. & 8.
fen. 4. primi, &
Gale. Paul. Aëtii.
locis adductis.

Arist. proble. 10.
secti. 27.

Auicē. cap. 5. lib.
1. fen. 4.
Aphor. 14. & 15.
lib. 4.

Gale. commen. in
aphorif. 15. lib. 4.
& Auicē. ibidem.

Syl. & Musa.

Herms. Manar.

Capit. 11. lib. 5.
Capit. 8. fen. 4.
primi.
7. & 13. metho-
meden. & cap. 1.
lib. 2. & 6. cōpo.
ph. p. & ca. 5. lib.
9. in cōpo. Andro-
machi.

Plini. lib. 2. cap.
109.

Cap. 5. fen. 4. primi.

medicinam autem stypticam & c. hoc modo legendum putamus: super autē Medicinam stypticam mordeat & c. ut sit sensus, post sumptum medicamentum purgans aliquid edendum vel bibendum est, quod vim alstrictoriam habeat. Nam & Auicennas, a quo Mesues sententiam illam mutuauit, pro nobis aperte facit, inquit, & cum ipsam biberit, de super rem stypticam bibat. Hæc nostra est sententia, quisque suum sequatur iudicium.

Tormina autem medicamentum excitat, quod stomachum, & partes, quas permeat, pungendo lædit; aut quod immodicè trahit humorem tam benignum, quam malignum; aut quia partes, per quas transit, praua intemperie afficit. Ob id citò virtus eius frangenda & infirmanda est, ipsūmque cito etiam à corpore expellendum, ut supra à nobis dictum est, & mox dicetur.

Gale. comm. in aphor. 24. lib. 1. & Auic. cap. 3. fen. 4. primi.

¶ Laboriosa quoque & symptomata est purgatio, quæ cū torminibus, & partium internarū cruciatibus fit. Accidunt autem tormina & cruciatus, vel quia medicamentum calidum & siccum insigniter, ac re vrens, corrosiuū est, ut scammonium, euphorbium, mezerion, & alia id genus (Hæc nanque partes, quas permeant, & in quibus morā trahunt, pungunt, rodunt, vlcérant, intemperie simili suæ afficiunt, inflammant, febres suscitant) vel quia immodicè trahit tam benignum, quam malignū humorem, ut supra hoc capite comprehensum à nobis est, & cap. ij. primi theo. Aduertus hoc accidens pugnandū est partim alterantibus ut potu frigidissimæ aquæ, & infessu in eadem: partim vacuantibus ut clysteribus, & remedijs alijs in sequentibus dicendis.

¶ CAPVT TERTIVM, SI MEDICAMENTUM IMMODICÈ VACUAT.



Vacuatio immodica fit ex potu medicamēti tribus de causis: interim ratione sumentis, interim ratione sumpti medicamēti, interim ratione eorū, quæ vtriq; superueniunt.

di. 2. 1. 1. 1. 1.

¶ Ex tribus accidentibus, quæ purgationis tempore succedere diximus, tertiu erat hypercatharsis, id est, à medicamēto purgante vacuatio immodica: de quo (ne quid prætermittat) in præsentia latissimè disserit. Primum purgationis immodicæ causā vel in sumente, vel in medicamento, vel in his, quæ vtriq; sunt communia, latere proponit. deinde speciatim diuisione includit causās, propter quas vnumquodque horum causā huius accidentis potest esse. demū qua ratione quibusque prædijs singulis ex his causis occurrēdū sit, vberimè docet. Quibus declaratis finem huic theoremati imponit. Orationis ordinē non nihil immutauimus, ut præcedentia sequentibus membratim responderent.

Ratione sumentis id accidit, quod is materia ad fluendum paratissima redundet: vel propter venarum ipsius imbecillitatem: vel quoniam earum orificia ampliora sunt: aut propter imbecillitatem partiū seruientiū expulsioni: aut quia ex his est, quibus purgatio est interdicta, quos in libro de pharmacia declarauimus.

di. 2. 1. 1. 1. 1.

¶ Persequitur institutum, primum declarans particulatim causās, ob quas ratione eius, qui medicamentum sumit, purgatio immodica succedere solet. Quarum prima est materia paratissima ad fluendum multitudo. Vbi enim magna est materia vis, sæpè accidit, ut oblato medicamento quantitate mediocri, qualitate benigno, vel certè ad vnguem castigato: immoderata tamen sequatur purgatio, adeò vt æger interim in diarrhœam, vel dysenteriam incidat. Cum enim in corpore materia excerni paratissima redundet, quouis leuissimo impulsu tanto impetu quandoque natura mouetur, vt cū maximè appetit, impetū cohibere nō

Theorema tertium. LXIII

possit. Non aliter ac globus & cylindrus loco decliui & prærupto constituti, & leuissimo quoque impulsu deuoluti, præcipites celerrimo motu feruntur. Deinde venarum imbecillitas, & orificiorum ipsarum apertio, eiusdem accidentis possunt esse causæ. Venæ verò imbecillæ sunt in purgationibus immodicis, tum ob ingentem earum lassitudinem (qua scilicet dum à purgante medicamento morderentur, ac veluti emulgerentur, atliciebantur) tum ob intemperantiam, quæ purgationibus immoderatis succedit. Quæcunque enim humorem penitus vacuaueris, intemperantiam consequi necesse est. Orificia aperiuntur, ob medicamenti immoderatam vim, ob quam etiam mordicatio prouenit. Ab his, facultatis intestinorum retentricis prostratio, idem malum inuehere potest, præsertim si tum ora valorum laxa aperta que sint. Eueria enim natura tum bonos, tum malos humores, veluti pertusum dolium, quidquid in fustum est, effluere finit. Præterea si purgatus ex his sit, quibus, purgantium medicamentorum vsus interdicitus est, cuius modi sunt, qui in lienteriam, dysenteriam, cœliacum affectum facillè incidunt, licet oblatum medicamentum quantitate & qualitate moderatum sit: metus est tamen, ne immodica sequatur purgatio. At enim quibus sit a medicamentorum purgantium vsu abstinendum, in libro de ratione purgandi & medicamento rum purgantium vsu explicuit. Qui liber (quod sciam) non extat, potest tamen facillè resarci ex libris Græcorum & Arabum.

Ratione verò medicamenti, quoniam id venarum ora pungit, mordet, aperit: aut quoniam idem intemperantius cor reddit: aut quoniam portio aliqua ipsius ventriculi, vel intestinorum villis adhæsit: aut quia largius sumptum est: aut quoniam qualitate malignum venenosumque est. Tuum autem est accuratè discernere ista.

¶ Si medicamentum assumptum purgationis immodicæ causæ est, id accidit, vel quoniam venarum ora pungit, mordetque: quæ sic affecta, quod molestum est, dum excernere nituntur, orificia sua referant: quibus apertis & quia humor pellitur inde, ubi est, & quia trahitur alio, & quia nihil est, quod eum remoretur, ultra modum supraque mensuram fluat aluus. Vel quoniam medicamentum intemperantius reddit cor, calidius scilicet, ut scammonium non correctum mixtione alterius, quod temperiæ contrariam sit fortitum. Cordis namque temperamento euerso, vitalis facultas destruitur, vna verò ex tribus facultatibus eueria, reliquæ

duæ sæpius eueri solent: hinc est, quod ijs, qui animo linquntur, frequenter aluus resoluitur. Mondinus in commentario, corpori legit, ubi in antiqua versione, in nostro duntaxat exemplari, legitur cordi. Quæ lectio mihi magis arridet. Nam in Auicenna, à quo non modo sensum, sed & verba transtulit Mesues, corpori legitur, capite septimo fen quarta primi in hunc modum. Aut propterea quod ex ea cõplexionis malitia corpori acquiritur fuerit. Om-

nis enim intemperies immodica (autore Galeno) vires deiecit, quibus deiectis confertum huc-re possunt humores, medicamento eos euocare. Vtriusque lectionis meminisse libuit, ut optio esset lectori hanc vel illam sequi. Aut quoniam pars aliqua medicamenti acris & rodentis, ut scammonij, colocynthidos ventriculo, intestinorum villis inuolucrisque adhæsit: quæ dum continuo morfu & vellicatu ea irritat, largiorè, quam par esset, vacationem elicit. Id metuères colocynthidè accuratissime teri iussimus. Largior denique medicamenti quantitas, & qualitas maligna & deleteria, à Medico iuxta traditam methodum minimè castigata: immodicè estrenisq; vacationis interdum causam esse, aliquoties in superioribus ostensum est. Ob id actum agere neuiquam necessarium duximus. Ut igitur infestanti malo accommodatum remedium afferat Medicus, singulas ipsius causas exactè discernat, oportet. alioqui si mali origo eum fefellerit, nisi temeraria via occurrere non poterit: quare quod pro auxilio afferet, vel morbum augebit, vel nihil iuuabit: vel si inuenit, fortunæ beneficio, non artis, id fiet.

Ratione denique rerum vtriusque superuenientium idem euenire solet. australis enim constitutio, ut inquit Galenus, si diu duret, aperit, rarefacit, humores ad fluendum idoneos reddit, aquilonia verò

Gale. cap. 4. lib. de diff. sympto. Capit. 26. & 27. lib. 3. simpli.

Gale. ibidem.

Gale. cap. penul. & vlti. lib. 3. simpli. medica.

idem lib. 9. metho. meden.

Capit. 1. lib. 1. de sympto. causis, & lib. 1. sani. tuen.

Gale. lib. 12. metho. meden. de dolore colico. Acti. Paul. Actua. in charticis. Cap. 1. theore. primo & secun.

Libri primi

diu durans fluxiones etiam comprimendo & exprimendo excitat. quapropter pharmacum dari prohibent, praesertim ijs, qui promptè læduntur ab ipsis. Potus quoque largior aquæ frigidæ idem efficit. In summa error omnis circa sex res non naturales mali huius causa esse potest.

Hippo. & Gale.
aphor. 5. 12. 13. &
17. lib. 5.

Paul. cap. 7. li. 7.

Gale. commenta.
apho. 12. lib. 3.

Apho. 5. & 17. li.
3. & Gale. in com-
menta.
Aristo. in meteo.
& proble. Pto-
lib. apoteles. theo-
phras. li. de aqua-
rum, vëto. tēpēsta-
tū signis. Theon,
Aratus, Niphos.

Paul. ibidem.

¶ Interdum neque medicamentū, neque æger, immodicæ purgationis causa sunt, sed aliud quid, quod neque huic, neque illi peculiariter ascribi potest. Auster enim si multo ante prævaluerit, quam medicamentū assumatur: vel si assumpto eo flauerit diu: quia calore humores liquat, fluere facit, vias laxat, corpus vniuersum humidius reddit, intestina lubrica fiunt, facultas retentrix imbecillior euadit, excrementa humidiora sunt: ob hæc, aluus humida lubricaque est. si (inquam) tum medicamentū purgans egro propinetur, purgatio immoderata iusta de causa sequi consuevit. Neque solum verum id est, sed (quod potius est mirandum) Aquilones venti si ante, vel post, quam sumptum est medicamentū, diu flauerint: eiusdem symptomatis causa esse solent. Quippe frigiditate sua humores intro compellunt, ac veluti manu expriment, fluereque faciunt: non aliter ac ab spongia compressu manuum contenta aqua elicitur. Idque maximè accidit, si austrina tempestas præcesserit: quoniã tum corpus & humidius & plenius est. Ob id per has tempestates periti Medici medicamenta purgantia dare recusant, ijs maximè, qui assumptis illis fluore alui faciliè corripuntur. Igitur professoris Medicinæ est, prægressam tempestatem memoria tenere, presentem agnoscere, & futurã præsentire, ne quod pro salute remedium affert, exitio sit. Signa verò quibus ventū futurum prænoscere liceat, ex Aristotele, Ptolomæo, Theophrasto, Plinio & alijs discere possumus. At verò quæ hæcenus diximus, non videtur consentire ijs, quæ alibi Hippocrates scripsit. Nam in aphorismis Aquilonē aluum cohibere & siccare memoriæ prodidit, reddita huius rei causa: *initio particula tertia libri sexti epidemion Austrum vi & potestate sistere aluum pronūciavit, cum ait, Si cutis est raritas, ventris est densitudo. Austrum enim cutim rarefacere in confesso est omnibus. Sed tollitur ambiguitas dicēdo impedire nihil, diuersis rationibus idem cohibere aluum, & laxare. Aquilo igitur quatenus corpus vniuersum exiccat, contrahit, validius nutriri facit, excrementa diutius in corpore retenta, siccata & exucta, tardius descendunt. Quatenus verò corpus cogit, & humores intro compellit, aluum resolvere potest, tunc maximè, cum ipsum præhumidum est natura, vel ex accidente, & fluxio, quæ excitat, in ventrē impetum facit. Eodem modo Auster ob prædictam à nobis rationem fluidum ventrem reddit: si verò cutim vehementer rarefaciat, & humoris impetum eò conuertat, aluum suppressere potest. Præter hæc, potus aquæ frigidæ largior idem malum inuehere potest. Nouit id vulgus, quippe qui nullum hoc præstantius remedium ad citandam pigram aluum prædicet esse. quod tamen non citra insignem noxam experitur sæpè. Nam illa virtutem retentricem prosternt, & non raro ultra modum aluum fluere facit: quandoque tormina excitat: nonnunquam alia quoque mala accersit. Ad hæc, error quiuis insignis circa sex res, quas Medici recentiores non naturales vocant, hypercatharsin excitare valet.*

Huic igitur vacuationi immodicæ, ne vires prosterantur, occurrendum erit, cognita prius causa fluxus, sumpta indicatione ab ijs, quæ præcesserunt: interim per ea, quæ medicamenti virtutē infirmant, frangunt, ipsūque à corpore expellunt: interim per ea, quæ canalium, & partium expulsionem seruientium, & orificiorum venarū virtutes vniunt, & constringunt: interim per ea, quæ laboriosam agitationem, aliosque motus à medicamento in corpore excitatos, sedant: interim per ea, quæ motu contrario fluxui ventris mouent, & concitant medicamentum: interim per ea, quæ

Theorema tertium. LXIII

animam recreant, cor roborant; interim per ea, quæ medicamentum *incrassant*, & compingunt. Intra hæc enim tota hypercatharticos cura continetur.

¶ Vniuersam immoderatæ purgationis curationem summa quadam cõplectitur, quam intra sex modos certis causis respondentes includit: quorũ singulos latissimè in sequentibus expositurus est. In primis igitur admonet huius accidentis causam effectricem cognoscendam: quoniam ea cognita curatio ipsa expedita, facilisque est. Hanc verò præcedentia, hoc est, æger, medicamentum, & quæ neutrius illorum propria sunt, declarant. Varia itaq; remedia ^{Gale. lib. 7. methodo. meden.} remedium, & quæ neutrius illorum propria sunt, declarant. Varia itaq; remedia, pro vt accidentis causæ variant, vsurpanda sunt. de quorum singulis, quoniam peculiaris priuatusque est habendus sermo, superfedere dictis latius est, ne in sequentibus texta retexere cogar.

¶ CANON PRIMVS.

Igitur immodica vacuatio ratione medicamēti accidat, ob aliquam ex prædictis causam, præstantissima curandi ratio est, frangere medicamēti virtutem, ipsumque à corpore expellere.

¶ Si vitio medicamenti quantitate vel qualitate peccatis (omnes enim, quas prius recensuit, causæ in has duas incidunt) vltra modũ vacuatio fiat: qua methodo, quibusque auxilijs aduersus hoc accidens vtendum sit, hoc canone edisserit. Remedia verò, quibus hoc malũ expugnandum est, duplicia esse scribit, partim vacuantia, partim alterantia. Vacuantia medicamentũ ipsum è corpore educunt, nec amplius grassari in illud sinunt. Alterantia vim eiusdem maleficam, qualiscunque ea sit, frangunt, obtunduntque. quare sublata immodicè purgationis causa, effectũ tolli necesse est. Quæ verò & qualia sint auxilia aduersus hoc accidens vsurpanda in sequentibus docet.

25 Tria autem esse remediorum genera medicamenti purgantis expulsiõnem accelerantia probati auctores scripserunt, nempe lauantia, tergentia, comprimentia. Ex lauantium genere est aqua calida (quæ, vt nosti, medicamenti malignitatem frangit, immutatque) aqua hordei, mucago psyllij, & seminum cydoniorum, 30 Ex tergentium genere est sacchar rubrum, mel, aqua vuarũ pasfarũ, secaniabin, & similia. Cõprimentium generi annumerantur cydonia, Cestiana mala, pyra, mastiche, myrobalani, & similia.

¶ Plana & cuius exposita sunt, quæ hic scribit, & in superioribus fusius à nobis declarata: quare hoc loco ea nobis solũ delegata videtur prouincia, vt subobscuriora verba dilucidemus. Rubrum sacchar ipsam sacchari spurcitiẽ, quæ coctione separatur, quibusdam significat. alij micas sacchari ex ipsis metis, vel fragmentis concussu elisas sic vocant. Aquam, secundo & tertio loco pro decocto vsurpauit: id quod Arabibus celebre est, Secaniabin oxy mel significare Mesuæ in antidotis, omnibus est in confesso: quanquam non malè in eundẽ vsum hydromel vsurpari potest. Myrobalani sint condite, si haberi possint, vt agro gratiores sint. earum item puluis ex aliquo liquore huic affectui apto sumptus, in eundem vsum commendatur.

Ruso etiã autore, medicamenti maligna & furiosa virtus interdum frangenda est, tum maximè, cum assumptum medicamentum expulsu est difficile. In quẽ vsum aliquam ex mucaginibus

proposito affectui idoneam cū aqua tepida, & pauco oleo amygdalino post sumptum medicamentum idem propinat, præsertim dum ipsum è corpore educere studet; horis postea duabus comprimens aliquid exhibet. Sic enim medicamenti virtutem totam expellit, vt nullum vestigium ipsius supersit. Galenus quoque autor est, aquam calidam lauare, expurgare, medicamentumque purgatorium, etiam si alicui parti hæserit, deturbare: frigidā verò, quod villis viscerum adhæret, impingere. Serum denique lactis caprini, vt Ioannitius ait, cū melle & pauco sale probè deterget, & medicamenti nullum vestigium relinquit.

¶ Veterum testimonijs confirmat, quæ dixit, nempe triplex remediõrum genus aduersus hypercatharism valere, quoties à prædicta causa traxit originem. In primis Rufum in testem adducit. Is enim malignam medicamenti vim & quantitatem iustum excedentem modū exhibita mucagine psyllij, vel cydoniorum, vel rei alterius facilitate non dissimilis, cum aqua tepida, & olei amygdalini vel rosacei, momento: & horis post duabus elapsis, comprimete aliquo, vt myrobalanorum infuso, pyro, cydonio, oblato moderabatur. His nanque non solum medicamenti furiosa vis hebetatur, verum etiam ipsum è corpore expellitur, vt ne vestigium quidē ipsius in corpore reliquum fiat. Ea verò, quæ in hunc usum assumit Rufus tribus illis contineri generibus nemo dubitat, Calidā aquā lauare, medicamentumque ipsum, si cui hæserit parti, deturbare, verum est: non tamen id apud Galenum comperio: nisi forte aquam calidā cremorem ptissana vocet, quem Galenus lauare, & detergere fatetur. Frigidā vero in hypochondrijs hætere, & in hepate, renes, thoracem, pulmonē, egrè distribuit idem Galenus literis mādauit. Serum denique lactis, vt Ioannitius autor est, cui aliquid mellis, & nonnihil salis commixtum sit, reliquias omnes medicamenti purgantis depellit.

Comē. 13. lib. 2.
de victu acuto.

Comē. 39. lib. 3.
de victu acu.

CANON SECVNDVS.

Matuum verò & partium expulsionioni seruientiū virtutes vniemus, & roboramus, sumptis modo quo possumus optimo, vel etiam clystere, si opus est, & necessitas postulat, iniectis odoratis rebus sistentibus stypticis, cōstipantibus, & poros, ex quibus materiæ manant, cogentibus.

¶ Si quia venarum ora laxa aperta que sunt, & retentrix virtus tum earum, tum intestinorum prostrata deiectaque humores sponte fluant, nihil eorū fluxum cohibente: venarum ora, & intestina roboranda, & constringenda sunt. Id quod quæ poros claudere, & cōstipare vias, ex quibus materiæ fluunt, valent: facile possunt. Est tamen ad eorum rectum usum partis laborantis summa præcipuaque habenda ratio. Nam si in ventriculo, gracilibus intestinis venis mesenterij, causa mali sit: sumenda sunt per os prædicta remedia. si in crassis intestinis, vitium sit, clysteribus occurrendum est. si denique vtrouque huius affectus causa subsit, tum sumptis, tum iniectis, tum admotis opus est. Quibus remedijs roboratis partibus, & præclusis vijs, per quas sponte sua fluebat humor, sicuti vacuatio cōsuevit. Remedia verò, quæ id particulatim præstent vsu recepta, in sequentibus latissime tradit.

Gale. lib. 4. & 5.
& 13. metho.

Quæ propè omnia mastiche præstat, in ea enim est virtus partes vniens & roborās. Si igitur mastiches drachmæ duæ, aut tres, cum succo cydoniorum propinentur, virtute comprimente medicamenti reliquias, expellet, ac demum astringet, vt Hamech vi

Theorema tertium. LXV

sum est. Si etiã ventriculus, reliquisque v̄ter oleo rosato, quã
 pati potest, calidissimo illinantur: deinde puluis mastiches, & gal
 læ, aut rosarum, superspargatur, ad idem mirificum esse depræ
 henditur. Idem eodem Hamech autore, præstabit tragacantha af
 5 fata à drachmis tribus ad drachmas quatuor, ex lacte dulci, aut
 acido, vt affectus exiget, cocta, & epota. Experientia etiam cõper
 tum est, nasturtij semẽ tostũ à drachmis duabus ad aureos duos,
 & cum succo cydoniorum, aut myrtorum coquendo impingua
 tum, deinde potum, in id esse omnium valentissimum, præsertim
 10 si semen non sit tritum. nam terendo lentorem amittit. Corian
 dro autem tunc vtere, cum incrassare, & cõpingere materias stu
 des. Terra verò sigillata, & sanguine draconis, cum vlcus suspica
 ris. Spodio, quando dolores punctorios sedare intendis. Acacia,
 sanguine draconis, charabe, dum sanguinis deiectione sistenda est.
 15 Succo item barbæ hircinæ, quando venæ & laxiores meatus re
 fundunt materias ad intestina. Adipibus, in puncturis, & intesti
 norum morsibus, & excoiationibus. Mucagine psyllij, in expel
 lendis reliquijs medicamenti. Narcoticis deniq; vbi stupefacien
 dum est, conciliandus somnus, materiæ incrassandę. Id quod po
 20 *stremum est tentandum, rebus alijs omnibus iam frustra tenta
 tis, desperata salute, & in magnis, periculosisque causis,*

¶ Quandoquidem remedia, quæ aduersus hypercatharsin valent, quoties à proximè dicta
 causa originẽ duxit, varia, & multiplicia sunt: aliquot eorum in præsentia recenset: quibus
 obiter subnectit præsidia nonnulla aduersum idem malum, licet ab alia pendeat causa, va
 25 lencia: de quorum aliquibus seorsim in sequentibus verba facturus est. Quoties igitur vaso
 rum & corporis totius laxitas, & infirmitas tum eorum tum intestinorum, origo huius mali
 fuit, nullum est præstantius remedium mastiche: quando quidem omnia ferè in se complecti
 tur, quæ aduersus hoc symptoma desiderari possunt. Nam modicè astringit, roborat, & quia
 30 astringens, & quia odorata, & quia calida, & quia v̄tericulo, intestinis, hepaticis; amica. Quæ
 omnia euidentius, salubrius, meliusque præstat, si cum succo cydoniorũ propinetur, vt præ
 cepit Hamech. In idem etiã vtile est ventriculi regionem, totumq; v̄trem inferiorem oleo
 rosato, omphacino, melino, myrtino, vel simili alio, quã pati potest, calidissimo, vngere:
 post mastiches, galla, rosarũ, nucum cupressi, vel rei alterius similibus præditæ viribus, pul
 uerem superspargere. Ad hæc, tragacantha assa mensura præscripta in lacte dulci, vel acido,
 35 pro vt affectus exiget, cocta, ex eoq; assumpta ad idem valere idem Hamech autor est. Nam
 lac ipsum per se ad seri consumptionẽ coctum, aluum fluentem sistit. Affectus verò lac dul
 ce exiget, quoties ventriculus totumue corpus non est immodicè calidũ, vel frigidum: alio
 qui si intemperie calida laboret horum alterutrũ, vel vtrunq; lac acidum aptius est. Traga
 cantha, nisi sit assata (nam tunc siccando aluum supprimit) deiectionem promouet. potest
 40 tamen ipsa ea ratione iuuare, quatenus vi sua emplastica medicamentorũ humorũq; mor
 sum sese opponens, & tegumẽto quodam muniens obducensque partes: eludit, & valorum
 ora obstruit. Id quod emplasticis omnibus commune est. Semen nasturtij aluum turbare
 scripsit Dioscorides, & idem experientia comprobatur: qua nisi Arabes frixum asseuerant,
 eam supprimere: id quod maximè præstabit, si, vt iubet Mesues, præparetur. Sistitur etiam
 45 fluens aluus incrassatis refrigeratisq; humoribus. Id quod frigida medicamenta extra con

Aeti. sermo. 1. lib.
3. cap. 45.

Aeti. ibidẽ & Ga
le. lib. 8. metho.

Gale. ex vino ma
ceratam eã exhi
bet. lib. 9. compo.
ph. p. cap. 5.
Gal. lib. 1. alimẽ.
capit. de lacte &
Aeti. ibidem.

Dioscori. serapi.
Mesu. to superio
ribus, Gale. lib. 9.
cõpo. ph. p.
Aucen. cap. 1. 13.
tracta. 2. lib. 2.
Aeti. ibidem.

troerfiam prestant: inter quæ Arabes penè omnes coriandrum perperam reponunt secuti Dioscoridem. Cuius nec nomini nec autoritati pepercit Galenus libro septimo simplicium medicamentorū. Ibi nanq; eum nominatim perstringit, quòd dixerit coriandrum esse frigidum, longa ostendens oratione calidum esse. Illud etiā mirari subit, quid in causā sit, quòd Medicorum vulgus semine coriandri vtatur aduersus cephalalgiam, nulla adhibita limitatione: vel certè, qui sapientiores ex his videntur, aduersus calidū huius partis affectum: cum ex Galeno constet coriandrum esse calidum, & Græci & Arabici autores odore solo caput tentare scribant, inter venenāq; reponant, præsertim si frequenter & larga quantitate sumatur. Nec ascribenda solū perniciofa eius vis herbæ est (vt quidam volunt) verū etiam semini, vt autor est Dioscorides. Quidam preparato eo vtuntur, sed non ob id desunt esse coriandrum, hoc est, capiti infestissimū: vt Mula in simplicibus differit. Ceterum Galenus capite quarto libri octaui compo. phar. par. in affectibus frigidis ventriculi cochleari mensura ante reliquum cibum coriandrū dat, deinde vinum meracū offert. Ex quibus coniectura ducimur magnam ipsius copiam perniciosam esse: paruam salubriter posse vsurpari. Quòd si vlcus conijcis esse, remedijs aduersus vlcera valentibus tibi vtendum est: nempe tergentibus, siccantibus, & astringentibus. Quòd si in partibus supernis sit, prædicta remedia lumen da sunt: sin in infernis, clysteribus iniicienda: si vtrobiq; vtrāq; succurrendum est. In quam rem medicamenta omnia aduersus intestinorum vlcera ab autoribus scripta vsui sunt. Terra Lemnia, siue sigillata vera ætate nostra rara inuentu est: quam tamen institores multifariam mentiri conantur. Spodium lotum, quia valenter & citra morsum siccatur, modicèque astringit: ad vlcera canerosa, rodentia, aliaque omnia maligna, præstantissimū medicamentum est. Miror autè Arabes inter cardiaca medicamenta ipsum reposuisse, cum græcis nunquam per os exhibeatur verū spodium: & ipsi natura maximè asinis pompholyx naturæ nostræ inimica, vt erugo, æs vstum, æris squamma, cadinia, lithargyros, cerussa, iudicetur Galeno, Sententia mea, spodium verū, hoc est, metallicum, à medicamentis cardiacis exauctorandū relegandūque est. quoniam tantum abest, vt sacramento cardiacorum, hoc est, experientia & ratione comprobatum, introductum obstrictūque sit: vt venenosum deleteriūque sit in corpus assumptū. Quo fit, vt aduersus cordis affectus iure illi pugnare non liceat. Quæ pro spodio vsurpatur Græci tum Arabici autores propter veri spodij penuriam: licet vel omnia, vel eorū plurima tutò per os sumi possint: non tamen vices spodij ea ratione præstarent. Quandoquidem hoc non solū sumendum est, verū etiam in medicamentis stomaticis, & clysteribus respuendum. Quid igitur in compositionibus cardiacis Arabum pro spodio assumendum erit? Si quid in eius locum substitui debet, eboris ramenta, vt mea fert opinio, omnium commodissimè vsurpabuntur. Quoniam ebori præctici omnes cardiacam vim concedunt. Dioscorides astringentiam in eo agnoscit, qua roborare stomachum & viscera non ab re credere possumus. Paulus libro quarto capite de elephantia eius ramenta imperat. Si verò sanguis immodicè per anū fluat, si nihil impediatur, venæ sectione humeralis dextri brachij opus est. Quod si quid à venæ sectione nos auertat, ea, quæ sanguinè à virtute occulta vel manifesta supprimunt, vsurpanda nobis aduersus hoc accidens sunt: cuiusmodi sunt acacia, sanguis draconis, charabe, lapis hematites, corallium, charabe (Latinis succinum dictum, Græcis electron) polygonon, plantago, hypocisthis, & reliqua, quæ vel naturaliter, vel virtute manifesta, sanguinem supprimunt, qualia sunt astringentia frigida, morsu vacantia. Acacia vera est succus spinæ in Aegypto nascentis, qua cum careamus, non ineptè in eius locum succum prunorū syluestrium sufficimus. Sanguis draconis, qui in officinis nostris habetur, factitius est, nec inutilis propterea ad id, cui dicitur. Barba hirci, seu hircina, Græcis tragopogon dicta, diuersa res est ab eo, quod Arabum interpretes hoc nomine significare volunt. Hi enim non herbam illam, quam Dioscorides sub eo nomine bellè depinxit, intelligunt: sed hypocisthidem, cuius nomē claturam inde fortasse duxerunt, quòd ex altera cisthi specie, ladanum, quod barbis, & eruris caprarū hircorumque inter pascendum hæserat, colligatur: à quo toti plātē nomē indunt. Hypocisthis iuxta cisthi radices nascitur, vt nomē ipsum præfert, floris punici similitudine. Vires habet acacia, excepto quòd aliquantò ma

In simpli. & li. 2. de antido. ex Asclepi. Diosco. lib. 3. & 6. Paulus li. 5. & 7.

Gale. lib. 4. metho. & Acti. ibidè Paul. cap. 42. li. 3. Auicè. lib. 3.

Auicè. tracta. 2. lib. 2. & lib. de vribus. cordis. Gale. ca. 5. lib. 9. compo. ph. p. & Acti. ibidè. Paul. lib. 3. Gale. lib. 9. simpli. cap. de pompholy.

Actius ibidem.

lib. 2. Diosco. lib. 1.

5
10
15
20
25
30
35
40
45
50

- gis ficcat, & astringit. Succus ex folijs cisthi, & hypocisthide exprimi potest: cuius pleriq; in locis meminit Galenus: quanquam vniuersa planta partes, vires habet astringentes, ficcantes, ad fluxum quemuis sistendum idoneas. Pinguia, oleosa, anodyna, tunc precipue vsui sunt, cum intestina in humorum acrium descensu punguntur, roduntur, excoriantur: a quibus irritata expultrix deiectionem promouet. At pinguia & oleosa medicamina dum partes sic infestas illinunt, presentē dolorem sedant, & intestina ceu lorica & tectorio quodam aduersus descendendum humorum offensam muniunt, eosque mixtione sui quodammodo temperant. Sed pluribus de his Galenus, Aëtius, Paulus, Auicennas, alijq; tum Græci, tum Arabes, tum Latini, autores proprijs locis agunt. Quod si medicamēti rodentis & acris pars aliqua in ventriculi fundo, vel intestinis herens immodicæ purgationis causa fuerit: aliquo ex lubricantibus medicamentis deturbanda est, cuiusmodi sunt seminis psyllij, & cydoniorū, & tragantha mucago: oleum dulce, amygdalinum, butyrum, aliaque sexcenta. Victis iam malo: alijq; remedijs frustra tentatis, & ipe adempta per ea symptoma posse curari, deploratōq; ægro, nisi temeraria quæq; via succurratur, viribus tamen non profus deiectis: Thucididis consilium sequendum est, agentes aliquid, vel periclitari, hoc est, aliquid nonnulla fiducia, vel cum periculo, moliendum esse. Præstat enim tentare anceps remediū, quam nullum. Vbi igitur auxilia dicta & mox dicenda, nihil contulerint, neq; alia salutis spes sit, confugiendum est ad narcotica. Quæ licet semper corpori nostro infesta inimicæque sint, interdum tamen salutaria ea experimur. Porro autem tribus precipue nominibus narcotica aduersus hunc affectum commendantur. Nam & quia somnum grauē conciliant, quo nihil utilius ad ventris profluuium sistendum: & quia humores in crassant, refrigerant, ad motumq; pigros reddunt: & quia stuporē partibus dolore affectis afferunt, dolorisq; sensum sic submouent: licet alioqui ipsa sint noxia, vtilia censentur. Siquidem dolore per ea sedato, conciliato somno, stato fluore: remedijs affectui conuenientibus pugnare possumus, & salutem ægrotanti restituere, quod alioqui sublato ægro minimè licuisset. Verum exactiori disquisitioni de his, canone sexto huius capituli suus reddetur locus.
- Porro inter constipantia, vniuentia, roborantia, sistentia, medicamenta primas tenent mastiche, rosa, semen rosarū, xylaloē cruda, balauitium, acacia, succus barbæ hircinæ, galla, gummi, terra Lemnia, spodium, acini granatorum, rhus, ammi, semen portulacæ, fructus tamaricis, coriandrum, semen arnoglossæ, folia & grana myrti, cuminum aceto infusum torrefactumque, anisum si militer infusum, cortex thuris, coagulum leporis, sanguis draconis, semen nasturtij assatum, gallia, fructus rubi, & similia.
- ¶ Aliquot recenset medicamina, quæ constipando & occludendo meatus patulos, tum laxas distalque partes vniendo in vnumque cogendo, tum imbecillas roborando: immodicū alui fluorem sistunt. In quo numero astringentia omnia, quatenus astringunt, continentur. Quorum precipua, maximèque vulgata enumerat hic, quæ basis fundamentumque omnium ferè compositionum, quæ in hunc scopum preparantur, sunt. xylaloē, hoc est, lignum aloës, cruda desiderat Melues, quoniā si coquatur, vires aromaticas amittit, & velut exanimata nullarum ferè virium euadit. Coqui autē Arabibus scribit Cassius scilicet odoris excipiendi gratiā, aquamq; ab his in vsus multos seruari. Dioscorides coqui dixit ad oris collutionē commendandi habitus gratiā. Terra Lēnia vera, sigillata vulgō dicta, rara est nunc inuentu, adulterata & cōmentitiē maximus vbique proventus. Gummi absolute pronunciatū Arabicum intelligitur tam Arabibus, quam Græcis. His etiam rhus dicitur, quod illi sumach vocant. Ammi, leu ami, quod in tabernis pharmacopolarū apud nos venditur, nihil cum vero semine ammeos cōmune habet. Neque video quare ammi verum sistat ventrē, nisi per accidens, reuulsis nimirum fluentibus per aluum humoribus ad vrinarias vias. Cuminum in aceto maceratum & in vase fictili modicè frictum validius resolutam aluum supprimit. Coagulum

In lib. cōp. ph. p. 2
& lib. 1. de ancl.
do. & de theri. ad
Pisonem.

Gal. cap. 13. & 14.
lib. 2. simpli. me-
di. & lib. 12. me-
tho. meden.

Aeti. ibidem.
Paul. cap. 42. li.
3. Auic. cap. 7.
fen. 17. tracla. 2.
lib. 3.

Vide caput de tri-
cura. 2. theore.
Gale. lib. 10. me-
tho. medē.

Corne. Cel. cap.
10. lib. 2.
Gale. lib. 12. me-
tho. & cōmen. 12.
libro. 2. de victu
acu.

Aeti. ibidem.
Gale. initio li. 2.
de locis affectus.

Hippo. aphor. 83.
lib. 4.

Libri primi

Gale. lib. 4. sani
tuēd. & ob aliū co
pū frigit macerāt
que cuminum.
Gale. lib. 10. sim
pli. medi. Corne.
Cel. cap. 5. lib. 5.
Mefues capit. de
gallia alephangi.
secti. 8. cōditorū.
Gale. lib. 4. sani.
tuē. in cōpo. dia
trion pipere con.

omne acri, digerēte, ac ficcante vi præditum est: leporinum tamen omniū præstantissimū exi
stimatur. dicā tamen cum Galeno me non audere acri vti remedio aduersus affectum astri-
ctionem poscentem. Gallia, moschata, Sebellina, alephangina, magna, trochiscorū nomina
sunt: quibus omnibus astringendi vis insita est: attamen dum simpliciter & citra limitatio-
nem gallia apud Mefuem reperitur, alephangina sumenda est, saltem in cōpositionibus no- 5
bilibus. Neque hic legi potest, Galle, quandoquidem in hac oratione gallia iam meminerat.
Nec refert galliam compositum esse medicamen, siquidem composita medicamenta non so-
lū inter simplicia quandoque ponuntur, verū etiam simplicium nomen sibi assumunt,
præsertim dum ea ex paucis simplicibus constant. Rubi fructus vocat, caput ipsum, quod la-
nuginem quandam intra se cōplectitur. Reliqua simplicia hic recensita præstare posse, quod 10
optamus, testibus, & rationibus, & experimento, facile est addicere.

Composita etiam quædam in hoc symptoma necessaria sunt,
vt saccharum rosatum cum mastiche, & gallia; & ex cydonijs ma-
lis compositiones, & alia id genus.

Li. 2. sua metho-
do medica. cōpo.

¶ De medicamentis compositis huic scopo necessarijs agere incipit, ad quorū vsum sola ne- 15
cessitas nos traduxit. Nam præclariū nobiscum actum esset, si medicamentis simplicibus so-
lis liceret expugnare affectus omnes medicamentis egentes. Causas verò, quæ ad eorū vsum
nos impulerūt, enumerare longū esset, poterit tamē qui volet, eas ex Iacobo Syluio, nūquā
fine præfatione honoris mihi nominando, discere. Igitur aduersus immodicū alui fluorem
astringentibus remedijs trifariā vtimur, partim per os sumptis, partim corpori admotis, par- 20
tim clystere iniectis. Primum agit de his, quæ ore sumuntur: inter quæ saccharum rosatum,
hoc est conferuam rosatam vocatam vulgò primum reponit, maximè si ea antiqua sit, & cū
mastiche & gallia alephangina exhibeatur. Compositiones item ex cydonijs malis vt miua
cydoniorum, diacydonium cum saccharo concinnatum, & similes aliar, aduersus idem sym-
ptoma valent.

Mefu. in antido.

Inter quæ nostrum electarium *Diacyminum elegimus ad cohi- 25*
bendum alui fluorem *medicamenti purgantis actionē in corpo-
re frigido sequentem. Nam viscera roborat, & calfacit, flatu dis-*
sipat, & digerit, hæmorrhoidum fluorem & flatu compescit. Re-
cipit autem ligni aloës, spicæ, galliæ moschatae, cyperi, calamii aro- 30
matici, ana drach. duas, cymini Carmani per diē noctemq; aceto-
macerati & torrefacti drach. tres: seminis porri torrefacti drach.
vnam semis; myrobalanorum emblicarum succo cydonij ma-
ceratarum & tostarum drach. du. & dimidiam: seminis nasturtij
toستي drach. sex; seminis vuarum passarum drach. quinque: bacca- 35
rum myrti tenuissimè tritarum drach. sexdecim: balauustij, con-
charum vstarum, thuris, fructus tamaricis, ana drach. duas & se-
missim; ammeos drach. tres: omnia terantur tenuissimè, & in vi-
no odorifero frangantur, post siccentur: deinde iterum frangan-
tur aquâ cydoniorū, aut aquâ baccarum myrti, & hypocystidos, 40
& siccentur, vbi erunt probè siccata in vase vitrato, terantur ite-
rum, & excipiātur miua. Dantur drach. tres cū syrupo cydonio-
rum, aut myrtino.

¶ Electarium hoc diacymion vocatū Mefue inuentum est, & vim mirā habet ad sistendam
aluum a medicamento purgante, vel aliter, immodicè citā. Nam præterquam astrictione vè 45

Theorema tertium. LXVII

trē cohibere potest, diuretica vi humores ad vasa vrinaria reuellit. Sed quia calidū est, tunc imperari debet, cum corpus natura, vel acquisito tēperamento, vel morbo, frigidū alui fluore laborat. Reliqua præstare posse, quę fronte promittit simplicia illud ingredientia declarant. Cyminū Aethiopicum cōmendant Dioscorides & Galenus: Mesues Carmanū, ex Carmania regione Persidi proxima fortē in Arabiā allatum. Carmenum sententia Syluij malē in veteri versione legitur. Semen porri torrefit, vt exuta acrimonia, vim astringendi possideat, vt autor est Dioscorides. Circa simplicia alia, si cui aliquis occurrat nodus, eos consulat, qui de illis ex professo scripserunt, & quibus curæ fuit antidota edifferere.

Diosco. lib. 3. & Gale. lib. 4. sani. tuen.

Ruel. Manar. Musam, Syluiū, fuch. &c.

☞ TROCHISCI AD FLUXVM.

10 **T**rochisci à nobis inuenti ad eundem fluxum, præsertim diurnū, efficacissimi. Balauftiorum, corticū glandium aceto maceratorum & tostorum, rhois, baccarum myrti, hypocisthidos, ana, drach. du: cymini Carmani, gallarū aceto maceratarum & tostarum, capitum granatorum, fructus tamaricis, 15 macis, xylaloēs, gallig aromaticę, mastiches, spice, ana, drach. vn. Seminis oxalidis, gūmi, boli Armenicę, feminum vuæ passæ tostorum, ana drach. vn. & semis: feminum coriandri aceto maceratorum & tostorum, drach. du: cum vino austero finge trochiscos ponderis drachmæ vnus: quorum vnus dandus est cum syrupo 20 cydoniorum, vel aliquo robub styptico.

Hi trochisci inuenti à Mesue aduersus alui fluorem frigori coniunctum, maximum vsum præstant: vsurpandi verò tunc maximè sunt, vbi ventris fluxus diutinus est. Granatorum capita calicem, ni fallor, vocat, à quo flores & pomum prodeunt: vel basim ipsam mali granati, cui pediculus hæret. Per galliam aromaticā idem nunc intelligit, quod prius per alephantinam. Nam alephantin, seu alefangin Arabibus aromata significat. Oxalis herba Gręcis ea est, quę nunc acetosa nomine cunētis nota est. Datur ex his vnus cum miua, vel syrupo cydoniorum, rob de sumach, de cydonijs, de pyris.

☞ ELECTARIVM.

30 **E**lectarium sistens ventrem immodicè fluētē propter medicamentum purgans, in corpore calidiore, Recipit, baccarum myrti drach. duodecim: rosarum, spodij, sumach, fantali albi, rubri, lutei, balauftiorum, gummi, ana drach. vnam & semis: granorum mali punici acidi assatorum drach. septem: coriandri aceto macerati & assati drach. quatuor: feminis acetosæ, feminis 35 plantaginis, feminis rosarum ana drach. vn. Hęc omnia probè contrita frangantur omphacio, & siccētur: vel succo myrti & aceto, deinde excipiantur miua facta ex succo cydoniorum & aceto. Dantur dragmæ tres cum syrupo cydoniorum acidorum.

☞ TROCHISCI.

40 **C**ompositio trochiscorū à nobis inuenta mirè valens ad fluxum ventris & excoriationem intestinorum. Recipit autē,
M

Libri primi

spodij drach. septem; seminis rosarum, & rosarum ipsarum, acacię, balauftij, sanguinis draconis, ana drach. du. & semissem; seminis oxalidis drach. vn. & semis; oxyacanthę, carnis rhu, seminis plātaginis, seminis portulacę assati ana drach. vn. & sextā drach. vnus; gummi assati drach. vn. fiant trochisci ponderis drach. se- 5
missis. Da cum aqua Sauich.

Manar. epist. 5.
lib. 6. sauich. idē
cū polēta & alphi
to esse existima-
uit.

¶ Pręscriptę compositiones duę aduersus ventris fluorem immodicum vsurpandę sunt, cum corpus calida intemperie laborat, quoniam illę refrigerandi vi pollent. Oxyacantha, Arabibus nominatur berberis, cuius bacculas Mesues hic desiderat. Rhois seu sumachij fructus in vsu frequenti medicis est, a quo, cum recens est, pulpa detrahitur, quę caro vocatur 10
Mesue. Sexta drachmę obolus est. Sauich vocāt Arabes, granū cortice nudatū. Vnde sauich hordei, aqua est, in qua delibratū hordeū coxit: sauich alicę, aqua, in qua deglubata alica coxit: quę, nisi mea me fallit cōiectura, nō aliud sunt ab ipso cremore hordei, & alicę. Cremor hordei siue ptisanę calidas pręter naturam partes refrigerare potest, exasperatas mediocri suo lętore lenire, & aduersus medicamētōrū & humorū morsum ceu lorica quadā munire. 15

◊ DIMACH BONVM.

Dimach bonum, & experientia probatum salubre ad fluxum ventris: ventriculi, hepatis, & viscerum aliorum imbecillitatē. Recipit, acacię, sumachij, hypocysthidos, gal- 20
lę, lacani, calami aromatici, rosarum, seminis ipsarū, *santali albi* & rubri, gallię moschataę, ramich, *mastiches*, *xylaloës spicę*, *thuris*, *costi*, *myrrhę*, *cyperi*, *absinthij*, ana drach. du: probę omnia terantur. Deinde accipe succi rosarum, succi foliorum myrthi, & foliorum rhamni, aquę rosatę, & vini austeri ana vnc. vnam & se- 25
missem: in quibus calfactis macera die ac nocte tortelarū de *seni* drach. tres, dactylos siccos duodecim numero, gūmi assati drach. quinque, miuę glutinosę bonę vnc. tres: quę omnia lento igne coque ad mellis spissitudinem: tum iniectis pulueribus tere tan- 30
diu in mortario, donec totum glutinosum euadat: deinde extēde linteo, & suffi xylaloë, & parti impone.

Paul. cap. 7. lib.
7. Gale. lib. 1. cō-
po. ph. g.

Matthęus Gradi
tortellas de *seni*
panē exiccātū in-
terpretatur capi.
de Phthisi in. 9.
ad Almanforem.

¶ Dixit de his medicamentis quę ore sumpta ventrē immoderate fluentē sistere valent: nūc ad medicamenta, quę admota parti eundē præstant vsu, transit. Vocant autem illa Arabes 35
dimach, quod Latini emplastrum seu epithema potius a Gręcis mutuato nomine vocāt. Efficax est hoc aduersus immodicū alui fluxum a medicamento purgante in corpore frigido excitatū. Venter nonnunquam a Galeno refertur inter viscera. Ramich cōpositio quę 40
dam est ex varijs cōstans simplicibus, de qua in trochiscis agitur, rhamni picturā vide apud Dioscoridē, vires ex Galeno pete. Die ac nocte iubēs aliquid macerare periphrafi spatium viginti quatuor horarum describit. Tortellas de *seni*, ni fallor, vocat panē liquore idoneo, vt aqua rosarū, mersum, & aliquoties assatū, vt bis coctus: inde enim lentorem & vim astrin- 45
gendi contrahit. Miua cydoniorum, vt syrupi omnes, longa coctione lentescit. Imponendū autem est emplastrum hoc toti ventri.

◊ DIMACH ALIVD BONVM.

Theorema tertium. LXVIII

Accipe rosarum, & seminis earum, pulpæ rhois, fantali albi & rubri, spodij, sanguinis draconis, succini, balauftij, gallæ, acaciæ, hypocythidos, galliæ moschatae, corticum mandragoræ, capitū granatorū, ana drach. tres; caphuræ drach. vn. & tertiam drach. vnus; redige hæc in puluerem terendo: tūc accipe succi extremitatum vitis vnc. du; omphacij vnc. semis; succi extremitatum myrti & aceti ana vnc. vnam: quibus infunde die ac nocte sauich hordei vn. tres; gummi vnc. vn. baccarum myrti tenuissimè tritarum vnc. tres; quibus adde miuæ acetatae vn. tres: coque igni lento ad viscosam spissitudinem: tunc in mortario simul cum pulueribus iniecta, contundendo permisce, post extende linteo, & xylaloë suffi, partique impone. Est enim sanum atque expertum.

¶ Medicamentum hoc ventri impositum eius fluore sistere vsus confirmavit, cui ratio quæ attestatur: quandoquidem ex his constat, quæ id efficere valent. Eius autē præcipuus est vsus, vbi corpus immodicè calet. In quo pondera aliquoties mutauimus vnc. pro drach. substituentes, minorem existimantes quantitatem illā, quā, vt satis esset scopo autoris. Suffragantur coniecturæ nostræ characteres quibus drach. & vnc. signantur, nempe 3. & 5. a quorū utroque in alterutrum facilis est lapsus. Hanc ob causam laudandum est Galeni consilium iubentis medicamentorum pondera & mensuras, & numerorum notas omnibus suis literis scribi. Admonendus præterea lector es pondera & ponderum numerū, quæ in nostro exemplari habebantur, nō omnino respondere ponderibus & numeris exemplaris Syluij. Extremitates vitis myrtique, caules recentes tenerosque tum sarmentorum tū myrti vocat: quos Graeci generali nomine asparagos nuncupant.

¶ Clysteribus quoque, si necessitas & affectus postulant, vtendū, compositis ex rebus inferuentibus scopis varijs, quos tu nosti: qualis fuerit optimus ex butyri drachmis triginta, sanguinis draconis drachmis tribus, aut pluribus, aut paucioribus, pro necessitate.

¶ Clysteribus etiam expugnandum hoc accidens est. Componendi verò hi sunt ex rebus, quæ scopis varijs, initio huius canonis expositis, inferuire possint: quos recensere hic superuacaneum duximus.

☉ CANON TERTIVS.

Reuellimus item medicamentū ad loca ventris immodicè fluentis contraria, balneis, frictionibus, sudorem prouocantibus, diureticis, vomitorijs, cucurbitulis, vinculis partium extremarum constringendo dolorificis: in summa omnibus, quæ medicamentum extrorsum, & à vijs, per quas primū fluebat, tum trahere, tum reuellere possunt. Id enim perquam necessariū est.

¶ Tertio modo aluum immodicè fluentem suppressimus aliò auersa materia, quā à medicamento cōmota fertur. Nam eo modo, excreticis facultatis impetu in aduersam partē conuerso, humores per sedem vi medicamenti fluentes sisti solent. Auertitur autem materia par

M ij

Libri primi

tim ad cutim, vt balneo, frictione, sudore: partim ad vesicam, vt diureticis: partim ad os, vt vomitorijs: partim eò, quo remedia applicantur, vt cucurbitulis, vinculis dolorificis. Quo pacto verò singula ex his hoc præstent, generatim iam attigimus, vbi excreticis facultatis impetū humoresq; artificis industria aliò rapi diximus: speciatim autē idē docebimus, cum de horū singulis priuatus sermo fiet. Præter hæc, vnctiones & admota quædam ad cutim tra-

hætia, infellus in frigida, præsertim astringente, theriacæ assumptio, & alia deniq; omnia, quæ, in quâuis aliam à sede partē, materias euocare possunt, in idem symptoma vtilia experimur. Ex his autem balneum & frictiones plurimum conferunt ad huius symptomatis curationē: præsertim ex aqua dulci, cui chamemelū, absinthiū, sampsuchus, folia citri, & similia incocta, effi-

Plini. nepos epif. ad Apollinarem lib. 5. vitruuius cap. 10. lib. 5.

¶ Balnei artificialis partes præcipue, quinque sunt, apodyterium, laconicum, solium, baptisterium, & quinta quæ detergēdo sudori inseruiebat. Quid singulæ ex his quatuor natæ sint agere, Galenus abundè docet libro decimo methodi medendi: primam tamen silentio præterit, vt quæ deponendis vestibus tantum vsui erat. Nobis, omillis reliquis balnei partibus, de folio, quod & caldarium vulgò nuncupatur, dicendum hic est: quādoquidem balnei nomine absolutè prolato hanc partem cum vulgò intelligit. Hæc itaque multiplices aquas olim cōtinebat calidas, mediocres, tepidas, minus tepidas, & quæ ad frigidum magis inclinabant. vocaturque solium à vasis quibusdam, in quibus continebatur aqua, quorum figuram describit Vitruuius. Potest hoc, vt laconicū, totius corporis materias liquare, & ad cutim trahere. Vnde fit vt actionem purgantis immodicè medicamento impedire possit: quoniā calor balnei, vt externus, medicamentum vnā cum humoribus ad cutim rapit, & facultatis excreticis impetum eodem conuertit. Quoteis ergo fluxus immoderatus est, & vires valent: audacter vtere balneo, & eo sudorē prouoca partim in coctis herbis ad id conferentibus, partim teçto probè toto corpore, ne balnei calor foras exhalet. Sed viriū maxima hic est habenda ratio: quoniam per immodicā vacationem sepius solēt esse imbecillæ, quas balneū prosternere cōlueuit. Cum ergo illæ imbecillæ erunt, breuis erit mora in balneo, & si opus erit, frequēs, ne vires reliquas dissipet. De frictionibus in sequētibus priuatus sermo habebitur.

Gale. cōmē. 48. lib. 3. de vic. acu. & lib. 10. metho. & 3. sani. tuen. Corne. Cel. capi. 17. lib. 2. Gale. cōmē. in apho. 5. li. 4. & Asti. cap. 166. Sermo. 3. lib. 1. Paul. cap. 7. lib. 7.

Imperiti autem artis stypticis lauant, ignorantes tale balneum constringere & materias vaporēsq; intrò cōpellere: quæ res fluorem auget. Præcipuus igitur scopus tibi sit poros rarefacere, & foras, quibus potes modis, attrahere. Sic enim fit materiæ in vaporē resolutio, acriūmque fumorum exclusio. Fac ergo sudare egrum in balneo, vel aquæ calentis vapore.

Corne. Cel. cap. 17. lib. 2.

¶ Balneum, quo vtendum nobis est ad reuellendam materiam immodicè per aluum fluentem, ex aqua dulci fit, vt proximè dixit: in qua si ea, quæ poros aperire, dilatare, materias ad se attrahere possunt, coxerint: efficacius id inre existimatur. Quo humores per anum fluentes ad cutim reuocantur, per eamque partim sudore, partim in vaporem conuersi, vacuantur. Ob id prouocandus est sudor vel sicco calore vt harena calida, clibani, laconici, vel alter: aut humido, vt folij: quò aluus immodicè cita aliò rapta materia cohibeatur. In quem vsu ne vsurpato balneum astringens cum imperitis quibusdam, quoniam hoc (siue naturale sit vt aluminosum, salsum: siue artificiale, vt quod maceratis vel incoctis astringētibus paratur) cutim densat, & fluxiones eò promouet, quò medicamentum purgans attrahit. Id quod immoderatiois fluxus causa est. Attamen infellio in astringente aqua vtilis est: siquidem fluxiones à sede repellit, infernas partes roborat, meatus angustiores reddit. Inde fit, vt materia repulsæ & interceptæ resistant.

Gale. lib. 8. metho. & 1. ad Glauco. & 1. simp. medica.

Frictiones item primū leues, post valentiores, vt pati poterit

Theorema tertium. LXIX

æger; idētidem repetatur, donec multus reddatur sudor. idēmq; frequentissimè tergendus est, vt alteri vel sudori, vel vaporī exclusi parato, impedimento non sit. Diu enim relictus sudor poros occludit: abstersus verò facilem præstat alteri egressum. Fricuisse

5 etiam artus multum iuuat.

¶ Fricitio qua parte exercetur, in eam reuellit materiam. Interest tamen, num mollis an dura sit, an harum media: & num pauca, multa, mediocris. Siquidem mollis corpus rarefacit emollitq;: dura densat, & durat: mediocris mediocriter afficit. Multa corpus extenuat, mediocris implet, pauca nec auget, nec minuit, nec omnino euidēs aliquid videtur efficere, nisi quod parum calfacit. Id quod cum omni frictione cōmune habet. Licet igitur dura validè humores reuocet, quia densat & constringit, eorum vacationē prohibet. Quamobrem à molli incipiendum est, inde ad mediocrem transeundum, demum ad duram. Quod si à dura incipiamus, reuulsionis gratia id fiet, vt scilicet spiritus & sanguis ad cutim trahantur. Vel potius pro dura multa substituenda est, quia digerit, & resoluit, & poros peruios sudori & flatibus relinquit. Moderanda tamen ea est pro virium ratione. Nam si hæ imbecillæ sint, crebra exiguaque vtendum. Quam tantisper continuare oportet, donec multus copiosusque reddatur sudor. Is autem frequentissimè detergendus est, ne refrigeratus & cuti inharens nouum aduenientem exire prohibeat, & velut operculum corporis poros occludat. Lintheum autē, quo abstersendus est, tepescere prius oportet, ne frigore poros contrahat. Paulus sudorem abstersere vetat opinatus alium elicere alium: sed mihi sententia prior magis arridet. Artuum, brachiorum præcipuè, frictio in eundem scopum vtilissima est: quoniā longissimè reuellit materiam, & sudorem maximè prouocat.

Gale. lib. 2. & 3. sani. tuen. & Corne. Cel. capit. 14. lib. 2.

Paul. cap. 7. li. 7.

Celsus ibidem. Gale. lib. 5. sani. tuen.

Idem lib. 8. metho. med. & Aristot. proble. 12. se. 2. & Corne. Cel. cap. 6. li. 3. Cap. 46. libro. 2. Cel. ibidem, Aristote. proble. 4. & 5. secti. 2.

At verò vulgus & imperiti artis, omnes à medicamēto indiscriminatim lauant, ignorantes balneum foras trahere (vt Galenus dixit) simul etiam ignorantes materiæ reliquias virtute medicamenti ad partes expulsionī dicatas iam repentes, in oppositū mouere, ac facultate sua ad corporis partes reuocare: atq; tunc quidem facile erat iuuare, vt prōptius reperēt, vel saltem exoluerentur: nunc autem difficile. Præterea si ea fiducia adhibetur balneū, quod virtute ipsius attractio ad exteriora, & ignobilia fiat, nō minor est error, sit enim trāsmissio ab ignobilibus ad ignobilia, per nobilia; id est, ab intestinis, ad cutim, per venas. Ad hæc, natura melius per propinquiora vacuat, maximè si viæ sunt conuenientes. Inquit enim Hippocrates, Materia euacuanda per eam partem ducenda est, ad quam magis declinare videtur, dum modo ea sit cōueniens. Errāt igitur omnes sine discrimine post sumptum medicamentum lauantes; quoniam obstructiones & cutis vitia excitant.

Aphor. 21. lib. 1.

¶ Vulgaribus quibusdam, & imperitis artis Medicæ, solenne est post sumptum medicamentum, nullo habito delectu, omnibus imperare balneum: quorū consuetudinē rationibus tribus increpat. Prima est huiusmodi. Balneum (vt Galenus autor est) foras & ad cutim, partē contrariam ei, ad quam Medicina ducit, nempe ventriculum & intestina, humores attrahit, balneum igitur medicamenti purgantis actionem impedit, & quidquid materiæ ab eo commotum erat, & expedite vtiliterque fluebat, ab intestinis ad cavitates internas, habitumq; corporis reuocabit. Vnde fiet, vt humores, qui alioqui sponte fluebāt, vel leui subsidio flui

Aphorif. 5. lib. 4. & cōmen. 58. lib. 3. de victu acuto.

M ij

Libri primi

erant parati: nunc vi balnei ad corporis partes penitiores & angustas retracti egerimè educantur. Non est igitur temerè quibusvis imperandum balneū. Altera ratio est, si ea ratione ducti balneum cōmendant, quòd ab ignobilibus partibus intestinis, foras & ad ignobilissimam partem cutim, transmissio fiat: Quas inde, si materia crassa, lenta, multa sit, obstructio- nes contrahere: si acris & mordax, morlum, rosionem, vlcera pati: & cutis vitia deformita- 5
tesque vtralibet sit, in confessio est. Tertia ratio. Vacuatio, quæ per conuenientes meatus, & propinquiores fit, præsertim si humoris impetus eò feratur, præstantior ea est, quæ per distā- 10
tissimos & non ita congruos, & alio repète humore celebratur: atqui ad intestina loca pro- pinquissima, aptissimaque vacuanda materia, humores à medicamento commoti fiunt: ad cutim partem remotissimam, neque perinde aptam, non nisi vi caloris trahuntur, præferen- 15
da igitur vacuatio ea est, quæ per intestina fit, ei, quæ per cutim. Quamobrè non est incōsul- tē eis qui purgātur, & purgatis, præscribendum balneū: sed hac limitatione adhibita impe- rādum est. Si medicamentū immodicè videatur purgare, ad sistendam purgationem vtilissi- 20
mè vsurpatur. Si abundè vacuauit, non ab re quandoque imperatur, quò fuliginosa excre- menta, & humorum aliqua reliquie, ad cutim vel in aliqua alia parte residentes vacuentur: 25
alioqui vbi immodicè vacuatum est, vel imperfectè, vel in ipsa purgatione nunquam vtile est. Ad quem modum (si quid iudico) Auicennas interpretandus est, vbi post exactam pur- gationem consulit balneum.

Gale. lib. de in-
quali intemperie
& cōmē. in apho.
21. lib. 1. & Hippo.
lib. de natu. hu-
ma.
Gale. cōmē. 58.
libro. 3. de victu
acuto.
Hippocr. & Gale.
aphor. 21. lib. 1.

Gale. cōmē. 58.
lib. 3. de victu a-
cuto. & cōmē.
aphor. 5. lib. 4. &
vlti. lib. 3. de vic.
acuto.

Re vera autem non congruit balneum post medicamentum, nisi cū purgatio immodica est: tunc enim ventri constringēdo 20
est vtile. Postquam verò in balneo diu sudatum est, tunc roboran- tia & astringentia exhibe, siquidē inde duos attinges scopos: quo- rum vno efficias, ne viscera laxa materiam recipiant; altero, vt ma- terie ad oppositum conuertantur.

¶ Nunc docet vtile esse balneum cū purgatio immoderata est. Eo autem intrepidè prouo 25
candus est sudor, quò validiùs humoris fluentis impetus primo relicto itinere ad habitum corporis cutimque retrahatur. In quo postquam diu sudatū erit, exhibebis ea, quæ vim astri- ctoriam habent, qualia sunt, cydonia, pyra condita, myrobalani condite, diacydonium, ele- ctarium diarhodon, aromaticum rosatum, & alia sexcenta. His enim partes à balneo laxas 30
astringes, imbecillas roborabis, & vt fluxiones minùs promptè recipiāt, efficias: eo humorē 30
fluentem ad corpus vniuersum reuelles.

Gale. lib. 7. & 13.
metho. & cōmē.
58. lib. 3. de victu
acuto.

Quòd si hæc non contulerint, corpus eius totum pannis lineis aqua infusis tandiu vndique verberetur, donec cutis ipsa rubeat, & infletur, deinde fricetur, vt sudet. Sedere autē in balneo super calidos lateres, aut lapides læues & raros: alijs verò ilia, ventrem, 35
lumbos, calfacere, in id multum confert. Extremorum item liga- turæ per institas comprimendo dolorificæ materiam per aluum fluentem ad contrarium conuertunt.

Gal. in libello de
hirudi. reuul. cu-
cur. scariis.

Aphorif. 16. lib. 5.

Paul. lib. 7. cap.
7. Gale. lib. 1. ad
Glaucōn.

¶ Dolor & calor, fluxionem ad se prouocant, quos verberatu & frictione excitat, sudorē
que promouet, qui ad sistendam aluum non obscuram vim habet. Sessio autem, quæ super 40
calentes lateres vel lapides læues & spongiosos fit & eorum admotio ilibus, ventri, lumbis, ea solum ratione conferunt, quòd sudorem eliciunt: alioqui calore maiore fortè fluxionē 45
prouocarent. Extremas quoque partes, brachia præsertim, per angustas fasciolas comprē- disse dolorificis vinculis, non inutile est: siquidem aliò auertunt materiam, quàm fluebat. 45
Vbi in veteri lectione legebatur latera, ilia vertimus, non hypochondria cum Syluio: quo- 45
niam protinus latera & hypochondria tanquam diuersa ponet.

Diuretica etiam, id est, vrinam promouētia, idem possunt. *Mia*

ctus enim noctu plurimus deiectionem minuit, vt inquit Hippocrates, in aphorismis. Quoniam (vt ait Humain) largior vrina, vt etiam sudor, multam deiectionem sistit: quia materia in alias partes, quam ad intestina fluit, quin potius ab intestinis, & hepatis caua parte ad renes, vel partium cauitates retracta, stercus siccum, & ad excretionem pigrum relinquitur in intestinis.

Aphor. vlti. li. 4.

¶ Alius generis medicamenta non ignobilia, aduersus idem malū valentia scribit, quæ Greci diuretica vocant, Latini vrinam mouentia, seu promouentia non ineptè reddunt. Hæc humores per aluum fluētēs & fluere paratos insita sibi facultate ad vrinarios meatus reuelunt. Eiusmodi ferè omnia calida sunt, acria, siccantia, & incidentia, odorata, quanquam sint nonnulla, quæ tenuitate substantiæ vrinas mouent: alia propemodum tota in vrinas abeunt, vt aquosa vina, eò quod in se parum habeant alimenti, quæ improprie diuretica vocantur. Quoniam igitur diuretica proprie dicta humorem penè totum ad renes diuertere faciunt, sicquæ necesse est relinquatur stercus: quare pigrius descendit. quòd si largior potio sumpta sit, vel distributio impedita, quoniam totus propemodum humor vnà cum sicco excremento est, alui excrementa facilius descendunt. Id quod Hippocrates sacro illo oraculo (Mictio noctu plurima facta, paruam significat deiectionem) pronuntiauit. Si enim aluus tarda & pigra est, vrina copiosa esse solet: & vice versa, si vrina rara & pauca redditur, deiectio larga consuevit esse. Quoniam facultatis excreticis impetus totaque materia in hanc, vel illam partem confertim inclinant. De sudore iam satis multa diximus, Humain est Ioannitius aphorismorum expositor.

Gale. cap. 21. lib. 5. simpli. & Corne. Cel. ca. 11. li. 2.

Manar. epist. 2. li. 19.

Aphor. vlti. li. 4. Adu. in li. de vrinis, & Gale. aphor. 25. & 53. lib. 2.

Vomitum quoque prouocare aduersus hoc symptoma conducit, vt inquit Hippocrates. Vētris enim fluor vomitum, & vomitus alui fluorem, interdum curat. quoniam scilicet ad oppositum trahitur id, quod illorum cautia erat, vt ait Humain.

Aphor. 15. lib. 6.

¶ Longas immoderatasque deiectiones supprimit vomitus spontaneus, vel petitus: & vice versa deiectio fortuita, vel arte excitata vomitū sistere potest. Quoniam excreticis facultatis impetus materiaque ipsa in partem ei contrariam auertitur, per quā primū fluebat. Quam sententiam Hippocrates in aphorismis his verbis cōprehendit: Longa diarrhoea habito, spontaneus vomitus superueniens, diarrhoeam soluit. Qua oratione aperte non docuit alui profluuium vomitum remedio esse, sed vomitui alui profluuium. quoniam tamē vtriusque eadem est ratio: facile inde elici poterat. Quæ verò facile intelliguntur, in aphoristica doctrina subticenda sunt. Idque non tantum in aphorismis, sed in alijs etiam operibus familiarē fuit Hippocrati. Cuius mētem aptè hic Mesues ipsius omnis verbis exposuit. Reliqua, quæ Humain assignat, ex Galeni cōmentario in præscriptum aphorismū sumpta sunt. Quo loco hortatur Hippocrates, Galeno auctore, vt quæ naturā prospero successu fiunt, naturæ minister & discipulus Medicus ea imitari conetur: quæ si natura non molitur, arte ea tentet in simili dispositione. Cū ergo longo ventris profluuium vexatus, spontaneo vomitu superueniente liberetur à morbo, reuulsa materia huius symptomatis causa à partibus infernis ad supernas: si quis tam largo ventris profluuium vexetur, nec vomitus sponte naturæ sequatur, medicamentis, vel insertis in os vel digitis, vel plumis, vel aliter illicendus est. si vomitus quem malè habeat, deiectio acrioribus clysteribus, vel aliter prouocanda.

Cel. cap. 6. lib. 1. & 8. li. 2. Hippo. & Gale. aphor. 15. lib. 6. & in libello de hiru. reuul. & c. & 1. ad Glau.

Gale. commen. in aphor. 1. li. 1. & alibi in aphor. & li. 2. fan. tuen. & cōmen. in prognos. 16. lib. 2.

Ex cōmē. in aphor. 2. & 21. lib. 1. & vlti. lib. 4. & cap. 87. artis medicæ, & Auicē. in primo. Gal. lib. de reuul.

Ad hæc cucurbitule in eundem scopum vtilis sunt, hypochondrijs, ventri, lumbis, affixæ.

¶ Cucurbitula nobile planè auxilium est ad reuellendas validissimè materias in eam partē, cui affixa est. Affigenda igitur est parti diuersa ab ea, quæ laborat, quoties per eam fluxiones sistere tentas. Ob id consultè Mesues ad fluorem ventris sistendum hypochondrijs, ven-

Gal. li. 11. metho. & in libello de hiru. reuul. & c. Corne. Cel. ca. 11. li. 2. Adu. ca. 134. lib. 1.

Libri primi

Cap. 7. lib. 7.

tricoli regioni, ilijs, & lumbis, eam imponere iubet. Paulus supra ventriculi regionem eas affigendas censet.

Vincula item dolorifica, & frictones extremorum, idem possunt: præsertim si ab axillis, & inguinibus incipiendo descendant.

Cap. 7. & 10. lib. 7.

¶ De vinculis & friczione satis multa (vt reor) in superioribus diximus. Incipere autem, auctore Mesue, debet iuxta trunci corporis radicem, hoc est, iuxta axillas, & inguina: inde versus artuum extrema, vt versus manus, & pedes, reducenda sunt. Paulus vbi immoderate aluus profluit, vel vomitus quem male habet, artus vinculis excipere cõsultat, vt symptomata suppressantur, nulla adhibita limitatione, num brachia in illo, in hoc crura vincire conueniat. Nos Galeni sententiæ inherentes, de hac re sic decernimus. In alui profluuiio spontaneo, vel per medicamenta petito, crura vincire & fricare minimè congruit: ne maior fluxio in laborantem partem prouocetur: sed brachia potius, vt ad ea retrahatur materia. Si vomitus vrget, crura vinculis comprehendenda fricandaque sunt, non brachia: Nam vincula & frictones eo solùm nomine hoc casu probantur, quòd illa dolore, hæ calore fluentem materiam versus se retrahant.

lib. 1. ad Glauco. de curatione deliquij animi.

CANON QVARTVS.



Aboriosam autem agitationem & fluctuationem in corpore quiete & somno sedamus. Cùm enim vacuationem ab helleboro immodicam sistere voles, somnum & quietem impera, inquit Hippocrates. Quietem interpretor (inquit Heben Mesues) tum corporis, tum animi, idq; sensuum obiectis iucundis adhibitis. Somnus etiam inducendus est demulcentibus melodijs, cantionibus somniferis, & musicis omnibus instrumentis: ad hæc remedijs somnificis, rebusq; omnibus, quæ sahara curant, Somnus enim profundior & quiete maxime omnium, agitationes sedant. Dixerat enim Hippocrates, quiete agitationem sedat, argumento est nauigatio, quæ motione turbat corpora.

Aphor. 15. lib. 4.

¶ Quies & somnus vacuationes omnes immoderatas, humorumq; commotiones maximè omnium sedare possunt, sudore excepto, quem somnus promouere consuevit, vt Aristoteles auctor est. Quies verò tum corporis, tum animi intelligenda est, vt Heben Mesues interpretatur. Animus quietus tunc esse dicitur, cùm, discussis cogitationibus & affectibus, securus est. Illa autem ijs, quibus maximè capitur, obiectis procuranda est, vt musicis instrumentis, cantilenis ad numeros compositis: quas quis voce submissa, sed perquam suauis, & amœna, canat. Ad hæc, narratione rerum iucundarum, & discussione curarum tristiumque cogitationum. Quæ omnia ad somnum quoq; conciliandum vtilissima sunt: per quem calor, spiritus, & sanguis ad intimas corporis partes sese recipiunt: sensus & voluntarij motus otiantur. Quæ testimonio Hippocratis confirmat, inquit enim, Cùm biberit quis helleborum, ad motiones quidem corporum ducere magis: ad somnos verò atq; quietem, minus. Indicat autem nauigatio turbari motione corpus. Et statim subiugit, Cùm volueris magis ducere helleborum, moue corpus: cùm verò sistere, somnum facito, & non moueto. Ex quibus aphorismis luce clarius apparet, quietem & somnum alui fluorem sistere: motum contra, promouere. Quòd verò ait, dixerat enim Hippocrates &c. argumentatio est ducta à contrarijs, si motus corpora turbat, quiete sedabit. Somnus inducitur partim ijs, quæ diximus, partim remedijs alijs somniferis, de quibus auctores agunt in curatione sahara, hoc est, infomniæ, seu dormiendi impotentia.

Aphor. 14. lib. 4.

Hippoc. & Gale. aphor. & comm. 14. & 15. lib. 4. Aeti. cap. 45. sermo. 1. lib. 3. Paul. cap. 7. & 10. lib. 7. Auic. fen. 4. primi cap. 5. Aristot. proble. 28. secti. 2. Gale. commen. in apho. 15. lib. 4. & Aristot. in libello de somno & vigi. & cap. 7. li. 2. de par. ani. & Gale. aphor. 1. lib. 2. & Hippo. apho. 12. parti. 4. lib. 6. epi. de. & aphor. 29. parti. 5. lib. eiusdem. & Aristot. li. 3. histo. cap. 19. Paul. cap. 98. li. 1. & 41. lib. 2. Aeti. ca. 2. lib. 6. & ca. 116. lib. 5. Cel. ca. 32. lib. 2. & 18. li. 3. & alij sexcenti auctores.

15

20

25

30

35

40

Theorema tertium. LXXI

Præterea in hoc affectu à cibo & potu omnino abstinendū est, nisi syncopen, hoc est, præcipitem virium lapsum, timeas; hi enim agitationem augent, non remittunt.

- ¶ Quia natura alimento conuenienti destituta primum quæ ad se rapit humorem, benignum si suppetit, si deest, excrementa ipsa maligna auidissimè attrahit, & attracta retinet: ob id in hoc affectu inedia maximè commendatur, quò fluentes humores ad se retrahat, illisq; pro nutrimento abutatur, vel certè meliùs ocyulque concoquat. Quòd si inde virium præceps lapsus, quam Græci syncopen vocant, impendat: nutriendum est, Sed alimētum, quod eo casu exhibendum est, tale esse debet, vt simul instaurare, & fouere vires, simul ventrem astringere possit.

Gale. lib. 3. facul. natu. & libr. 12. metho. meden. Aëti. cap. 45. sermo. 1. lib. 3.

¶ CANON QVINTVS.

- C**opus tibi sit præcipuus animum exhilarare, & roborare cor, per sex rerum non naturalium genera, quæ tu nosti. Aër igitur domus, in qua æger est, temperatus sit, nõ frigidus (nam frigidus humores intrò compellit, quos foràs trahi salubrius est) nec calidus, si quidem hic resoluit, & infirmat. Cibus etiam & potus, vt reliqua omnia, deligenda tibi sunt, quæ roborēt cor, & animū recreent. de quo post plenius dicturi sumus.

- ¶ Vacuatio omnis immodica non eo solùm nomine periculosa est, quòd per eam necessarij ad symmetriam massæ sanguinis humores educantur, & interdum sanguis ipse, quem vita comitatur: verùm etiam quòd cum humoribus quantumuis prauis & malignis maxima calor natui & spiritus eductio fiat, vnde certissima mors impèdet, nisi proba ratione victus præcaueatur. Cuius præcipuus esse debet scopus roborare cor, fouere spiritus caloremque natium, animum recreare. Nam medicamenta purgantia ferè omnia cum principes partes lædant, quia veneni participia sunt, cor in primis petunt, infestantque: in quo vita principium finisque est. Victus ratio omnis intra sex res, quas recentiores Medici non naturales vocant, continetur, aërem, motum quietè, cibum potum, somnū vigiliam, excretionem retentionem, animi affectus: seu intra sumenda, ad mouēda, educēda, faciēda. Aër igitur cubiculi, in quo æger decūbit, temperatus esse debet: nã calidior discutit, & resoluit, viresq; deijcit: frigidior, humores intrò compellit, fluorēque auget: quos ad fluxionem sistendā foràs ad cutim trahi satius esse diximus. Quòd si talis non sit, arte ad temperiem reducendus est. Alimenta sint boni succi & facilis cōcoctionis, odorata, vel odoratis condita (huiusmodi enim cordi amica sunt) & modicè astringentia, vt simul cordi roborando, & affectui curando seruiant: temperamento, affectui corporis, & reliquis alijs indicationibus, cōgruant. Reliqua omnia procuranda tibi sunt, quæ cor robovent, vel saltem impedimenta, quibus infirmatur, tollant, animū recreent. quorum singula latius pollicetur se traditurum in sequentibus: id quod canone primo capituli quinti quarti theorematis præstitit: vel in tertio libro in sermone de affectibus cordis fecisset, nisi maximo mortalium damno acerba morte fuisset præuentus. quam prouinciam Petrus Apponensis suscepit, eamque pro sua virili obiit.

Hippo. & Gale. li. de natu. hum. & aphor. 27. lib. 6. & 3. lib. 1. & 51. lib. 2.

Gale. cōmen. 12. lib. 2. de vic. acu. & locis alijs adductis. Arist. cap. 3. li. 3. de par. ani. & in paruis natu. Paul. cap. 7. lib. 7. Gale. lib. 3. facul. natu. Gale. cap. 4. li. 8. compo. ph. p.

40 ¶ CANON SEXTVS.

- C**ongelare autem & stupefacere per fugium est vltimum, tuncque solùm ad id perueniendū, quando prædicta omnia nihil contulerint, & salus propè desperata est, nã tunc

Libri primi

narcoticis, & medicamentis fortibus tibi vtendū est, qualia sunt
theriace, philonium, & similia,

Gale. initio & fi-
ne lib. 12. metho.
& lib. 9. compo.
ph. p. cap. 4. & ca.
18. li. 5. simpli.
Paul. cap. 11. li. 7.
Gale. cōmē. 12. li.
2. de vic. acu. &
cōmē. apho. 3. li.
6. & ad finem li.
5. metho. & 3. eius
dē. & locis alijs.

Gale. cap. 17. 18.
19. lib. 3. simpli. &
initio lib. 12. me-
tho. & lib. 5. ad
finem.

Recens hic idem
nobis atq; narco-
ticum significat.
Trac. 1. summe. 1.
lib. 5. & Gentilis
fuliginas. Sera-
tractatu. 7. de an-
tidotis. Aētii. cap.
93. sermo. 1. lib.
4. Gale. li. de the-
ri. ad Pisonem.
Paul. ca. 11. li. 7.
Aētii. libidē & Ga-
le. secundum le-
ctionem Aētii. 4.
Gale. Aētii. Paul.
Auicēn. serapi. fi-
in codicibus mē-
dum est.
Gal. li. 4. metho.
Gale. & Aētii. vt
secur. ibidem.

Gale. initio. 12.
metho. meden.

lib. 1. de antido.

¶ Narcoticis medicamentis improprie anodyna vocatis tum demū vtendum consulit, cum
desperatus est aeger & frustra omnia alia remedia tentata sunt, neque alia ab hac salutis spes
est. Ceterum vires, dum hęc imperantur, collabuntur quidem, sed adhuc valent. Nam si hęc
vehementer resolutę sint, ab his abstinendum est. Ob id pueris, senioribus, grauidis, & alijs
imbecillioribus, vel prorsus offerenda non sunt, vel certē quantitate exigua. Quę licet sub-
stantia & viribus aduersa sint nobis, eorum tamen aliquam portiunculam ad vsum nostrum
accommodantes, sępē non vulgarem vtilitatē percipimus. Nam humores in crassant, fluxio-
nes siccant, somnum inducunt, doloris sensum vel submouent, vel obtundunt. Sed commo-
ditas hęc sua ferre solet incōmoda secum. Quoniam totum vel pars cui admoventur, sensu
& motu priuatur, calore natiuo ferē destituitur, & quandoque viuere definit: & si paulō li-
beralius ebiantur, mortē afferunt. Tutius his vtimur, quoties affectus a causa calida pen-
det: periculosius cum a frigida. Ex quibus duo precipue medicamenta vsu & experientia no-
bilitata sunt theriace & philonium. Theriace cum est recens humores in crassare, fluxiones
sistere, somnum accersere, doloris sensum auferre, breuiter omnia, quę leuiora narcotica
potest. Recens est ad finem sexti mensis Auicēnē: quem Medicorum vulgus ceu ducē sequi-
tur. Serapion ad tertium vsque annum recentem esse scribit. Aētius post vnum mensem eius
vsum commēdat. Galenus aduersus lethales corporis affectus vt morsus & ictus animalium
venenatorum, *lethalia pharmaca*, pestem denique post quintum a compositione annū vsur-
pandam consulit: alioqui post duodecimū. Paulus in illis affectibus post septimum, in alijs
post decimum annum. Inter quos autores tam variē inter se dissidentes litem dirimere pro
virili mea nitar, nostram prius in hunc modum interponens opinionem ex eisdē autoribus
excerptam. Theriace duodecim eget mensibus ad exactam ipsius coctionē, neque ante elap-
sum id temporis intervalum ea vtimur, nisi vrgens aliqua necessitas eam *validiorem & vi-*
gētiorem requirat: vt cum quis a virulentis feris, aut cane rabido morsus est, aut pharmacis
lethalibus petitus, aut peste correptus (nam tunc post quintū, sextum, septimum a composi-
tione mentem salubrius eam vsurpamus) vel nisi narcoticas ipsius vires requirat: quas pro-
tinus a compositione valentiores habet ad sextum vsque mensem: inde odij vigor paulatim
languescit, exoluiturque: & calfacientium vis existit, emicatque: quanquam ad finem anni
nondum percocta est: Quoniam igitur duodecim mensium spatio ad coctionem plurimum
eget, recte edusque recens appellari potest, quia vero post elapsū quintum, sextum, septi-
mū mensem, iam vtilis est aduersus lethales prædictos affectus, nō ab re recens ab Auicenna
& alijs, ad id vsque tempus appellatur: quoniam post illud iam præstat promissas vires, cum
prius narcotica maxime esset. Hęc nostra est sententia. Nunc varię horum autorum opinio-
nes vel lectiones componendę sunt. Primū codex Galeni de theriaca ad Pisonem mendo-
sus esse conuincitur, quoniam Aētius, non minus verba quā sensum Galeni fideliter & cu-
riose referens, mensem pro anno in eo legit, vt Auicennas. Neque rationes desunt, quibus no-
stra hęc sententia communiri possit. In primis si narcotica vehementiora, quale est philo-
nium, post decemniū languidis sunt viribus & ferē inutilia, quoniam stupefacientium vis
resoluta & victa est a calidis: quo pacto simile erit vero theriacen ad duodecimū annum nō
dum esse percoctam: cum in illo paulō plus maius pondus sit narcoticorum, atque aliorum
castigantium illorū malignam vim, melle excepto, quo omnia incorporantur: in hac opium
(quod solum ex narcoticis compositionem ingreditur) pars minimū vigesima ad reliqua
medicamenta vehementer calida sit: deinde mel & vinum addantur: quorum singulum opij
vim frangere potest: Deinde Antoninus Romanorum imperator (vt scribit Galenus) vix
duobus elapsis a compositione mensibus antidoto vsus est, non moratus ipsius coctionem:
quo adeo recenti nunquam vsus fuisset, si duodecim annorum spatium ad coctionem requi-
reret: præsertim cum ipse corporis iuuandi gratiā, & ad præcautionem ea cotidie vteretur.
Ad hęc libro quinto methodi Galenus scripsit, theriacen quatuor mensium somniferā esse, 50

5

10

15

20

25

30

35

40

45

50

Theorema tertium. LXXII

se, fluxiones siccare, & leniter crassare: quoniam adhuc eo tempore prævalentem habet vim opij, quod in antiquata ignauum redditur. Si igitur duodecim annorum spatio ad coctionem eget, quorsum illud adhuc, & illud leniter, additur: cum toto illo anno & sequentibus prævalentem haberet opij vim, neque leuiter crassaret: Quoniã ergo plurimum duodecim eget mensibus ad exactam coctionem (quod tempus haud modicum vocauit) & quinto, sexto, septimo mense vsurpatur salubriter aduersus dictos affectus, licet tunc opij vis iam exoluatur: rectissime dixit quarto mense prævalentem adhuc habere opij vim, & fluxiones leuiter crassare. Rectè itaque Auicenas & Aëtius vbi nunc annus est in codice Galeni, mensis legunt. In hoc etiam vnum mensẽ pro quintũ mensẽm perperam legi, ex eodem libro Galeni con-

5 tendimus: licet theriaca ante quintum mensẽm (vbi quis illi est assuetus, & exactissime, & præstantissimis medicamentis est composita) tutò vsurpari possit: vt Antoninus Imperator citra noxam vllam ea vsus est. Neque Serapionis & Pauli codices vitio carent, vel certè ipsi met autores corruptum Galeni codicem naçti sunt. Illud verò omittendum non est, theriacen veterẽ, si potens & valida sit,alui fluorem à medicamento purgante excitatum potentiũ, quàm recentem sistere. Idq; vnum ipsius periculum est, quo inuolidam vel potentẽ esse conuincimus. Valida enim vigenque sua ipsius potentia medicaminis purgatorij virosas vires euincens, & humorum ad ventriculum confluxum in cutem subito reuellens, ne utquam purgationẽ fieri permittit. Inuolida & vetustate confecta eam non perinde impedire potest. Hæc obiter & per transennam de theriaca notanda duximus. circa quæ si quis contrariam nostræ tueatur sententiam, *supplex oro, ne nos maledictis incessat, sed iudicium nostrum æqui bonique consulat.* Neq; enim ceu suprẽmi iudices, sed tanquam pedarij senatores sententiam dicimus, vt liceat ad superiores iudices rem referre. Philonium à Philone Medico Tharsensi præstantissimo nuncupatum & inuentum, nobile in hunc scopum medicamen est: cuius non minus exactam descriptionem, quàm expositionẽ apud Galenum com-

10 peries libro nono comp. ph. p. Huius, vt aliorum vehementium narcoticorum, post annum à compositione secundum ad decimum vsq; vsus salubrior est. Nam quod vltra inueterauit, languidis est viribus. *Leuiora narcotica annicula tutò vsurpantur. Scire tamen licet quãtò vnuquodq; ex his cõpositioni propinquius est, tantò esse efficacius periculosiusque: quanto remotius, tantò imbecillius & salubrius.* Cæterum vt admodum recentia fugienda sunt, ne insigniter lædant: sic antiquata & inuolida vitanda, ne spem nostram frustrentur.

15 At verò grauissimè errãt, qui initio narcoticis curãt. Hæc enim verè non curant, sed incrassant congelantque materiam: quo speciem falsam cohibitæ materię exhibent, quæ non multò post impetu maiore ruit, quàm prius, relictis in corpore congelationis, & mortis quibusdam rudimentis. Vera autẽ curatio fuerit ablatio causæ fluorem excitantis, & partium virtutumque earum in vnum coactio, & roboratio, vt diximus.

20 ¶ Eos increpat, qui curationem à narcoticis seu stupefacientibus medicamentis exordiuntur: quandoquidem eiusmodi medicamina vehemẽtes fluxiones reprimunt, sed excerni prohibent incrassatis, congelatisque humoribus. quo fit, vt multus in vëtre colligatur humor, non aliter atq; cum riuulus sistitur obice proposito. Vnde dolores non mediocres à tentione, vel dissolutione continui sæpè excitantur. Et paulò post impetu maiori collecta materia confertim ruit, vt aqua riuuli obice detractò: interim tamen corpus congelatum est, calor natiuus sopitus ferèque extinctus, quæ mortis principia quædam meritò cõsentur. Non est igitur curationis initium à narcoticis faciendum, sed vniuersum corpus vacuandum est prius, nisi ipsum spontè immodicè vacuetur, causãq; fluorem excitans submouenda, siue sit in medicamento, siue (vt prius dixit) in suscipiente, siue in his, quæ vtriq; superueniunt, deinde partes corporis, quoad eius fieri potest, roboranda sunt, & omnia denique artis remedia tentanda, quibus omnibus victis ad narcoticorum vsus tandem descendendum est,

Gale. lib. de the-
ri. ad Pifo.

Hippo. apho. 49.
& 50. lib. 2.
Gale. lib. 1. de an-
tido.
Gale. lib. de the-
ria. ad Pifo. Aë-
ti. cap. 95. sermo.
1. lib. 4. Paul. ca.
7. lib. 7. Auicena.
& sera. locis ad-
ductis.

Gale. cap. 4. lib.
9. compo. ph. p.
idem lib. 12. me-
tho. meden.

Ex cõmen. Gale.
in apho. 31. lib. 6.
Gale. ibidem &
in sine lib. 12. me-
tho.

Canone. 3. & 5.

Libri primi

vt proximè subiunget.

Vbi verò necessitas inuitat, hoc est, quando prædicta omnia nõ contulerint, narcoticis vti audemus, priùs tamen castigatis secundum modos & conditiones, quibus nocumẽta emendantur, quæ ab eis impendẽre solent. Impedent autem à narcoticis nocumẽta multa, nam vitæ contraria sunt, quia congelant, stupefaciunt, & mortificãt, præcipuè si simplicia sint, & eò magis si sint recẽtia,

Ga. le. initio lib. 12. metho. & lib. 3. cõpo. ph. p. in composi. Andromachi. Cap. 17. 18. 19. li. 3. simpli. & initio li. 12. metho. & cap. 8. lib. 1. de caus. symp. & ca. 1. lib. 2. de locis affe. & initio lib. 3. compo. ph. p. & cap. 2. lib. 2. de caus. sympto. & 5. lib. 1.

lib. 12. metho. in initio.

¶ Ab vsu grauitè sopientium seu narcoticorum maximè abhorre debet Medicus, nec vnquam illis vti, nisi iam frustra remedia alia fuerit expertus: atq; tunc aliorũ mistione ita temperanda sunt, vt nulla ab eis noxa corpori impendẽret ex his, quas alioqui per se asserre solent. Danda præterea non sunt nisi adhibitis limitationibus infra dicendis. Nocumẽta ab eis incumbẽtia maximè præcipua sunt, congelatio, stupefactio, mortificatio, corporis totius, vel partis, cui admoentur. Nam vehemèter frigidi (quale est narcoticum) proprium est congelare, & ad immedicabilem frigiditatem perducere, sicuti in primo theoremate dixit. Idem stuporis causa est, quia neruorum spiracula (per quæ spiritus animalis sentiendi & mouendi vim transferens distribuitur) contrahit, & densat: ob id spiritui illi viam præcludit. Mortificat, quoniam calorem cordis extinguit, quo extincto mors sequitur. Ex his igitur, composita simplicibus præferenda sunt, & antiqua recentibus: vt minori detrimento scopum propositum attingamus. Nam composita calida recipiunt, quæ narcoticorum excendentem vim tum frangunt, tum altius penetrare faciunt. Recentia tum simplicia, tum composita præualentes vires habent: quãobrem insigniter lædere possunt. Hac de causa à compositione leuiora narcotica annotina ante quàm ad vsum traducantur, voluit esse Galenus: vehementiora minimum bima: antiqua valde, æquè atq; recentia fugienda, quemadmodum paulò antè diximus.

His autem narcoticorum noxis, ars tribus remediorum mistis generibus præcauet, & horum actiões salubriores reddit. Primum miscetur narcoticis, quæ eorum congelationem resoluunt, auferuntq; vt castorium, piper, crocus: hæc enim sunt veluti theriaca narcoticorum: piper quidem & castoriũ resoluendo & dissipando: crocus autem coquendo, & narcotici vim cohibendo. Secundò miscentur, quæ vires firmant, & spiritus instaurant, qualia sunt cardiaca, & stomachica vitæ commodantia, vt spica, doronicum, zedoaria, & similia. Tertiò miscentur, quæ materias de parte in partem fluentes agitatasque sistunt, & cohibent, vt myrrha, thus, gummi iuniperi, & similia. His enim narcoticorum malignitas reprimitur.

Gale. cap. 4. lib. 9. compo. ph. p.

Idem ibidem.

¶ Triplici remediorum genere malignos narcoticorũ iam dictos effectus prohibemus, eorũque actiões salubriores efficimus. Primi generis remedia concoquunt, attenuant, siccant, resoluunt, discutiunt: quibus necessario frigoris excessus narcoticorum hebetatur, eorũque vis ad partes penitiores corporis deducitur: & cõgelatio, stupor, mortificatio (maligni medicamentorum effectus) exoluuntur, & temperantur. Huiusmodi sunt castorium, piper, crocus. siquidem hæc maleficos narcoticorum effectus non aliter arcent atq; theriaca veneni vim. Nam piper & castorium exoluunt, & obtundunt eorum virtutem, quandiu concoctio medicamenti durat: & corporis nocentes humores incidunt, tenuant, resoluunt, discutiunt: flatus digerunt, & dissipant. Crocus eadem coquit, & stupefacientium facultatẽ eodem modo, tum roborato corde, cohibet. Nonnulli castorium inter concoctoria medi-

Theorema tertium. LXXIII

camina reponunt, vt myrrham: Galenus pyrethrum, euphorbium, piper, inter discussoria, & resolutiva refert. Secundi generis remedia vires firmant, & spiritus vitales instaurant. quibus roboratis & instauratis, valentius narcoticorum malignis effectis resistitur: inter quæ cardiaca & stomachica medicamenta recensentur, de quibus in secundo theoremate dictum est. Tertij generis remedia presenti duntaxat scopo accommodantur, impeditura alioqui medicamentorum sopientium actionem, ne altius & in partes corporis profundas penetrent. Nā cum ipsa naturali sua frigiditate meatus densent, & astringant, impedimento sibi ipsis sunt, quò minus in penitiores partes penetrare possint: quàm densitudinem & astringentiam astringentia, si miscantur, impensius augent. Cæterum quia scopus nobis propositus est alui fluorem sistere, id quod narcotica validius præstant, si astringentia illis miscantur, consultè in hunc scopum & similem, ea commisceri consulit. Ad tria nanque compositionis eiusmodi medicamenta respicere debet, nimirum vt sensus tactus obtundatur: vt nihil noxæ ex hac stupefactione in particula relinquatur: vt denique dispositioni auxilietur.

Veruntamen si narcoticis abstinere potes, præstantius quidè fuerit, sin vt cogaris, præstat, vt potui non dentur: sed emplastris tantùm tutius adhibe: aut si per hæc parum proficitur, saltem balanis, & clysteribus. Quòd si potui dare cogaris, cum præmeditatione & cautè dabis.

Quàm parum tutus sit vsus medicamentorum stupefacientium, & quanta cum præmeditatione & formidine adhibenda ea sint, facilè hinc, & ex his, quæ hæcenus diximus, constat. Vitanda igitur sunt, quatenus licet, & fieri potest: quod si vrgens aliqua necessitas nos compellat eis vti, tutiores modi præferèdi sunt. In primis igitur narcotica, vt reliqua omnia à quibus aliquod imminet vitæ periculum, tutius admouentur, emplastris, vnguentis, lenimentis, & alijs remediorum generibus, quàm iniiciuntur balanis & clysteribus: tutiusque eadem iniiciuntur, quàm sumantur. Quòd si sumenda omnino sunt, neq; alia salutis spes est, maxima cum præmeditatione & cautione offerenda sunt.

Antiquata enim minus nocent, quoniam narcotici virtus coquitur, & resolutur rerum aliarum mixtione.

Si sumenda omnino sunt, vetera tantò minus sunt noxia, quantò sunt vetustiora: cæterum admodum vetera languidis sunt viribus, eoque parum nauiter cuius gratia parata sunt, perficiunt. Recentia præualentes narcoticorum vires habent, periculosaq; sunt. Eligenda igitur non admodum recentia, ne insigniter nos ledant: nec admodum antiqua, ne spem nostram frustrantur: sed mediocria, vt ad votum citra periculum respondeant.

Nunquam etiam oportuniùs dantur, quàm sero sub somnū: quia somnum inducūt: somnus autem, vt icis, agitationes sedat. Sunt qui dant manè præsertim, quando egrum infomnia nō torquet, tūcque minus crebram desurgendi necessitatem, morsum obtundendo, faciunt. Mox etiam à cibo exhibenda nō sunt, nec plenis corporibus, nec impuris, purgatis autem salubriùs dantur.

Quoniam dixerat cū formidine & cautione sumenda esse huiusmodi medicamina, limitationes alias scribit obseruandas in horum vsu. Primùm paulò post cenā dormituris, vel ea hora, qua æger per sanitatem dormire consuevit, imperanda sunt, si capitis dolor vehemēs, vel vigilia, vel alui immodicus fluor, vrgent: quoniam, conciliato somno, humorum commotiones fluxionesque sistuntur, vt canone quarto ostendimus. Quòd si peruigilium non torqueat, diluculo etiam salubriter dantur horis quinque ante cibū, si per vires liceat: quo humorū acrimonia ab eis obtusa rariùs ad onus ventris deponèdum surgere cogatur æger. Quod aduersus hoc malum non leue præsidium est: nam crebra surgendi necessitas sæpè in

N

Cano. 2. primi. cap.

Gale. cap. 3. lib. 8. cōpo. ph. p.

idem ibidem.

Corne. Cel. capi. 25. lib. 5. Gale. initio lib. 6. cōpo. ph. p.

Ex libro. 12. metho. meden.

Libri primi

Gale. comē. apho.
31. lib. 6.

caussa est, vt vires repente collabantur. Deinde mox à cibo exhibenda non sunt, quoniam calorem nativū extinguerēt, & cruditates parerent. neque plethoricis, neque cacochymis: quoniā licet ad tempus fluxio cessaret, nō multò post impetu maiore rediret, vt paulò ante diximus. Et quoniam ad hęc nunquam deueniendum est, nisi victis iam alijs remedijs: alia igitur prius tentanda sunt, vt venę sectio, purgatio, ceteraque auxilia: quibus cum malū nō cedit, ad hęc tandem confugiendum est.

Caue item ea dare cōtinenter multis diebus, sed tempus interpone, quo roborantia dabis, quę vitę seruent thesaurū. Scito etiā narcotica nocere oculis, & sensibus: quare tuū erit cauere ne nocent, vt exhibendo ex illis quantitatem tā paruam, quę viribus nostris non officiat. Pauco enim & sæpè, quàm multo semel vti, præstat.

Gal. cap. 3. lib. 8.
compo. ph. p.
Gale. capi. 17. 18.
19. lib. 3. simpli.
medi.

Gale. commen. in
apho. 31. lib. 6. &
initio lib. 2. de lo
cis affectis.
Idem lib. 6. cōspo.
ph. p. & comē. 12.
lib. 2. de vic. acu.
& alibi.
Idem lib. 12. metho.
tho.

Idem cap. 17. 18.
19. lib. 3. simpli.
Cano. 2. capit. 1.
theore. 2.

¶ Quando quidem viuientium corpora simile quid mortificationi à medicamentis ex opio, hyoscyamo, mandragora compositis patiuntur, dum partes horum vsu causas dolorificas sentire desinunt, & assiduo vsu frigiditatem partibus immedicabilem excitant, & interdum corde insigniter refrigerato certissimam mortem afferūt: oculos reliquaque sensoria, vt & sensus ipsos hebetant, quoniam spiritus animales incassant, congelant, in se uere prohibent, vias præcludunt, sensoria densantur præduraque euadunt his admotis: studio præcipuo enitendum nobis est, vt eorum quantitatem, qualitatem, vtendi tempus, sic moderemus, vt mala omnia, quæ ab eis nobis impendēre diximus, vitentur. Danda igitur sunt quantitate parua, vt reliqua vehementiora medicamenta, eaque aliquoties repetenda est, si postulat vsus: quoniam largior horum quantitas semel exhibita vitæ discrimen affert. Qualitate mitiora, hoc est, minus frigida (vel quia minus refrigerantia recipiunt, vel quia vetustiora) vt minus sunt periculosa, sic narcoticorū effectus obscurius præstant, quare Medicus naturā prudēs qualitatem deliget necessariam curando affectui. Continuis diebus exhibēda minime sunt, sed quibusdam interpositis, quibus roborantia medicamenta imperauimus: vt vitæ fons & thesaurus, id est, cor cōseruetur. Omnia enim eiusmodi medicamina, vehemēter refrigerato corde, mortē accerunt. Qualibus verò medicamentis roboretur cor, supra declarauimus.

Quòd autem attinet ad [dolorū] insultus, ante hos narcotica adhibere est fatiūs: quanquam interdum in ipsa commotione viō lenta, vt colico dolore vehementi, exhibere oporteat, quod significauit Galenus dum colico dolori multum vehemēti, interdum necessariam magis esse dicit, per stupefacientia falsam curationē, præsertim cum magna est doloris intentio, quàm veram, ne vires interim resoluantur, & collabantur.

Ex initio & fine.
lib. 12. metho. me
den.

¶ Si affectus per circuitus redeat, vel exacerbationes habeat, circuitum & exacerbationem narcoticis præuertere oportet, quòd si vehemēter vrgeat, quoniam periculum est, ne vires prosternantur, vel morbus augeatur: etiam in medio insultu exhiberi possunt: vt in colico dolore, quoniā is vehemēter vires conuellit, narcotica medicamēta imperat Galenus morbo & causa ipsius tantisper neglectis, dum per symptoma veræ curationi incumbere liceat. Et si enim symptoma, quæ symptoma est, curationem non requirat, sed causā morbi & morbo sublato, id submoueri sit necessum: tamen quia interdum rationem causę subit, tunc scilicet, cum vires prosternit, vel morbū fouet: ratione curationis inuersa, vniuersam Medici ad se conuertit sollicitudinem, adeò vt aliquando per contraria remedia, quàm morbus curandus exigat, succurrendum illi sit.

Iam verò medicamenta aliquot narcotica præsentī scopo utiliora subiiciamus. Medicamen bonum, quod scripsit Israëlita valen

Theorema tertium. LXXIII

ter astringens, vtile fluori alui à medicamento, alijsque fluoribus v̄tris, vsu probatum; recipit thuris drach. vnam, coaguli leporis drach. duas, opij drach. vnam, gallarum drach. tres; fiant ex his trochisci drachne semissis. Datur autem vnus potui.

- 5 ¶ Medicamenta aliquot narcotica in hunc & similem præcipuè cõposita vsu scribit, alio- Gale. capit. 17. & 19. lib. 3. simpli. & cap. 4. li. 9. cõpo. ph. p. qui in alios fortasse vsus non adeò vtilia, quoniam cùm narcotica ipsa per se tardi sint motus & transitus, astringentia mista illis motus & transitus difficultatem augent. Sunt tamen in hunc scopum & similem, vt ad fluxum quenuis sistendum vtilissima. Quale id est, quod scripsit Israëlita vsu & experientia probatum, in quo legendū opinor drachmæ semissis (vt in nostro exemplari Lugduni excusso) non drachmæ vnus cū quibusdam, quoniã si drachma vna semel detur, duodecim opij grana semel dabuntur: qui modus opij iusto maior est: præsertim cùm castigantia medicamenta calida imbecilla admodum sint.

10 Compositio catapotiorum filij zezaris vtilis ad alui fluorē, viscerumque fluxionem; recipit bdellij, gummi iuniperi, opij, thuris minuti, myrrhæ, croci, ana; fac catapotia ciceris magnitudine, da vespere à tribus ad quinque.

- ¶ Catapotia filij zezaris describit non solum scopo nostro vtilia, verum etiã fluxionibus ad viscera, & à visceribus, sistendis accommodissima. Thus minutum micæ thuris concussu elisas, thuris & corticis non nihil participes vocat, quæ manna dicitur Græcis. Serapion, vel Gale. cap. 7. libr. 5. compo. ph. p. & lib. 9. bis. Dioscoridem non intellexit, vel certè corruptum codicem nactus est: quippe cùm Dioscoridis verba referens, thus minutum ex cortice thuris combusto fieri scribat.

15 Compositio trochiscorum à nobis inuenta efficax ad immodicam alui fluorem, à medicamento purgante excitatū, & ad choleram morbum, alijsque ventris fluores; animum præterea roborat, vomitum à causa frigida sistit, somnum conciliat; recipit autē cyperi, thuris minuti, ammeos, gallæ, croci, galliæ moschatæ, caryophyllorum, balaustij, chamæpityos, malicornij, myrrhæ, spicæ, ana drach. duas; hyoscyami, opij, ana drach. vnã & semissem; fac trochiscos aurei vnus; datur vnus.

- 30 ¶ Si aureus Mefuæ sesquidrachmã capit, vt quidem volunt, grana tredecim & semis & quarta grani semel dabuntur. aut igitur modus minuendus est, aut aureus Mefuæ drach. vnam & semis non continet, sed paulò plus maior est drachma. Nos aureum pro denario, hoc est, septima vnciæ parte vbique vsurpari ab hoc autore opinamur: licet in his, quæ ex Græcis translulit, aureum interim pro drachma vertat: vt in hiera Archige, à Paulo descripta, & in alijs ex Paulo & alijs Græcis sumptis. Id quod pro me potius, quam in me facere videtur. Nam & Latinis Medicis solenne est in vertendis Græcis denarium pro drachma reddere. Aureus igitur Mefuæ, vt denarius, vna septima grauior est drachma: hæc autem in his trochiscis grana octo & semis narcoticorum recipit, aureus nouem vel æquat, vel parum admodum superat. Qui modus magnus quidem est, sed cum ratione adhibitus tollerari potest: præsertim cùm 40 multa medicamenta narcoticorum vim castigantia compositionem ingrediuntur. Serapion in hiera picra pro drachma Galeni aureum vertit. Quòd si aliquãdo aureus aliter sumatur, vt apud Serapionem in probanda theriaca, & Auicennam in curando ascite, & alios nonnullos: dicendum vel equiuocum esse nomen, vel codices esse corruptos.

45 Compositio alia trochiscorum à nobis inuenta, in præsentem scopum efficacissima & ad omnem alui fluorē, & vomitū à causa calida; recipit verò spodij, seminis rosæ, acaciæ, hipocysthidos, ba

Libri primi

Iaustij, sanguinis draconis, gallæ, croci, ana drach. duas: boli drach. vnam & semissem: opij, hyoscyami, ana drach. vnam: fac trochiscos drachmæ semissis. Datur vnus cum aqua rosarum.

¶ vtilis sunt hi trochisci in presentem scopum, hoc est, aduersus hypercatharsin, & quæuis alui fluorem, & vomitum: modo à causa pèdeant calida. Ex quibus minor præscribitur mo-
5 dus quàm ex superioribus: quoniam omnia simplicia, croco excepto, temperamenti genere cum narcoticis conueniunt: quare cum narcoticorū vires nihil, aut parum frangantur, non sine discrimine vitæ sumerentur, nisi exigua eorum exhiberetur quantitas. Dantur ex aqua rosarum, vel alio liquore affectui idoneo.

THEOREMA QVARTVM.

10



¶ Quartum theorema est, de castigatione nocumentorū post purgationem relictorum: id autem in tredecim diuiditur capita.

¶ Quartam & vltimam presentis instituti partem enarrare proponit: in qua quibus auxilijs, nocumentis, id est, morbis & symptomatis in corpore post
15 purgationem relictis, mederi oporteat, declarat. Quod munus ad Medicum duntaxat expectat, quandoquidem Pharmacopoeus nihil horum attentare debet. Hæc operis pars, vt tredecim sunt maximè insignes affectus præter naturam purgationi succedentes, ita tredecim capitibus absoluitur: vt capita singula singulis affectibus respondeant.

DE FEBRIBVS PURGATIONI succedentibus,

20



¶ Nquit filius Mesues: De morborum autē curatione post purgationem succedentiū medicamenti purgantis causa verba faciamus, primūque de febribus.

Gale. lib. 8. meth. meden.

¶ Quid hac oratione agere proponat, ignorat nemo. De febre verò primū differere insti-
25 tuit ea fortasse de causa, quòd hæc nobilissimum symptoma actionis læsæ sit, totūque corpus occupet. Interim tamen admonitos vellem lectores, Mesuen non in vniuersum de his morbis & symptomatis præcipere (id enim instituti sui limites egreditur) sed de his tantū, quæ ratione medicamenti purgantis, vel propter peccatum aliquod in se rebus, quas non naturales recentiores vocant. Ad hæc enim causa omnes & curationes, quas deinceps tra-
30 dit, referendæ sunt: sicuti ex ipsomet autore promptissimè elicitur.

Has autem medicamentū purgans excitat, vel quòd ipsum immodicè calidum & acre malam temperiem in corpore relinquit, vel quòd materiam expellendam conculcauit, non expulit: ob id putrescit, & febris causa est. vel quòd motus aliquis corporis, aut
35 animi superuenit ei, qui valenti medicamēto vacuatur. Aut quia à frigore pori densati, vaporum exhalationē prohibuerunt. Vel quia sole materia, id est, humores commoti, inflammantur. Aut quia post medicamētum citiùs iusto cibum sumpsit, quo factum est, vt medicamenti pars aliqua vnâ cum alimento penetrarit in
40 venas: quâ obrem aut fluxus valens concitatur, aut materia con-

Theorema quartum. LXXV

culcatur & putrefit, vel quia, quæ materiam præcoquere & expul-
sioni præparare debebant medicamento, præmissa non sunt: quæ
propter dum medicamentum purgans in crudam materiam ope-
ratur, interdum naturæ dissolutio fit, nec vacuatur humores, sed
5 potius cõculcati putrent. In summa error omnis in victus ratio-
ne harum febrium potest esse causa.

¶ Causas omnes febrium superuenientium purgationi in vnum coniecimus locū, quia dein-
ceps cum Medicis tantum sermo futurus est nobis, quibus ex cõmentarijs Galeni, aliorum-
que doctorum, qui penè infiniti sunt, nõ difficillimū est has, vt reliqua omnia quæ deinceps
10 traduntur, paulo latius apertiusque discere. Quamobrem nemo speret nos sequentia adeo
late fufequere, vt præcedētia, exposituros, quin nostro videbimur munere functi, si summos tā-
tū rerum, fontes monstrantes, ex quibus materiam vberriam, qui volet, possit haurire, at
tigerimus. Igitur febris vsum medicamentorū maximè attrahendo purgantiū sequitur, quia
ipsa calida sunt & sicca acria: quo fit, vt intemperie calidam siccam excitare, humores incē-
15 di aptos inflammare, possint: præsertim si homini bilioso, iuueni, operoso, ætate, in regione
& aëris constitutione calida exhibeantur. Quibus motus & interdum constipatio lubi-
dio sunt. Iam si materia crassa, glutinosa, affixa, & in vna corporis parte pertinaciter hærens
fit: tractui medicamentorū resistit, & interim magis magisque impingitur, affigitur, & consti-
20 patione euasit, putrescit & corrumpitur. Nam cum coqui non possit, putrescat necesse est.
Motum tum corporis tum animi febrē excitare posse Galenus non vno in loco testatus est.
Ob id prudenter Hippocrates monuit, externa esse vitanda: inter quæ animi affectus conu-
merantur Galeno. Frigus quia poros cutis constringit, effluuium excrementorum acriū &
mordacium potest prohibere: quæ quia retinentur, & retenta putrent, febrē excitare valēt
25 Solis calor *vehemens humores a medicamento commotos, nondum tamen vacuatos, incen-*
dit, inflammātque: vnde febris excitatur. Alimento præmaturè datum causam eidē malo
afferre solet: quia nonnihil medicamenti cum alimento in venas digeritur, quod retentum
materiam conculcauit, & putredini parauit, & inde febris excitatur: excretum alui fluorē,
concitāt, quoniam alimentū secum deturbat. Vtus etiam præparantium expulsionem medica-
30 *mentorū, vbi necessarius est, neglectus, vel aliter omisus, febrem aliāque mala inuehere po-*
test. Nisi enim cruda materia coquatur, crassa incidatur & extenuetur, lenta detergeatur,
meatus, per quos transmittenda est, referentur, lubrici fiant: tractui medicamentorum mini-
mè cedit: quin conculcata putret, & interdum tormina, vertigines, fastidia, animi deliquia,
sequuntur. Et, vt semel dicam, error omnis insignis in victus ratione, hoc est, circa sex res nõ
35 *naturales, febrium purgationi superuenientium causa esse potest.*

Cognita igitur febris causa, sumpta indicatione ab ijs, quæ præ-
cesserunt inducētia eam, medebimur interim per opposita causæ
efficientis, eam scilicet submouētia: interim per ea, quæ febris ve-
hementiā remittūt. Interdum enim causæ febrim gignenti maio-
40 ri studio resistendum est: interdū febrī, præsertim cum malignior
est. Quæ [duo] tibi diligenter sunt discernenda.

¶ Curationis ordo hic est, vt primum submoueat id, quod maximè vrget, id est, a quo ma-
ius periculū instat, siue morbus, siue symptoma sit, secundo loco, vbi nihil vrget, ordo a caus-
fis sumendus est, supræ omniū causa: primum occurrendo: deinde ei, sine quo non, quod
45 ab eis pendet. Cognoscenda est igitur febris effectrix causa, eaque primum submouenda,
nisi ea sit febris magnitudo, quæ præsentem perniciem, nisi occurratur, afferat. Quo casu
oportebit hac prius, per refrigerantia & humectantia remissa, deinde ad causam, quæ mor-
bum fouet accedere, quæ etiam per contraria, hoc est, per ea, quæ eam submouent, curanda

N in

Lib. de diff. feb.
2. de crif. lib. me
tho. 8. 9. 10. 11. 12.
& primo ad Glau.
Aëtii. Pãul. alijs.

Gale. commen. in
aphor. penul. lib.
1. & cap. 1. lib. 2.
de diff. feb. & de
natu. huma.

Gale. lib. 6. fami-
ta. tuen.
Ibidem lib. 2. de
diff. feb. ca. 5.
Cõm. in aphor. 1.
lib. 1.

Libro. 1. de caus.
morb. & 1. ad
Glau. & 8. metho.
& lib. 1. de diff.
feb.

Gale. commen. in
apho. 9. lib. 2. &
lib. 4. fam. tu. de
laxitu. vlcerosa.

Ex Gale. lib. 3. 7.
8. & alijs metho.
& cõm. apho. 16.
lib. 1.

Libri primi

Gale. libr. 11. metho. & cōmen. in aphor. 2. li. 3. & 4. metho. latē.

est. in cuius cognitionem præcedentia nos inducent. Quæ si externa sit, defitâque, curationis indicatrix non erit, ad affectum tamen noscendum sensum rationemque fugientem non inutilis est eius consideratio. Exactè igitur discernas oportet, vtrum morbo vel symptomati, an causâ potius occurrendum sit, vt probè curationem instituas. Discernes autem, si ei, à quo maius impendet vitæ periculum, præcipuè sis intentus.

Si igitur causâ febris frigus poros dēfians fuerit, adhibe ad curationem, quæ diximus poros aperire, & vapores transpirabiles reddere, quas ad res sudoris prouocatio est in primis utilis.

Gale. li. 11. metho. Hippo. li. de flat. & Aphor. 2.2. lib. 2.

Gale. li. 8. metho. & 1. ad Glau.

¶ Perpetuum est, contrarijs tum causas, tum morbos, tum symptomata expugnanda esse. si igitur quia frigus poros cutis densauit, & acrium excrementorum effluuium cohibuit, febris subsequuta est: vera curatio erit aperire poros, & liberum vaporibus exitum parare. Sic enim, causâ submota, febris cesabit. Remedia verò poros aperiētia & transfluxilem cutim reddentia sunt balneum, mollis frictio, vnctio ex oleo vel vnguento calidis, tenuibus, laxantibus: sudor operimentis, laconico, vel vtcunq; aliter prouocatus. De quibus canone tertio theorematis tertij dictum est.

Si autem in causâ fuerit calor inflammans, vel medicamētum acre multum & inflammans: curatio adhibēda est per ea, quæ calorem extinguunt, & acrimoniam obtundunt, refrigerantia scilicet post dicenda.

idem ibidē. & li. 1. de diffe. feb. & de caus. procatar.

¶ Si solis vel medicamenti immodicus calor febrem excitauerit, refrigerantibus remedijs partim sumptis, partim admotis id malum expugnandum est. Capiti tamen in primis consulendum, si æstus febris excitata causâ fuerit. nam hoc primùm maximèque omnium corporis partium à sole afficitur.

At si causâ est materia expellenda quidem, sed quæ non expulsa est, sed conculcata putret: æquata prius materia, & expulsionioni parata, vacuanda est.

¶ Si materia commota quidem, sed non vacuata, febris causâ fuerit: æquanda ea est, hoc est, expulsionioni paranda, deinde alio exhibitio medicamine vacuanda, vt capite primo tertij theorematis præceptum est.

Si à motu corporis aut animi post medicamētum febris est: cura, vt febrim ab his natam curari, scis.

¶ Qua ratione febrim à motu tum corporis tum animi curare oporteat, abundè Galenus libro octauo methodi, & primo ad Glauconem docuit: alijq; Medici tum veteres, tum recentiores copiose de ipsius curatione scripserunt. quos, qui plenam horum cognitionem habere cupiunt, consulant.

Si propter festinam comestionem sequuta est febris: abstinentia à sumpto medicamento eam curat.

¶ Morbos ex repletionem curat vacuatio: inedia vero vacuat per accidēs, quoniam in locum deperditi nihil succedit. Vel potius dicendum est, per abstinentiam naturam medicamenti reliquias in corpus cū alimento distributas vincere, non aliter atq; cum quis esuriens medicamentum assumpit. Quo fit, vt nulla inde noxa corpori impendat, & præfens tollatur.

At si febris multum ardens fuerit, calorem flammeum extinguentibus cura, aërem appara, cibum, potum, vnguenta item & emplastra, cordi, & hepatis refrigerantia adhibe: & odoramenta frigida, & medicamenta cardiaca frigida: postremo balneis temperatis humectantibus vtere, & reliquis omnibus, quæ contra se

Theorema quartum. LXXVI

brium ardorem à peritis scripta sunt. Si autem pigra febris est, interdum causa curationem ad se conuertit, vt æquetur, resolua-
tur, amoueat: interdum febris, vt ipsa discutiatur.

- ¶ Dixerat interdum maiori studio resistendum esse causse, interdum morbo: quãdo igitur
5 illi, & quando huic præcipue occurrendum sit, nunc docet in hunc modũ decernens. Si ma-
gna fuerit febris, ei primum sedandẽ intentus sis oportet: quoniam maximum ab ea impen-
det periculũ. Magna hic dicitur febris, vbi magnus est factus à naturali habitu recessus, hoc
est, vbi magnus vehemensque, in corpore viget calor. Quo casu præcipua cura est nobis fe-
bris magnitudinem submouere, vt libere possit causam oppugnare possimus. Nam vt illa re-
10 medijs dicendis remitti potest, sic prorsus submouebitur nunquam, nisi causã, quẽ eam ex-
citauit, auferatur. Calor febrilis sumptis & admotis frigidis actu vel potestate, vel vtroque
modo, si nõ extinguitur, certẽ resoluatur. Inter quẽ aer primam præcipuamque vim habet:
quippe qui inspiratus recta fertur ad cor, per diastolas arteriarum attractus ad arterias: &
vtrobique calorẽ, spiritum, sanguinẽ pro sua qualitate afficit. Si igitur hic loci, tẽporis flatus,
15 regionis ratione frigidus non sit: arte talis est parandus. Parandi modus à Galeno traditus
est libro nono & decimo methodi medendi. Cibus & potus potestate refrigerãtes toti cor-
pori refrigerando inseruiunt: qui si actu etiam frigidi sint, quatenus tales, ventriculum he-
parque frigiditate illa præcipue afficiunt: quã viscera cum sint coctionis instrumenta, alijs
etiam partibus alterationem impertiunt. Emplastra, vnguenta, & reliqua remedia topica
20 (vbi nulla corporis pars peculiariter læsa est) cordi & hepati maxime admoueri debent: cũ
eo tamen, vt ea non magnoperẽ frigida sint. siquidem illud in sano homine perpetuò ferue-
re debet: hoc calorem suum tueri, vt peculiare munus exactẽ obire possint. Odorata vi re-
frigerandi prædita admota naribus summẽ conferunt: nam inspiratione per nares cerebrum
refrigerant roborantque. Cardiaca medicamenta frigida in huiusmodi febribus non vulga-
25 riter iuuant: quia cor per eas in primis laborat. Cuius flammeum calorem cardiaca medica-
menta prædita refrigerandi vi exoluunt, vitãque tuentur. Ad hæc, balneum reliquãque re-
media ad febris discussionem à Medicis scripta in eundem scopum vsurpanda sunt. Quibus
omnibus adhibitis præclare febri consultum erit. At verò si febris non admodum vrgeat,
neque insigniter maligna sit, curationis initium à causã sumi debet: quoniam nisi ea submo-
30 ueatur, nunquam cessabit affectus. non omnino tamen negligentia est febris, sed eius aliqua
etiam habenda est ratio: sic tamen vt prima præcipuãque cura causã habeatur.

DE DOLORE CAPITIS POST purgationem. Caput secundum.

35 **D**olor capitis à purgatione accidit, aut propter sublationẽ
vaporum ad caput, quos medicamentum mouet, & suble-
uat, præsertim cũ laboriosẽ, aut imperfectẽ vacuat: aut
quoniam materiam mouet quidem in capite, sed non educit: aut
propter aliquid extrinsecus superueniens capiti eius, qui vacua-
tur, vt calor, frigus, & similia.

- 40 ¶ Dum medicamentum purgans actionem exerit, humorum molẽ vniuersam cõmouet, agi-
tatque: quo fit, vt vapores multi & copiosi moueantur, maxime si commota materia nullo
modo vel certẽ imperfectẽ vacuetur. Qui cũ natura sua ferantur sursum, ad caput corpo-
ris, in fumibulum ite contẽdunt. Qui si acres ac mordaces sint, rodentẽ dolorem in eo exci-
tant: sin multi, tẽsiuum. Sed ferẽ fumi materiã naturam, ex qua resoluuntur, retinent. Quod
45 si humores in capite commoti sint, non tamen educiti: dolor grauis sequetur, rodens, vel ro-
sione vacans, pro natura humoris. At si causã aliqua externa vt frigus, calor, clamor, contẽ

Gale. lib. 10. metho.
tho.

Idẽ lib. 4. metho.
& 1. ad Glau.

Idẽ lib. de vsu.
respira. & de vsu
puls. & de vsu. par
ti.

Idẽ lib. de vsu.
pulsuum. Corne.
Cel. cap. 3. lib. 4.

Idẽ initio lib.
10. metho.

Gale. lib. 2. com-
po. ph. p. capit. de
cephalã, & libr.
1. epide.

Libri primi

tio, vim & medicamēti calidioris & ficcioris potus, plaga, vel similis alia doloris origo fuerit: sensum fugere minimè solet.

Hunc etiam dolorem curamus, cognita prius ipsius causa. Si enim à vapore sursum ascendente est, ad contraria reuelimus per ea, quæ diximus. Si verò iam sit elatus, idemque calidus fuerit, humeralem venam incidimus: si autè frigidus est, curamus, ut ceteros dolores à simili causa excitatos. Ad id autem secta malleoli vena remedium est præstantissimum. Si denique crassus est vapor & frigidus, curatur remedijs affectui cōgruentibus, tibi nō ignotis. Verum si post factam vacuationem, quæ relinquitur, materia in causa est: vbi cocta erit, purgatio iteranda est. Quòd si intempéries à medicamento excitata malum altulit, curanda est alterantibus contrarijs conuenientibus.

Gale. li. 7. metho.
& initio lib. 2. cō
po. ph. p. & libro.
1. sani. tuen.

¶ Cognita morbi effectrice causa, ipsa curandi ratio se se offert: quam nisi submoueris, nunquam perfectè curabitur affectus. Si igitur certò noueris vapores, qui in caput efferuntur, dolorem accersisse, remedijs repulsijs primùm tibi est utendum: quibus deinde mitigatoria ac concoctoria miscenda sunt: post discussoria addenda, repulsijs paulatim detractis. Sed inter hæc, reuulsoria remedia summopere conferunt, cuiusmodi sunt clysteres validi, vincula & frictions extremarum partium, cucurbitulæ leues, medicamentorum astringentiũ potio: & his similia in hunc vsu ab autoribus scripta. Ad hæc, roborandum est caput, ne influentem flatum recipiat, neque gignat: quin conceptum in se attenuet, concoquat, ac dissipet. Quòd si iam elatus in caput omnino sit, idemque calidus fuerit, non neglectis nūc dictis remedijs, venæ humeralis sectio non obscure confert. At si fuerit frigidus siue crassus siue tenuis: incidentibus, tenuantibus, flatu dissipantibus, meatibus, per quos excernatur dilatantibus, partim sumptis, partim iniectis, partim admotis, utendum est. Aduersus quòd malum venæ malleoli sectionem non vulgariter conferre scribit. Cæterum si reliquæ humorum in corpore commotæ, sed non vacuatae, causa mali fuerint: vbi percocta erit materia, alio exhibitio medicamine educenda erit. Sic etiam si medicamentum purgans, quia calidum siccum, acre, dolorem excitauit: remedijs contrario temperamento sortitis, equali tamen excessu, expugnandus est. Horum omnium qui plenam exactamque cognitionem habere optat, librũ secundum Galeni de composi. ph. p. Aëtium, Paulum reliquosque Medicos tum Græcos, tum arabas, tum Latinos consulat. Cōsultò enim ea præteriuimus, quæ quisque nullo negotio ex alijs decerpere poterat.

DE VERTIGINE POST PURGATIONEM. Caput tertium.

Vertigo inde accidit, quòd vapores à medicamēto moti & sublatis caput petunt, ibique motum rebus agitatissimis similes excitant, qualis est aquæ in gyrum commotæ, & rerum leuium flantibus ventis vertiginosis: qualis item est aquæ vorticibus circumactæ ob alterius occursum. Sic illa accidit, quoniam vapores siue fumi in caput elati & in cerebri vetriculis & arterijs circum acti vnâ secum spiritum circumagunt, & maximè quo loco sensuum instrumenta terminentur. Quapropter imaginatur

Theorema quartum. LXXVII

ager omnia super seipsum volui, & terram sub pedibus tremere
& moueri

¶ **ἄϊνος**, id est, vertigo, dicitur, cum caput circum agi videtur: **σκιόδινος**, id est, tenebrosa vertigo, cum simul circumagi videtur, simul tenebrosa est visio. Latinis vertigo dicta est à vorticibus aquarum, quod caput non dissimiliter illis moueri videatur: tum quod omnia, quæ vident, in orbem ferri illis appareant. Symptoma est sensuum præcipuè visus, & interim partis imaginatiuæ: nam imaginamur externa omnia etiam quieta circumagi. Sensuum instrumenta, hoc est, nervi, præcipuè tamen visorii, in hoc affectu læduntur. Accidit autem post purgationem, ob inordinatam spiritus flatuosi motionem ex infernis ad superna transmissi. Spiritus enim animalis, primum instrumentum animalium actionum, vnà cum vaporibus in caput elatis, errabundo motu fertur, & parti apprehensiuæ, vt oculis, falsam præbet imaginationem, idem accidit ebrijs, quibus cuncta circumferri apparent, quoniam dum spiritus animalis sic obuoluitur, acies visus in vnâ rem figi non potest. Refert autem nihil visum, an rem visui obiectam moueri. Si phialam aqua plenam circumagas, vel corpus veritas: phiala, & te quiescente, motus aquæ, & spirituum in gyrum perseverat. Vertiginosus ventus, Græcis typhon dictus est, qui in gyrum conuertitur, & eundem ambit locum, vnâ leuio ra omnia vt festucas, plumas, puluerem, aliaque grauiora circumfert. Flumina vbi incurre re in aliquod saxum ad latus ripæ prominens, vel flumen contra fluentem vt alterius fluxum remorari possit: contorquentur in se aquæ, & in orbem sine exitu flectuntur: ita vt circum late in se forbeantur. Motus hic deprauatus spiritus animalis, in cerebri potissimum ventriculis, & arterijs carotidibus fit: quoniam bona ipsius pars in illis residet locis, quâquam re vera per totam cerebri substantiam diffusus sit.

Istud autem symptoma hoc modo curabis, si sanguinem abundare videris, humeralem incide: scarificatio item cartilaginis aurium, & cucurbitulæ ceruicibus & cruribus affixæ, in id admodum conducunt: & præter hæc victus ratio tenuis, quæ sanguinem minuât, post quæ omnia confert aquæ dulcis balneo lauari.

¶ Si sanguis abundare videatur, humeralis vena secanda est: præsertim si in capite tantum plenitudo appareat, viresque constant. nam si in toto corpore quantitate peccet, media vel axillaris iuxta huius autoris mentem aperienda est. Græci in affectibus capitis & colli humeralem tum ad reuellendum tum ad euacuandum incidunt: in qua nec acuatim & semel, nec protinus à purgatione vacuandum, sed paulatim & ex interuallis, & iuxta interposita mora, ne vires collabantur: congruam mensuram detrahendam censent. In ipso tamen impetu morne vires collabantur: congruam mensuram detrahendam censent. In ipso tamen impetu morbi sanguis vacuandus non est: sed vel expectanda est omnino quies, vel certè remissio. Post sanguinis missionem cartilaginis aurium scarificatio non in postremis confert: quoniam tum humores, tum vapores eò reuellit. Cucurbitulæ ceruicibus: hoc est, occipitio affixæ fortiter tum vacuant, tum reuellant: dorso verò natibus, poplitibus alijsq; partibus distantioribus admotæ longius quidem retrahunt, sed non æquè, nec ita citò partem affectam onere leuant. Si tamen occipitio primum, deinde omoplastis, post natibus, demum poplitibus affigantur, interposita aliqua mora, prius quàm auferantur à singulis harum partium, longè vtiliores sunt. Victus ratio tenuis sit ex cibis boni succi, parum nutrientibus, vacantibus flatu, frigidis, ventriculo, & ori ipsius gratis, vrinam cientibus. Alijs etiam ab his remedijs tum repellentibus, tum vacuantibus, tum roborantibus ad hunc affectum expugnandum vtendū est: quæ nos consultò omisimus, quandoquidē illa & Græci, & Arabici, & Latini autores abundè tradunt. Cæteris omnibus peractis curationi colophonem addit balneum aquæ dulcis, in quo collo tenus manendum & modica duntaxat calida irrorandum caput: deinde vbi è folio egressus fuerit, ter, aut sapius frigida aspergendum est.

Si autem vertigo est ab humorum copia, curatur educto humore, vomitu, aut deiectione, post quæ cerebrū, his quæ affectui con

Gale. lib. 4. de vitu acu. & cap. 8. lib. 3. loco. affect. Manar. li. 17. epist. 14.

Arist. proble. 204. secti. 3. & Aphrodis. proble. 67. secti. 2. Aristo. de mundo & in meteo. sene ca li. 5. naturalium questionum cap. 13. Aristo. proble. 5. secti. 23.

Lib. 1. cap. de vertigi. Gale. lib. de sanguini. missi. & de fan. tuè. Aëti. ca. 7. sermo. 2. lib. 2. Paul. Auiicè. Gradi.

Mesu. hic & li. 3. cap. de vertigine. Gale. commen. in aphor. 69. lib. 5. & cōmen. 10. lib. 2. de victu acu.

Aëti. ibidem.

lib. 1. cap. de vertigi. Gale. lib. de sanguini. missi. & de fan. tuè. Aëti. ca. 7. sermo. 2. lib. 2. Paul. Auiicè. Gradi.

Libri primi

ueniunt, roborandum est, Frictio quoque partium inferiorum, & vaporum resolutio, & in contrarium reuulsio: & partis transmittentis (vt ventriculi, hepatis, lienis, folliculi fellis, aut alius) correctio, confert.

Rasis. 9. ad Almā. ¶ Si alius à sanguine peccet humor, isque ad os ventriculi spontè feratur, subuersione nauis eamque proritet, nulla repugnante indicatione, vomitu euocandus est: alioqui auertendus vomitus, quoniam caput replet. deinde medicamento humori peccanti educendo idoneo vtendum est. Sin illa symptomata abfuerint, cathartico medicamento aliquoties iterato (si opus fuerit) redundans humor extrahi debet. Materia igitur à parte affecta partim vacuata sensibilibiter, partim resoluta calfacientibus idoneis, partim repulsa frigidis, partim retracta frictione alijsque remedijs: caput roborandum est. ne in posterum materiam nec flatum recipiat, neque gignat. tum etiam parti, quæ humores vel flatu transmissit, prouidendum est remedijs affectum illius expugnantibus. Cætera, quæ ad vertiginis exactiorem curationem desiderari poterunt, ex præscriptis autoribus petantur.

Gale. lib. 2. cōp. ph. 9. in remedijs Archige. ad dolo re capitis.

DE VISVS IMBECILLITATE post purgationem. Caput tertium.

Visio fit imbecilla, interdum ex siccitate immodica vacuationi superuacua succedente: interdum ab humore in nervo cauo coacto, quem medicamentum liquauit quidem, sed non vacuauit: interdum à vapore crasso, turbido, quem medicamentum ad caput, & videndi instrumenta subleuat.

Gale. li. 10. de visu par. & Aeti. cap. 4. 7. sermo. 3. libr. 2. & Aristo. probl. 14. secti. 31. ¶ Visus imbecillitas visorie facultatis symptoma est: cuius cum varie sint causæ, eius tamē, quæ purgationi immodica succedit, tres præcipuè maximèque vulgatæ sunt. Prima siccitas totius corporis capitique, præcipuè tamen oculorum. Nam spiritu visorio, humoribus, tunicisque oculorum affatim per purgationem vacuatis vel siccatis, visus obtundi hebetarique solet. Altera, liquatus commotusque in capite, vel oculo à medicamento humor, non tamen vacuatus: qui nervi optici cavitatem occupauit, morbumque in figura fecit. Per quem quoniam liberè non potest influere visorie spiritus, visio imbecillior redditur. Tertia, vapor crassus turbidusque à medicamento excitatus, sursumque ad caput, & oculos tandem elatus: vbi cum visorio spiritu confusus visui tenebras offundit. Optici nervi caui dicuntur, non quòd reliqui omnes cavitatem non habeant (sunt enim omnes veluti canales quidam, per quos sensus motusque in totum animal dispensatur) sed quòd hi sensui manifestam, ceteri insensilem cavitatem obtineant.

Gale. lib. 3. de visu par. & 9. metho. & cap. 1. libr. 4. de differen. & caus. morb. & sympto. & Apho. proble. 67. secti. 2.

Si igitur visio imbecilla sit ob siccitatem vacuationi immodicæ succedentē, humectantibus curanda, cibo, potu, & reliquis omnibus, quæ corpus totum, & visus instrumenta [præcipuè] humectant: cuiusmodi sunt, balneum, somnus, corporis nutritio, & alia huiusmodi.

Apud Gale. Aeti. Paul. Rasmus, & alios prope insensos. ¶ Si immodica siccitas visus imbecillitatem attulerit, cibo, potu, proba nutritione, balneo, somno, & cæteris corpus totum, & oculos præcipuè humectantibus expugnanda est: quorum amplam copiosamque materiam apud eos, qui curandi methodum conlcripsere, comperies. Cibus & potus æqualiter totum corpus humectant: oculos tamen præcipuè humectabunt, si illis optica medicamenta alimentosa miscueris. Balneum aquæ dulcis mediocriter calentis humores liquat, & madorem quandam partibus omnibus impertit. Diu tamen in eo immorandum non est, alioqui partim sudore immodico prouocato, partim resolutis in

Theorema quartum. LXXVIII

vaporem humoribus, ficcabit. Balneum oculi, hoc est, humidum fomentum, oculos peculiariter iuuat, quoties à prædicta causa originem duxit. Somno humectandi vim tum Philoſophi tum Medici concedunt: per quem non obscure oculi humectari videntur. Probatum tritio summo studio procuranda est: nam aliter frustra ingeruntur cibi.

Gale. lib. 10. metho. meden. & Rafius in. 9. ad Almam. Gale. cõment. in aphor. 31. li. 6.

5 Si ab humore, quem medicamentum in visus instrumenta coegit, curatur catapotijs coccijs, & ex hiera, & ex aromatibus, quorum descriptionem habes. Destillato quoque in oculos succo chelidonij, & fœniculi, & felle alcubugi, aut ericij, aut aquilæ, aut capræ, aut collyrio ex fellibus.

10 ¶ Si à medicamento liquatus commotusque humor, non tamen vacuatus, sed in opticis nervis conceptus, visus imbecillitatis causa fuerit: primum is congruis medicamentis educendus est, ut catapotijs coccijs, hiera Galeni, alephanginis, si bilis vel pituita à capite detrahenda est: alijs, ut Indis, de lapide lazuli, & Armeno, si forte melancholicus humor vel melancholia: quarum descriptionem in antidotis scripsit autor. Deinde ad topica remedia, quæ ro-

15 borare visum, acuerè, humores crassos tenuare & resolvere possint, veniendum est. Huius generis sunt chelidonij maioris, fœniculi, aliarumque non paucarum stirpium succus in oculos destillatus: fel quoque alcubugi, ericij, aquilæ, capræ, & ex fellibus collyria, si oculis illinantur, mirè iuuant. Alcubugi perdicem interpretantur nonnulli, interpretes Serapionis in simplicibus capite de fellibus dorog perdicem reddit. In synonymis Auicennæ, & fen. xj. lib.

20 ij. capite de tremore cordis calido alcubugi perdicem significare volunt, ut Gradi. in commenta. in nonum ad Almanſo. Rafij cap. eodem quo Auicennas. Pandectarius alcubi pro alcubugi legens (nisi mendosus sit codex) perdicem vel Phasianum significare scribit. A qui bus omnibus (si codex mendo vacat) dissentit Mesues, quippe qui capite de debilitate visus fella alcubugi & perdicis ceu diuersa recenset. Nos quidquid sit alcubugi, certò scimus fel

25 perdicis ad oculorum imbecillitatem, suffusiones, aliâque huiusmodi mala non vulgariter conferre.

Gale. lib. 4. cõpo. ph. p. & li. 10. sim. pli. cap. de bile. & alijs plerique auctores.

Gale. ibidem.

Si ex vapore crasso & turbido, curatur vacuata materia, à qua resoluitur, & repressis vaporibus sursum ascendentibus, per partium infernarum tum frictionem, tum exercitationem: & instil-

30 latione collyriorum, sicut diximus. Ad hæc, ante cibum quidem ventriculus excrementis purgandus est, ut hieræ picræ infuso, aut aloës, aut absinthij decocto, aut oxymelite scillino: post pastum vero vapores à cibo leuari solitos prohibendi sunt, coriandro videlicet, cydonio, & similibus. Post, quæ visum roborant, oculos

35 tergent, ut necessitas exigit, admouenda sunt.

¶ Quandoquidem flatus humor tenuatus est, vaporis materia humor esse solet, quemadmodum fufus in primo theoremate docuimus. Humor igitur, qui flatus causa est, submouendus primum, tum vapores iam geniti & in capite contenti reuellendi reprimendique sunt. Reuellimus frictione, exercitatione partium inferiorum, alijsque remedijs vulgo notis. Reprimimus collyrijs, & alijs ocularijs medicamentis refrigerandi, vel astringendi vi præditis. Ve-

40 runtamen ante hæc omnia humor qui flatum generabat (ut proximè diximus) ieiuno stomacho purgandus est medicamentis humori educendo, & parti vacuanda appositis. Quibus omnibus ex arte administratis, vaporum ascensus in caput aptis in id remedijs prohibendus est. Demum ad remedia à proprietate occulta & manifesta oculos roborantia, & ter-

45 gentia, si quæ sint sordes, transeundum. Roborant oculos, quæ visum acuant, spiritus augent, partes oculi aduersus iniurias tum externas tum internas muniunt. Utendum igitur solum, roborantibus, vel tergentibus, vel vtrisque, prout affectus exigit: vel his veteris remedijs,

Aphrodi. proble. 58. secti. 2.

LIBRI primi

quantum tibi videbitur. nam tergentia & roborantia interim plus, interim minus, desiderantur. Remedia appofuisse, nisi Medicorum libri illis referti essent.

DE VENTRICVLI IMBECILLITATE post purgationem. Caput quintum.

Immune nomen est imbecillitas ventriculi, nam interdum in toto ipsius corpore reperitur, tuncque omnium facultatum, quarum ipse est principium, sequitur imbecillitas; interdum parti ipsius superiori est propria, & tunc appetentia fit imbecilla, interdum parti ipsius inferiori, quam coctio imbecilla sequitur; interdum fundo ipsius villisque retinentibus, cui retentricis imbecillitas succedit.

Ventriculus (quem recentiores Medici cum Celso stomachum vocant) multis morborum generibus expositus est: sed imbecillitas, qua de nunc agitur, varias ob causas provenit. Quam eo nomine quidam promiscue vtantur, infirmitatem impotentiamque ipsius ad naturales actiones obeundas indicare volentes. Sed huius infirmitatis causam si non intelligunt, in varios necessum est incidant errores. Mesues vbi hac imbecillitate partes primam affectas, signaque illa indicantia exposuit: causas laesurarum actionum, quantum scopo illi proposito ex vltimo esse visum est, exacte declarat: deinde indicationes curatrices scribit: postremo remedia particularia singulis causis respondentia. Ventriculus quoniam actiones habet toti corpori communes, tamen corporis ipsius quaedam sunt partes, quae in actione certa videntur habere prerogatiuam. Quandoquidem eius suprema pars (quae os ventriculi peculiariter, cor, & stomachus abusive, nominatur) vi appetendi non solum naturalis, verum etiam animalis praedita est: qua de causa exquisitus est in ea sensus supra reliquas corporis partes. Quam obrem abolita, debilis, deprauata appetentia hanc praecipue partem male habere indicant. Coctio alimenti in fundo ipsius perficitur: quare carnosus magis ea parte factus est. Haec itaque vitiosa argumentum est affectum ad fundum eius referendum esse. Quod si idem fundum, pylorus, & obliqui villi, qui retentioni inserviunt, vitium contraxerint: retentrix facultas vitatur. At si totum ventriculi corpus malum occupauerit, actiones omnes ipsius laedi necessum est. Habes totius & partium ventriculi usum, laesionem, signaque discutiendarum affectarum partium, sequitur vt de causis proposito nostro accommodatis agamus. Nam reliquas ventriculi actiones vt attractricem, expultricem, sub his tacite complexus est.

Accidit autem ventriculi imbecillitas post purgationem, vel quod ipsa ventriculi intemperiem pariat: aut quoniam immodica inanitio extenuat, rarefacitque ipsius corpus: aut quia humor benignus supernatans vacuatur, & noxius poris immersus, aut adhærens, aut imbibitus relinquitur: aut quia pars aliqua medicamenti in ventriculo permanet villis eius adherens: aut quia in eo mouit materiam, sed non expulit: aut quia medicamentum ipsum est aduersum, & multum acre, quare vehementer afficit, & vlcerat ventriculi superficiem. Agens nanque in rem exacto sensu praeditam, vehementius imprimitur.

Causas imbecillitatis ventriculi post purgationem exponit ad medicamentum purgans, vel ad humorem vacuandum referenda, vt recte Mondino visum est. Purgatio, seu potius medicamentum purgans imbecillitatem ventriculo parit, quia intemperiem insignem vt ca

Cel. cap. 2. & 3.
li. 1. & 24. & 25.
lib. 2. & 5. lib. 4.
& Gelli. cap. 11. li.
17.
Gale. lib. 4. & 7.
metho. meden.
Imbecillitas non
nisi a magna in
temperie est: potest
itaque ventricu-
lus intemperatur
esse quin sit im-
becillus. Ex li. 4.
metho.
Gal. lib. 4. de vsu
par. & li. de facu-
natu. & commen.
in apho. 20. li. 2.
Idem lib. 8. cōpo.
ph. p. bis. & 5. de
locis affe. & ca. 7
li. de caus. symp.
& li. 2. cōpo. ph.
p. & cōmē. 18. li.
1. de vic. acu. & 4.
& 9. de vsu par.
& 3. de crisi. & 6.
sani. tuen.

Theorema quartum. LXXIX

lidam siccam excitare potest. Cum enim medicamenta omnia vehementer purgantia calida
 sint & sicca, pro sua intemperie alterare afficeréque non solum ventriculum, verum etiam
 vniuersum corpus, febriúmque in eo suscitare valent. Iam immodicam inanitionem ventriculi
 corpus colliquare extenuaréque, rarefacere laxúmque reddere, & vacuato calore etiam cū
 5 humore benigno frigidam siccam intemperiem gignere posse: in confesso est. Humor in vē
 triculo vel est in capacitate ipsius, vel tunicis imbibitus, immerfus, ahharénsue. Ille quouis
 medicamento detruditur, hic non nisi validiori, quin si astringētibus vt absinthio, aloë ex
 purgare hunc coneris, benignus, si quis sit in capacitate contentus, educetur: malus noxiús-
 que magis magisq; affigetur, imbibetur, hārebit. Porrit præterea medicamentū oblatū gene
 10 re vel ex accidente esse malignum, cuius acrimoniā, morsum, vellicatúmque non ferens ven
 triculus, protinus à se expulit, quē humor tantum in capacitate contentus secutus est: præser
 tim si imbibitus, adharens, immerfusque, humor crassus lētúsque est, nec vacuationi per me
 dicamenta incidentia, tenuantia, tergentia preparatus. Si medicamenti acrioris reliquie ven
 triculi villis hēserint, dolorem rodentē, vlcus, conuulsionē, aliāque grauissima mala, prius
 15 dicta, inuehere possunt. Qui sic affectus qui potest rectē actiones suas obire? Quod si cōmo
 uit materiā, sed non expulit: necessariò nauſcabūdus erit, appetitu priuabitur, tremet, estua
 bit, vexabitur: cui, nisi cito prouisum fuerit, si malignus multúsque sit humor, periculū est,
 ne animi deliquium, syncope, conuulsio que succedat. Denique medicamentum acre, mor
 dax, vrēnsque, imbecillitatis causa esse solet. quoniam cū vētriculus exquisitissimo sensu
 20 præditus sit, mordendo, rodendo, vlcerano eum vehementer afficit. Nam pars quauis quò
 exactiori sensu à natura donata est, eò mitiora leuioraque medicamenta requirit. siquidem
 acrioribus vehementioribusque (vt cetera sint paria) grauius afficitur, quam quæ obtusio
 rem sensum habet.

Gale. commen. in
 aphor. penul. lib.
 1. & alijs locis iā
 prius adductis.
 Gale. lib. 7. me.
 tho. & 8. cōp. ph.
 p. & 6. sani. tuen.

Gale. commen. in
 aphor. lib. 5. &
 libr. de tremore.
 palpi. & alijsque
 locis.
 In 2. theore. cap.
 de tritura.

Gal. in libris. me
 tho. & de compo.
 ph. p. passim.

Huic autem morbo, quoniam multorum aliorum elementum
 25 est, occurremus, cognita prius ipsius causa, sumpta indicatione
 ab his, quæ ipsum excitant; partim per ea, quæ corrigunt quantū
 incommodi à medicamento ventriculus accepit: partim per ea,
 quæ imbecillitatis causas auferunt, corriguntue; partim nūc per
 ipsum roborantia: partim per ea, quæ prohibent materias ab alijs
 30 partibus in ipsum effundi. Id quod frequenter contingit, præser
 tim cū materię redundāt in aliqua parte vicina, eaque robusta;
 & ventriculus imbecillus est, & ad recipiendum paratus. Agens
 enim & si imbecillum, facile imprimit, cū rei adest preparatio.

¶ Vniuersales scopos, quos intueri oporteat, qui ventriculi imbecillitatem curaturus est,
 35 nunc proponit: traditurus mox speciatim materiam, per quam eos possit attingere. In pri
 mis consulit, vt hunc ventriculi affectum omni adhibita cura submoueamus: quandoquidē
 multorum morborum, nisi tempestiue occurratur, elementum principiumque esse solet. Nā
 cū ventriculus publicum instrumentum sit, habeatque actionem toti corpori cōmunem,
 si quod in eo vitium sit, vniuersum corpus lēSIONEM sentiat oportet: præsertim cū ipsum
 40 per neruos, arterias, venas, cum partibus principibus, cerebro, corde, hepate, maximum ha
 beat cōsensum: quibus per cōsensum lāsīs, corpus vniuersum offendi necessum est. Cognita
 igitur imbecillitatis causa, indicatione sumpta ab his, quæ eam excitare posse paulò ante
 dixit: in curatione hoc modo te geras oportet. Primū causa submouenda est, nisi vrgens
 aliquid curationis ordinem peruertere compellat, qua sublata, communis noxa, quā in ven
 45 triculum purgantia imprimunt, corrigenda. deinde ventriculus roborandus. demū si qua in
 eum fluxio ab alijs partibus transmittatur, prohibenda, & ventriculus roborandus, ne am
 pliūs eā recipiat. Est verò fluxionibus recipiendis opportunus admodum obnoxiusque vē
 triculus: quippe vt ab eo alimentum in omnes corporis partes dispensatur, sic illa excremē

Ex libr. 4. de vsu
 parti. & de facul.
 natura. & cap. 5.
 lib. 5. de locis af
 fectis. & 8. cōpo.
 ph. p. & ca. 7. lib. 1.
 de caus. sympto.

Lib. 4. metho. &
 alibi aliquoties.

Idem lib. 3. facul.
 natu.



ta in illum transmittere consueverunt. Id quod tunc maximè fit, cum ipse imbecillus est, & pars transmittens robusta. Ille enim quia imbecillus, resistere nequit, sed promptè recipit: hæc quia robusta, vehementer à se expellit quidquid qualitate vel quantitate ipsi molestum erat. Agens enim, licet alioqui natura debilius, promptè agit, si passurum corpus ad patientem paratum est: quo modo ignis scintilla ferro è silice excussa fomentum celerrimè incendit, si hoc ad incendium concipiendum idoneum ritèque paratum sit. Sed quia de corrigenda fluxione, vt de alijs, quæ hic recensuimus, speciatim dicturus est, super sedendum his hoc loco duximus,

Aphrodis. proble.
26. lib. 1. & Gale.
li. 1. de disse. feb.

CANON PRIMVS.



Vm medicamentis purgãtibz propè omnibus propriũ sit, stomacho nocere, multisque caussis & modis ipsum la- cessere, ob suæ substantiæ contrarietatem & actionis vio- lentiam in ventriculum ipsa recipiẽtem, ipsiusque naturam; multa curã his tum caussis, tum modis molestiarum resistẽdum esse dicimus, his præfertim, quæ ipsum roborãt, quibus succedat qui- es somnũsque: vt alimentis his delectis, gradatimque datis, quæ ventriculum robovent, eiusque partes in vnum cogant, vt lassitudinem, quam purgans medicamentum ipsi impellit, abigant.

¶ Expositurus qua ratione & via, quibũsque remedijs, his tum caussis tum modis imbecillitatis ventriculi particulatim occurrendum sit: primũ incommodum, quod à medicamento ventriculus accepit, quo pacto auferendum sit docet. Quamquam *videri poterat curatio nis ordinem à causæ oblatione incipere debuissè, nisi quis dixerit, deleteriam medicamenti vim ante omnia discutiendam: ne si primo quoque tempore illi non prouideatur, ventriculus insigniter læsus actiones proprias exactè obire non possit.* Sed hanc læsionem Hippocrates eiusque assecla Galenus seminibus odoratis, alijsque rebus similibus, purganti medicamento mixtis præcauendam esse censuerunt. Sed dici etiam potest, ventriculi imbecillitatẽ causamque ipsius ad tempus latere posse, deleteriam medicamenti vim medicamenti saltẽ vehementioribus inesse nulli non esse perspectum: ob idque huic primũ esse cautum, secũdò causæ. Sed his obiter dictis, ad expositionem propositæ orationis accedamus. Quoniam maxima purgantium medicamentorum pars ventriculo, sed præcipuè ori ipsius, nocere cõsuevit (siquidem dum ad fundum ventriculi deferuntur, os ipsius non qualitatem medicamenti purgantis modo, verũ & substantiæ, quæ in transitu hæret, præfertim si liquida sit, aliquid asiumens, vehementer lædi consuevit) præcipuo studio huic noxæ consulendum est. Nam eiusmodi medicamenta substantiã vètriculo totique corpori aliena sunt, actionis violentiã ipsum imprimis ventriculum offendunt. Nam ab eo amplexa alterantur, in actum que rediguntur, quem postea ipsa pro sua qualitate quandiu in eo detinentur, alterant, & afficiunt, ipsiusque temperamentum facultates actionesque omnes ab eis prodeuntes peruertunt. Deligenda igitur alimenta boni succi, concoctu facilia, roborantia, & calida vel frigida, humida, sicca pro indicationis varietate. atque ea primũ exigua sint, deinde gradatim facienda est accessio. ne si multa, semel offerantur, vires ventriculi obruãt subito. Cui quies tum corporis tum animi succedat oportet: vt melius exactiusque actiones suas ventriculus perficiat, roboreturque. Nam corporis motus cibum in ventriculo fluctuare facit, prohibetque ne ab eodem circumplectatur, retineatur. quin vomitus inter dum sequitur, præfertim si motus concitior sit. Motus animi coctionẽ impedire posse in confessio est tum Philosophis, tum Medicis. nam spiritum caloremque natium ad cerebrum confertim effert: quare cibus non bellè coquitur: quin vel acefcit, vel corrũpitur. Somnus post iustum

Gal. lib. 2. de vic.
acu. cõmen. 11. &
12. & li. quos me-
dica. &c.

Gale. ibidẽ & Cor-
no. Cel. cap. 12. li.
2. & in proœmio
lib. 5.

Gale. ibidem & in
primis libris sim-
pli.

Idem lib. 7. me-
tho. mede. & aph.
17. li. 1. & 51. li. 2.

Themisti. cap. 19.
in lib. de somno.
& vigiliã.

Theorema quartum. LXXX

temporis interuallum elapsus à cibo initus, non mediocriter confert, de quo paulò pòst latius disseremus.

Neque imitandi sunt, qui post purgatorium medicamentum festinanter iura pinguia, & pulmenta mollia propinant: cùm hec
5 ventriculum laxent, & emolliant, & repleant, & fastidiũ nauſeam que generent. Quanquam iusculum huiusmodi sorbere interdũ confert, tum presertim, quando necesse est medicamentum violẽtius à partibus nutritorijs deturbare. Lauat enim & citò lubrica re facit.

10 ¶ Damnat abusum quorundam post purgatorium medicamentum iura pinguia pulmentariaque temerè quibusuis imperantium: quæ ventriculum alioqui à medicamento offensum laxatũque impensius tum offendunt, tum laxant, tum emolliunt, tum replent, tum cibi fastidium nauſeamque inuehunt, & quia in ore ventriculi supernatant, neq; ad fundum ipsius, locum concoctioni dicatum, deferuntur, si non vomuntur, certè cruda permanent, vel tardè coquuntur. Larga nanq; humiditas vnctuosã, pinguisque huiusmodi accidentia stomacho imbecilli (quo in numero magna pars purgatorũ sunt) facilè conciliat. Neq; ob id diffi-
15 temur iusculum huiusmodi interdum conferre, quin ad expellendas medicamẽti malignioris reliquias, & medicamenti perniciosã vim frangẽdam, salubriter vsurpari profitemur. alioqui purgatis minimè conuenit.

Gale. cõmẽ. 8. li.
1. de vict. acutorum.

20 Dandus itaque tunc cibus est, qui vẽtriculi partes laxas in vnũ cogat, ipsũmq; roboret: qualis maximè fuerit subacidus, aromaticis & stypticis conditus, vt miuã, & segles, & similibus.

¶ Cibi naturam & qualitatem congruam huic accidenti expendit: ceterum cùm quæ sine limitatione scribuntur, præcepta medica, periculosa bona ex parte sint, imbecillis stomacho
25 ob purgationem vnica victus ratio, quæ omnibus competat, prescribi nõ potest. Nam cùm variæ sint causæ, quæ stomachum imbecillum reddere possint (quas prius reddidimus) pro causarum varietate, natura peccantis humoris, morbo, temperie, alijsq; indicationibus medicis, ratio victus imperanda est. Semper tamen qualiacunq; sint remedia calida, frigida, humida, sicca, roborare debent, ne vires ipsius dissipet. Si igitur ventriculus laxus sit & dissolutus, exhibendus cibus est, qui partes ipsius laxas cogat, ipsũmq; roboret. Si simul intem-
30 perie calida tantũ laboreat, nulla reclamante indicatone, subacidus & subausterus idoneus est. condiendus igitur oxalide, vua acerba, succo granatorum, miua sine aromatibus, similibusq; alijs. Quibus nonnihil aromatum misceri potest, vt robori partium principum provideamus. Quod si imbecillitatis causã intemperies frigida fuit, calida tum alimenta, tum
35 condimenta deligenda sunt, vt diacydonium cum aromatibus, miua aromatica, menta, cassia, caryophylli, aromatica species, & huius generis alia, quæ simul roborent, simul calfaciant. Iam si intemperies sicca malo principium attulit, humidis propugnanda est, vitanda acerba, austerã, salta, amara, acria. Sin humida, quæ vitanda diximus, præcipienda. Semper enim ei, quod exuperat, contrarium inducendum est. neq; protinus vbi ventriculus imbecillitate laborat, ad astringentium vsũ confugiendum. nam is error iam inde à Galeno reprehensus est: sed cùm octo sint intemperies, cuiq; contrarium obijciendum est, qualitatis tamen gradus pro excessu & indicationibus consentientibus vel repugnantibus temperandus, vt libro septimo methodi copiosissimè docetur. Segles condimenti genus esse hinc coniectura ducor.

45 Paucus autem dandus est, quantus scilicet ventriculum grauaturus non est, gradatimque augendus, donec ad consuetam ventriculo quantitatem ventum sit.

O ij

Gale. cōmē. 13. li. 2. de vic. acu. & 7. metho. & Hippo. & Gale. apho. 13. 14. 17. lib. 1.

¶ Modus cibi exiguus primū est: nam multum natura ex purgatione agitata labefacta q̄ coquere nunquam poterit. Tantum igitur cibi prima die exhibendum est (neque enim idem omnibus conuenit modus) quantum cuiusque naturā domare posse cōiiciet Medicus, deinde paulatim sensimque augenda est quantitas, donec ad consuetam vētum fuerit. Vbi enim est imbecilla virtus, paulatim & saepe nutriendum est, vt Gale. & Hipp. autores sunt.

Cibis autē & iusculis omnino miscere oportet mentā, omphaciū, cydonia, Cestiana mala, succum granatorum, & rhois, aromata, cydonia condita, miuam.

¶ Iuscula paranda ex carne veruecina, hēdina, gallinarū, pullorum gallinaceorum, perdicū, caporū, turdorum, turturū, phasianorum, attagenarum, merularū, summatim animalium boni succi, & facilis concoctionis: inter quā monticolas aues, & quā in dumetis versantur, non immeritō referes. Sint etiam vniuersā eiusmodi animantes tum quā volatu, tum quā pedibus fidunt, iuuenes, exercitio vtentes mediocri, & alimento cōgruenti, & liberē. Qua item forbilia, tremula, gallinaceorum testes conueniunt. Alteranda verō sunt eiusmodi iuscula menta, aromatibus, & huiusmodi alijs stomachicis calidis, astringentibusque medicamentis: si indicationes curatrices frigidam intemperie imbecillitatis causā indicant fuisse. Quod si vice versa calida intemperies mali origo fuerit, tunc omphacio, cydonijs, granatorum succo, rhois culinarij alijsque huius generis. Breuiter cibi boni succi, coctū faciles, ventriculo grati, astringentes roborantēque imperandi sunt: contrarium semper ei, quod imbecillitatis causā fuit, opponendo, non neglectis alijs indicationibus. Cestiana etiam hoc loco promatiana substituiimus in eadem persistentes opinione: quanquam quod ad curationem attinet, parum referat, num cestiana, an matiana legatur, siquidem vtroque nomine, mala astringentia intelliguntur: quę, vt reliqua omnia astringentia frigida, non sunt temerē cuius intēperantię prescribenda, sed calidā & humidę, eique soli ad vnguem conueniunt. Imperatur tamen ferē modicē astringentia, calida, vel frigida, prout res exigit, post purgationem medicamenti presertim malignioris: tum quoniam os ventriculi a catharticis offensum laxatūque est: tum etiam quoniam robori ipsius perpetuō consulere oportet.

Scandiana Celsus commendat.

Gale. libr. 7. metho. meden. & li. 8. comp. ph. p.

Bibant autem vinum odoriferum tenue, leue, aquā veluti ex sole parum calente congruenter dilutū: pauca quoque rosata adiecta. Dulce autem vinu huic affectui non congruit, vt nec crassum nec turbidum.

Gale. lib. 6. & 7. & 12. metho. & aphor. 11. lib. 2. & li. 3. de victu acu. & 5. sanita. tuen. & de enchy. & ca. cochy. Gale. lib. 10. metho. ad finem.

¶ Si febris abest, vinum odoriferū, tenue, aquosum, ολιγοφόρον ab Hippocrate dictum, ὕδατος δὲ ab alijs, concedi potest, cuiusmodi fere sunt alba: quaedam etiam rubra talia cōperiuntur. Huius generis vina spiritus caloremque natium amissa instaurant, facile concoquuntur, & distribuuntur, vires reparant. Dilui autem debet aquā fluuiiali, vel fontana, vel alia cocta veluti ex sole tepente (qualis quę fontana vocatur est, quā frigoris quod ferit, & teporis qui resoluit est media) cui nō nihil rosaceę, vel canelate, vel maltichinę vocatarum ad roborandum admixtum fuerit. Modus autem aquę neque excedat, neque deficiat, sed cōgruens esto: quem Medicus natura prudens ex vini natura, ventriculi affectu, ægrotantis viribus, reliquisque Medicis indicationibus, ita coniiciet: vt tum vini, tum aqua, vitatis incommodis, vtriusque emolumentis fruatur. Dulce vinum vt crassum & turbulentum neutiquam huic affectui congruit: illud quia obstruit, si atuosum est, nauseam vomitumque parit: hoc quoniam ægrē concoquitur, distribuiturque. Si febris adest, presertim acuta, exhibenda est aqua, in qua passulę coxerint, aut parum sachari triti in calicem coniiciendum: vel si virium ratione non nihil vini concedatur, ita temperandum erit, vt rectē æger se vidisse, non bibisse vinum (vt est apud Galenum) dicere possit.

Lib. 3. de vic. acu. cap. de aqua.

Aqua præterea tum calida, tum exquisitē frigida prorsus vitari

Theorema quartum. LXXXI

da est: illa enim ventriculum laxat, virtutemque eius dissipat: hæc imbecillum calorem ipsius extinguit.

¶ Impensè frigida stomacho imbecillis minimè congruit, quoniã ventriculi partes n̄rvo-
 5 fas ferit, calorem natium extinguit, concoctricem vim vel abolet, vel infirmit. calida spiri-
 tum, calorem, humores ipsius resoluit, & dissipat, eiusdem corpus laxum reddit: quo fit, vt
 actiones suas minùs exactè obire possit. Sit igitur nec exactè calida nec frigida, qualis est,
 quæ vlgò fontana dicitur.

Potus verò sit parcus: & licet videantur sitire, potu largo corũ
 sitim placare ne tentes, nam sitis tolerantia ventriculũ roborat.

10 ¶ Iusta purgationis indicium sitis est, sicuti capite sexto huius theorematis latiùs tradetur. Gale. lib. 8. eõpo.
 Quæ largo potu sedanda non est, quoniam is in ventriculo fluctuaret, eũque relaxaret, im-
 becilliorẽmque efficeret, præsertim si retentrix ipsius virtus imbecilla sit ob redundantem
 humiditatem. Parcus igitur esto, nam melius coquitur, distribuitur, nutrit, vnde ventricu-
 15 lus robustior euadit. Ad hæc, dum non ita copiosa humiditate redundat, retentrix facultas
 validior est, totũmque ipsius corpus intentum coactũmque est magis. Ita tamen moderan-
 dus est, vt affectibus ventriculi respõdeat, nam largior sit, si calida sicca intemperies ventri-
 culum imbecillum reddidit: parcior, si frigida humida: & in alijs cõiugationibus similis ser-
 uanda est ratio.

20 Vitent præter hæc pinguia, fructus, pisces, cibos coctu difficilis
 les & mali succi, coitum & iram. Hæc enim post purgationẽ cor-
 pus senescere faciunt, aut in morbos præcipitant.

¶ Pinguia quamobrẽ vitanda sunt in superioribus cõprehensum est. Similiter fructus & pi-
 sces reliquõsque cibos mali succi, & cõcoctu difficiles fugiendos esse neminem latet: vt bo-
 ni succi & coctu faciles deligendos. Sed quoniam fructuum pisciumque, vt aliorum ciborũ
 25 varia est materia, virẽsque dissimiles sunt: in illis deligendis prudenter legerat Medicus opor-
 tet, causis imbecillitatis ventriculi contrarios facultate cibos aptans. Eligenda hæc materia
 ex libro. vii. methodi, & libris de alimẽtis, de enchy. Latinis, Græcis, Arabibusque scriptori-
 bus. Hic est sententia nostra auctoris verus sensus, alioqui si piscibus fructibusque imbecil-
 lis stomacho omnino interdicit: præceptum vniuersaliter recipiendum nõ erit, vt ex libro

30 septimo methodi cuius perspectũ est. Coitus imbecillis stomacho ex purgatione rarus sem-
 per malus: quoniam calorem natium dissipat, coctionem impedit, corporis vires resoluit,
 benignum humorem exhaurit: vnde corpori alimentum detrahitur, vacuationi superaddi-
 tur vacuatio, agitatione corpus fatigatur: frequens & intempestiuus vt omnibus prauus, sic
 his perniciosissimus est. Ira, vt reliqui animi motus, vt tristitia, timor, læticia immodica, odi-
 35 um, & id genus alij, vehementer possunt & corpus immutare & omnes ipsius actiones tur-
 bare. Dum enim calor, spiritus, & sanguis vel magno impetu foras resiliunt, digerunturque,
 vel intrò confluunt, conculcantur, suffocantur, consumuntur, incenduntur: corporis econo-
 mia turbatur, exigua aut nulla facultatis naturalis habetur ratio, quæ cum aliarũ fundamẽ-
 tum basisque sit, necessum est, vt etiam hoc nomine hæc duę læsionem sentiant.

40 Somnus verò post purgationem v̄triculum & corpus reliquũ
 emendat, & pristino vigori restituit. Ventriculi enim molestias
 ex vacuationis agitationibus succedentes ipsi sedat.

¶ Ventriculus, dum medicamenta in se concepta alterat, & rursus ab eisdem alteratur, non
 parum lædi, turbaturque solet: quas læsiones turbationẽsque optimè tollit somnus. Nam vir-
 45 tus naturalis, retracto per eum calore natiuo ad intimas corporis partes, & præcipuè labo-
 rantes (nam eò maximè natura calorem, sanguinem, spiritus mittit, vbi maior est necessitas)
 validior euadit, & exactius actiones omnes absoluit. Quare in ventriculi imbecillitate ma-
 ximè commendatur. Perturbationes omnes tum corporis tum animi sedare idem potest, ¶

O iij

Libri primi

Idem commē. in
apho. 15. li. 4. Ari
sto. lib. de somno
& vigilia.

quoniam facultas animalis ferè tota per somnum ociosa est: naturalis maximè est in labore, partes corporis omnes quiescunt, & refocillantur. Non est tamè protinus à cibis ineundus, nisi longum peruigilium præcesserit. In morbis biliosis & melancholicis maximè commendatur: in pituitosis & soporiferis vt caro, apoplexia, catalepsi, & similibus, non semper post purgationem in laude est, quin sæpius omni conatu est arcendus, ad eum prouocante mor- 5
bola affectione. Peritus artifex quantitatem, tempus, ordinemque ipsius, in singulis morbis accuratè præscribet. Mesues ventriculi imbecillitatem citra alius affectus complicationem considerat.

Deligatur itaque cibus & potus talis & tantus, quies, aër temperatus, gaudium, delitiæ, & reliqua id genus victus ratio.

¶ Recolit, & summa quadã cõplectitur, quæ de victus ratione imbecillium stomacho post purgationem dixit, dicique poterant: & concludit vniuersam victus rationem horû ad præscriptas regulas esse temperandam, & excessus omnes pro viribus fugiēdos, mediocritatem in omnibus amplectendam.

Balneum verò his est nocentissimum, nisi immoderatiùs vacuētur: tunc enim necessarium esse dicimus. Et hæc ferè sunt, quæ vni cuique post vacationem sunt obseruanda.

Auicē. fen. 4. pri-
mi. Hippo. lib. 3.
de vic. acu. & Ga-
le. in commē. &
apho. 31. lib. 6.

¶ Balneum aquæ dulcis & temperatè calidæ post exactam corporis totius vacationem, si vires non impediant, ad purganda excrementa ad cutim & habitum corporis hærentia non temerè Auicennæ altero à purgatione die imperatur. At si corpus vniuersum, vel ventricu- 20
lus infirma sint, vitandum censet, quoniam ventriculi, vt corporis totius, partes laxat, vires resoluendo dissipat. Non tamen ob id omnibus ventriculo imbecillis interdiciendū balneum est, vt ex libro. vij. methodi medendi Galeni cunctis liquet. Quòd si hypercatharsis quem vrgeat, vtile balneum est, sicuti in superioribus est comprehensum. quoniam excre- 25
menta, quæ per aluum feruntur, ad corpus vniuersum reuellit: qua etiam ratione corpori noxam affert: ea tamen maiori vtilitate redimitur. Nam nisi fluens aluus sistatur, præsens im-
minet corpori mors. Et cuncta ferè quæ hæcenus ventriculo imbecillis obseruanda diximus, purgatis omnibus conueniunt.

¶ CANON SECVNDVS.

N auferendis verò causis imbecillitatis vētriculi, vniuersale præceptum est, vt quæ illas auferūt res, omnino etiã ventriculum roborēt: vt simul seruetur facultatum fons. Quam rem præstabunt cardiaca & stomachica medicamenta.

Gale. libr. 7. metho. ad finem. & alibi. Actua. li. 1. de vrinis. Gale. lib. 8. cõpo. ph. p.

¶ Ostenso qua ratione noxa à medicamentis ventriculo impressa submouenda sit, consequens est docere, qua methodo imbecillitatis ventriculi causis mederi oporteat. Id quod in hoc canone generatim edisserit, totius curationis summas cursim attingēs. In primis vniuersale quoddam præceptum scribit in curatione omnium partium principum, & habentiũ officium toti corpori commune (quales maximè sunt cerebrum, cor, hepar, ventriculus) obseruandum: nempe non solum dispositionis, quã hæ partes patiuntur, habendam esse rationem per contraria eam curando: verũ etiam viribus illarum consulendum esse, per ea, quæ illis partibus familiaria sunt. Sic enim harum partium vires tuebimur, vel certè parum imminutas seruabimus. Quòd si neglectis viribus affectui duntaxat curando intenti simus, sæpè fiet, vt ijs remedijs, quibus aduersus affectum præter naturam pugnamus, partium prosteramus vires. Ad quarum euerfionem totius corporis imbecillitas necessario sequitur. siquidem harum partium noxa cum toto corpore communicatur. Dum igitur ventriculi imbecillitatis causas submouere studes, tum ipsius, tum cordis robori consulendum est. 45

Theorema quartum. LXXXII

Quoniam hoc vita principium fonsque est: citra cuius actionem ne momento quidem animal vivere potest. Adde, ventriculo cum corde maximam esse familiaritatem. vnde fit, vt ferè similes affectus patiantur, similibusque remedijs gaudeant, & vtrunq; alterum in consensum trahat. Ille heparque facultatum naturalium sunt principia. quorum dum vacas curationi, perpetuo astringentia medicamenti affectui curando idoneis commisceas oportet: alioqui harum partium labascent vires, totumque corpus non vulgare noxam sentiet, maxime si resoluentibus & laxantibus medicamenti vtaris.

Si igitur imbecillus sit ventriculus, ab intemperie per medicamentum excitata, curabis idoneis ei intemperaturæ remedijs.

¶ Ventriculus intemperies octo pati potest, quatum singule propriam curationem desiderant: quas excitare solent medicamenta purgantia vel facultate sua prima, vel immodicè inaniendo, vel replendo attractis eò humoribus, non tamen vacuatis. Qua methodo vnaqueque ex his sit curanda, abundè Galenus docuit libro. vij. methodi, & viij. compo. ph. p.

Si autem imbecillus fuerit, ob id quòd purgatoriū medicamentum latera eius rarefecit, ac extenuauit, curatio est difficilis. Enitèdum tamen est, vt curetur partim victus ratione, virtutem eius paulatim instaurante, quiete videlicet, & alimento boni succi celeriter nutriente, sed pauco (qualis est vitellus oui recentis & forbilis, hepar galline pinguis & iuuenis, alæ auium, & pullorum, vinum odorum) partim sumptis medicamenti virtutem ipsius congregantibus, qualia sunt medicamenta astringentia odorata, sed non valenter. Emplastra quoque ex medicamenti odoris astringentibus ipsi imposuisse confert. Conseruant enim ipsius calorè, qui forsan alioqui ob eiusdem raritatem resolui periclitabatur.

Quòd si res adeò excedat, vt ad hecticam ventriculi sit peruentum: curatur modis omnibus humectando, quādoque per ea, quæ corpus: quandoque per ea, quæ vires instaurare tum diximus, tum dicemus.

¶ Calida extenuantia medicamēta, quo in numero omnia validè purgātia continentur, vsu frequenti vniuersum corpus, sed præcipuè & primū ventriculum siccant, rarefaciunt, colliquant, extenuantque. Quare ad actiones omnes obeundas imbecillioem eum reddunt.

Gal. lib. 1. sanita. tuen.

Omnis enim intemperies insignis vires infirmit. Siccitas vetriculo, vt cuilibet alteri corporis parti, contingit consumpto sanguine, qui in proprijs exilibus arterijs venisque continetur. Quæ facillima sanatu est modicè calfacientibus, & tutò nutrientibus. Altera est siccitas ex

Gale. libro. 7. metho. & li. de caus. simpto.

consumptione humoris, qui in corpore ipsius veluti ros sparsus est, proueniens. Tertia partium concretarum vt carnis & adipis colliquationi succedit. Vtraque ex his curari quidem potest, sed non sine maxima difficultate. Quandoquidem citra nutritionem curari nequit. Hæc autem nisi alimentum conueniens ingestum sit, coctum, distributum, appositum, agglutinatumque fieri non potest. Harum verò actionum, vt nutritionis ipsius, primarium instrumentum natiuus calor est. Is autem per has dispositiones languidus imbecillusque est, tum quia pabulo munimentoque consuetis destitutus emarcuit: tum quia bona ipsius pars resoluta est. Quo fit, vt non facile possit alimentum necessarium ad renutritionem vincere, vnde maximus excrementorum prouentus est, quæ rursus ipsum suffocant. Quoniam igitur naturalis calor imbecillus est, paucum alimentum semel afferendum, idque sit boni succi, &

Ex lib. 7. metho. eiusdem.

concoctu facile, celeriter nutriens, minimèque glutinosum, atque excrementosum. Quorum materiam particularem, vt reliqua singillatim agenda, vt voti sis compos, ex libro septimo

Aphor. 13. 14. 15. 17. lib. 11.

Libri primi

methodi medēdi Galeni petes. Nam ea omnia huc transferre, præterquàm quòd supertuacaneum, longum esset. Quarta præter has siccitas est, vbi verè solida ventriculi substantia red-
dita est sicciior, marasmiusque eum occupauit, cuius curatio desperata est: proba tamē ratio
victus instituenda, vt quoad licet & fieri potest, vita producat. Hęc ex libro septimo &
decimo methodi medēdi, & libro de differentijs febrium, cursim collegimus, quos libros 5

Si præter ea ventriculus imbecillus fuerit, ob id quòd humorē
benignum eduxit medicamentum, & prauum reliquit: aut quia
mouit quidem materiam, sed non vacauit: eo humore vacuato
curabitur, si ventriculum quoque postea roboraris. 10

¶ Primo & secundo capite tertij theorematis abundè edoctum est, qua ratione accidenti-
bus his purgationis tempore succedentibus medelam asserre oporteat. Sed vētriculum præ-
terea roborare consulit, nec immeritò, quando quidem tum à medicamento, tum ab humo-
ribus eò attractis offensus, imbecillior redditus est. Qua verò methodo roborādus sit, pau-
lò post subiunget. 15

Quòd si imbecillus est, quia medicamenti portio villis ipsius ad-
hæret, curabitur his, quæ diximus.

¶ Medicamentorum reliquæ ventriculi vel intestinorum villis adherentes, quibus reme-
dijs deturbandæ sint, capite tertij theorematis diximus.

Sí denique vlcus in vētriculo factus in causâ sit, idque sit recēs, 20
curandū est per ea, quæ simul glutinant, & toborant: si vetus, per
tergentia aliquando, nonnunquã per glutinãtia & roborantia.

¶ Vlcus recens & vetus eandem semper curationem indicat, nil planè indicante discrimine
quòd à tempore sumitur. Quo pacto verò gulæ & ventriculi vlcera sint curanda non hinc,
sed ex tertio & quarto methodi medēdi Galeni tibi discendum est. 25

¶ CANON TERTIVS.

Res autem scopi sunt in roborādo ventriculo imbecillo.
Primus, causam lædentem auferre, quemadmodū ante
docui. Secundus medicamenti in id aptis ipsius lassitu-
dinem tollere, vt etiam diximus. Tertius, exhibere cibum, po-
tum, & alia omnia, quæ roborant, & virtutem instaurant, adiuuã
tribus in id aromaticis stypticis, & rebus alijs subacidis, præsertim
primum, aut secundum gradum non excedentibus, quibus na-
tura gaudet. In singulis autem ex his tribus scopis cor vitæ the-
saurum roborare conuenit. 35

¶ Dum robori ventriculi studet Medicus, tribus præcipuè scopis intentus sit oportet. quo-
rum primus est, auferre id, quod imbecillitatis ipsius causâ est. Nisi enim id auferatur, imbe-
cillitas perpetua erit: & eo sublato, effectus tolletur. Quæ verò sint causæ imbecillitatis vē-
triculi, quæque ratione eas submouere oporteat, canone secundo huius theorematis edoctum
est. Alter scopus est, auferre offensam, quam medicamenta purgantia illi attulerunt: id quod 40
qua methodo, quibusque remedijs præstari queat, in primo canone eiusdem theorematis
ostendit. Tertius est, robori ventriculi, totiúsque corporis facultatibus ipsum dispensanti-
bus alimentis familiaribus, & medicamenti primum & secundū gradum non transcenden-
tibus (reliqua enim mediocritatem excedunt, qua maximè natura gaudet: auerfatur verò

Gale. lib. 1. meth.

Aphor. 51. li. 2.
& aphor. 21. par.
lib. 4. epide.

Theorema quartū. LXXXIII

excessum omnem) sumptis & ad motis prouidere. sed & de h's primo canone differuimus. In singulis autem ex his tribus scopis cordis robori per medicamenta cardiaca consulere oportet. Nam id vita: seu curæ (vtrōq; enim modo legitur) thesaurus, principiū, & fons est. Siquidem in eo vita est, & spiritus, calorq; vitalis ibidem residet, indidemq; in partes omnes viuentes dispenfantur. Curæ etiā thesaurus non immeritō dici potest, quādoquidem omnis noster conatus eō præcipuē dirigitur, vt hoc ceu arcem vitæ ab impendentibus periculis defendamus.

Aristo. lib. de iu-
uē. & senec. vita.
& morte & spira-
tione & departi.
animalium.

☞ CANON QVARTVS.

10 **V**acuato ex vētriculo humore ad ipsum affuso, si voles ne amplius hunc recipiat, bifariam id efficies: primo reuulsa materia ad contrarium, quam fluebat, per frictionem extremorum, aliāque iam dicta, præter balneum. Secundo, virtutem ventriculi in vnum cogendo, ipsūmque roborādo, ne quod ab alijs partibus ad ipsum trāsmittitur, recipiat. Virtus enim vni
15 ta contrarium fugat, non recipit.

¶ Quia ventriculus ob aliquam ex recēsis causis est imbecillus, solent autē partes omnes
excremēta sua in partem imbecillioem deponere: fluxionibus totius corporis redditus est
obnoxius. Quamobrem vacuata materia iam in ipsum attulā medicamento apto, necetiūm
est fluentem ad contrarium reuellere, & ventriculum roborare, ne fluxionem amplius reci-
20 piat. Reuellemus vinctis, frictionibusque artuum, cucurbitulis, diureticis, sudorem prouo-
cantibus, omnibus deniq; quæ materias ad cōtrarium, quā fluit, locum, trahunt, de qui-
bus capite de hypercathartici copiose differuimus. Balnea tamen, licet ad cutim reuellant, in
hunc vsū inutilia sunt. Nam fulām a se materiā ad fluendum excitant. Roborabimus tum
alimentis familiaribus & subastrictoria vi præditis: tum medicamentis stomachicis modi-
25 cèque astringentibus per interiora & exteriora adhibitis. His enim ventriculus partim nu-
tritus, partim in vnum coactus, robustior euadit, quamobrem humores in ipsū cōfluentes
non modo non facile recipit, verū etiam valde a se propellit.

Gale. lib. 1. compo-
ph. g. & 3. de fa-
cul. natu.

Idem lib. 1. compo-
ph. g. & 6. & 8.
cōp ph. p. & alibi.

☞ DE SITI POST PVRGA- tionem, Caput sextum.

30 **S**itis antè quandoq; fit, quā purgatorium medicamen-
tum vacuet: interdum purgationem ipsam sequitur: in-
terdum immodicam purgationem.

¶ Sitis Galeno & Aristotele autoribus appetitus est frigidi, vel humidi, vel vtriusq;. Causa
vele est solus caloris excessus non deficiente humore, vt in hydrope: aut liccitas immodica,
35 citra caloris incrementum, vt in hydrophobia: aut tam caloris, quā humiditatis excessus,
vt in ardente febre, & tertiana. Est quando bilis, vel pituita salsa, melancholia in ventricu-
lum affusa, vel ibidem genita, sitis causa sunt. Interim alimenta, vel medicamenta calida, vel
secca simul, sumpta, vel admota sitim excitant. Quidam ex cōsuetudine siticulosi sunt, quia
cor habent calidius. sed horum sitis respiratu aeris frigidioris, potius quam potu, sedatur.
40 Sed hæc omnes sitis causæ ad tres primas calorem, liccitatē, vtrunq; cum humore, & absq;
eo rediguntur. Hæc interim medicamenti purgantis actionem antevertit, quandoq; iustam
sequitur purgationem: interdum immodicæ purgationi succedit, quorum omnium causas
protinus tradet.

Gale. cap. 30. lib.
1. simpli. & Arist.
capit. 3. lib. 2. de
anima. & sec. 27.
proble. & Aphro-
di proble. 55. sec.
2. & 28. eiusdem
& alibi.

Gale. cōmen. 19.
lib. 4.

Libri primi

Si ante vacuationem excitetur sitis, eius causa est, vel medicamentum, vel ventriculus, vel humor vacuandus. Medicamentum quidem, calidum, acre, salsum, amarum, aut aliter exiccans. Ventriculus verò, qui medicamentum in se recipit, naturam calidus, aut siccus, aut calidus simul & siccus. Humor vacuandus in ventriculo contentus calidus & acer ut bilis, flava praesertim, & salus humor.

Gale. in simplici. & .7. metho. methoden. & comen. in aphor. 19. libr. 4. ¶ Quod sitis medicamenti purgantis actionem praeventat, ob tres accidit causas. Nam si medicamentum assumptum calidum sit, acre, salsum, amarum, aut aliter siccans, ut nitrosum, acerbum, austerum: ventriculum, praecipueque os ipsius (in quo sitis animalis sedes est) dum elementares qualitates in actum promit, immoderatius tum calfacit, tum siccatur. quibus ex necessitate sitis succedit. Ventriculus calidior, vel siccior, vel calidior simul & siccior, siue naturam, siue eo tempore, quo medicamentum assumptum est, huius intempestivae sitis, causa esse potest. Humor etiam vacuandus in ventriculo contentus calidus & acer, ut bilis, praesertim flava (nam atra altera tantum qualitate sitim excitat, nisi adusta sit. haec namque sitim potenter prouocare valet) pituita salia.

Hi autem ubi probe a medicamento vacuantur, sitis cessat: nisi forte intemperiem in parte reliquerint.

¶ Signum scribit, quo a posteriori cognoscere possimus, num excitata ante purgationem sitis humores tales in causa fuerint. Si enim ab illis sitis erat, eis vacuatis, sitire desinet purgatus: quoniam sublata causa effectum tolli necessum est. Cum eo tamen, ut educti humores intemperiem calidam, vel siccam, vel calidam siccam, in parte non reliquerint. Nam si hoc est, illis vacuatis sitire non desinent.

At si ventriculus humore crasso, lento, & pituitoso, abundat: sitis non gignitur. Quod si tunc probae medicamenti actioni succedat sitis: signum bonum est.

Gale. comm. in aphor. 19. libr. 4. ¶ Actione medicamenti purgantis sitim esse excitatam tum demum cognoscimus, cum sumptum medicamentum temperatum vel certe non insigniter calidum fuerit: ventriculus eius qui purgatur, natura vel purgationis tempore, frigidior, vel humidior: humor denique in eo residens pituitosus aut aquosus. Hic enim non prius siti, quam uniuersus humor vacuandus eductus fuerit. Dum enim excrementosus ille humor integre eductus est, quo a siti vindicatur ventriculus, sitis in ore ipsius excitatur. Hanc ob causam probae vacuationi (hoc est, nec immodice nec laboriose) succedens sitis iuxta purgationis signum merito censetur.

Id quod Hippocrates innuat, dum dixit, si quis ob suam plenitudinem non sitiat purgatus, iterumque sumpto medicamento non sitiat, iterum atque iterum sumat, donec sitiat. Qua sententia voluit Hippocrates (ut Rufus est interpretatus) confertim exquisitissime [corpus] esse vacuandum, donec sitiat. Immemor ille sermonis, quem in epidemijs scripsit Hippocrates in hanc sententiam. Per opus medicamenti purgantis non est veniendum ad ultimam vacuationem, quod haec naturam terret. Ob id salubrius esse expertus sum (inquit Galenus) vacuationem iterare, quam semel multam facere.

19. libr. 4. ¶ Confirmat Hippocratis testimonio sitim purgationi succedentem laudabile esse signum, quoniam indicat humorem vacuandum prorsus eductum esse. Ceterum aphorismus Hippocratis, quem hoc loco citat, sic scriptus est. Qui in medicamentorum potionibus, cum pur-

Theorema quartū. LXXXIII

gantur, haud sitiunt: hi non desinunt, prius quā sitiant. Quo indicat iusta vacuationis signum esse sitim, & medicamēti purgantis actionem nondum esse absolutam, & minimē intercipiendam exolueudāque quoad sitis excitetur. Hunc tamen humorem vniuersum & semel vacuari prohibet Mesues: id quod Rufum voluisse scribit, sed paulatim & per intervalla. Quando quidem immodicas & repentinas vacuationes, tanquā naturæ inimicas, Hippocrates & Galenus perpetuò damnarunt. Nos etiam Mesuæ subscribimus, si semel & confertim vniuersum humorem educendum censuerit Rufus, verentes ne subita & vehemēti illa vacuatione, vires collabantur. Si quid tamen iudicamus, Hippo. de vacuatione, quæ semel, & vnico medicamento purgante fit, eo aphorismo loquitur: quam non esse ante exolueudam præcipit, quā assumptum medicamētum purgans induxerit sitim. Quāquam nō diffitemur purgationem, vt sanguinis missionem, interdum partiri debere, vbi semel & vniuersum vacuare non est tutum: satius existimantes primum leuare ægrum, deinde per purgare, quā simul omni vi effusa præcipitare. Quòd si quæ humoris reliquæ supersint, nisi multæ sint, vacuandas naturæ committimus.

Aphorif. 3. libr. 1.
& 15. lib. 2. & li.
5. metho. & 4. fa
ni. tuen.

Gale. lib. de san-
gui. mis. & 4. fa-
nita. tu. & prim.
ad Glau. Cel. ca.
10. lib. 2.
Aucic. fen. 4. pri-
mi cap. 3.

15 Hac igitur ratione sitis à purgatione laudatur. Sitis verò talis signum laudabile est Ioannitio, si tria alia signa laudabilia simul cum ea adsint, leuitas, iucunditas, quies.

¶ Si medicamenti purgantis actionem anteuertat sitis, causam vel in ventriculo suscipientis, vel in humore vacuando, vel in medicamento oblato diximus esse: quare tunc non est iudicandum nobis purgationis modū esse iustum à siti sumpta indicatione. sed ad alia nunc dicenda adijcere animum oportet, nempe ad quantitatem, iocunditatem, leuitatem, quietē.

Hippo. & Gale.
apho. 2. 3. 23. 25.
lib. 1. & Philoth.
ibidem.

Nam si vacuatus humor quātitate & qualitate coniecturæ Medici artificiali respondeat, & æger ex vacuatione leuius habeat, hoc est, in ipsa euacuatione non grauetur, & vacuata cacochymia morbus morbiq; accidentia vel tollantur vel sedentur: ad hæc, dum sic vacuatur,

25 si quodammodo recreetur & delectetur: tum si vacuationem quies sequatur, siue per eam intelligatur priuatio motus & agitationis corporis, siue somnus (vbi enim vis maxima peccatum humorum est, eorumque malignorum, inquietus homo est, in somnio torquetur: quibus vacuatis corpus quiescit, & somnus sequi consuevit) tunc iustam legitimamque fuisse vacuationem affirmare possumus, sitis nulla habita ratione: à qua sepius vindicantur ægri vacuato humore, vel medicamento intempestiuam sitim excitante. Atuerò vbi causæ producentes sitim ante vacuationem absunt, sitisque purgationi succedit, tum absoluta purgationis signum est, reliqua signa recēsitā legitimam probamque fuisse purgationem declarant.

Aucic. cap. 4. fen.
4. primi.

30 Dum enim immodica sit inanitio, vel alijs à peccantibus educuntur humores, æger malè habet, stare loco certo nescit, grauius angitur, viribus exoluitur, linquitur animo, cōuellitur, aliaque sexcenta mala patitur.

Aphorif. 36. li. 2.
& 16. lib. 4. & 9.
lib. 2. & 5. eiusdē
& 5. metho. & 4.
fani. tuen.

35 Immoderate autem actioni purgantis medicamenti succedens sitis non est, quam Hippocrates intellexit. Nam inanitio immodica heceticam, & attenuationem ventriculi, & sitim, & asperitatē excitat: quo fit vt illa terroris signum sit potius, quāmodi alicuius.

40 ¶ Quia purgatione immodica humores tum maligni tum benigni educuntur, corpus vniuersum, & ἄρροια, hoc est, alimēti penuriā laborat: quare siccat, extenuatur, consumitur, tabescit. vnde sitim & asperitatem à siccitate immodicè aucta sequi necessum est. Cui nisi occurratur, mors certissima homini impendet.

Gale. lib. 1. facul.
natu. Cel. ca. 22.
lib. 3.
Hippo. & Gale.
lib. de natu. hum.
& 7. & 12. meth.

45 Siti verò, quā Hippocrates intellexit, sola tollerantia & somno succurrendum esse dicimus. His enim sic sedatur, vt simul cōctio roboretur. Ne igitur potū multum confidenter mox propina, hic enim virtutem abolet, sitimq; potius auget quāminuat.

Libri primi

Ad hæc, obstructions prauas excitat, quibus hydrops interdum succedit.

Aphor. 27. lib. 5. ¶ Sitis, quæ iustæ & legitimæ vacuationi successit, abstinētia potus, & somno horis duabus à cibo inito placatur. Venter enim largus potu laxatus, fluctuationem patitur, virtutis coctricis & retentricis noxam experitur: quare non belle cōcoquit, neq; fit distributio con- 5
grua. vnde per accidens sitis intensior largior potus causā est. contra abstinētia roboratur & firmatur, cibum melius complectitur, coquit: vnde chylus & sanguis fit, & ille ventriculū, hic tum illum, tum vniuersum corpus nutrit & humectat. Hanc tum nutritionē tum humectationē somnus à cibis accelerat. quia per eum fit caloris natiui intrō reuocatio, ob- 10
id coctiones iuuat, ipsa etiā natura sua refrigerat & humectat. Præterea obstructions excitat potus largiū in ipsa purgatione vel post ipsam sumptus, quoniam inanitæ partes vehementer & confertim ad se rapiunt crudum humorem: hic autē tum multitudine tum crassitudine meatus obstruit: frigore contrahit & densat, hepar vehementiū refrigerat: ad quos affectus hydrops sequi conuenit.

**Hippo. lib. 6. epi-
de parti. 5. apho-
29. & alibi.
Gale. lib. de san-
gui. mis. & 4. fa-
ni. tuen. & 3. me-
tho. & de caus.
morb. & 5. de lo-
sis. affectis ca. 6.**

Cum verò sitis est à calore ventriculi, blandè tractāda est, quoad 15
medicamenti purgantis actio erit absoluta. Tunc enim si ventriculi intemperies perseueret, sitim curato his, quæ intemperie congruenter permutant. Cauendum autem tibi est, ne naturam potu multo obruas, sed potius frangenda sitis est his, quæ lambendo sumuntur, qualia multa à doctis scripta sunt. 20

Rasis 12. cōtinē. ¶ Dum sitis à calore ventriculi est propter causas iam recensitas, blandè tractanda est, donec purgantis medicamenti actio omnes suos numeros habuerit: alioqui si ante peractā purgationem potum offeras, naturam abduces ab opere incepto, & vehementiam operationis franges, alimentum medicamento miscebis, & interim in corpus distribuetur vtrunque, aut 25
Aphorif. 9. 10. 11. lib. 1. Gale. lib. 7. metho. tardius deicietur venter, euocata natura ad opus nouum. Id quod veritus Hippocrates alimento in accessionibus interdicit agris, & post partum Galenus potū prohibet, donec cibi sint concocti, nisi vehementer sitierint. nam tunc tantillum indulget, quod & desiderium soletur, & sitim leuet. Hippocrates protinus à sumpto cathartico pisanam sorbendam consulit: sed id facit, quoniam medicamenta omnia seculo ipsius cōlucta agitatoria, maligna, erodentia erant: quæ dum ad fundum ventriculi feruntur, vestigium sui, non qualitatis tantum, 30
verum & substantiæ in oesophago relinquunt. Sed prisana detergendo, quod vijs adhæsit deorsum trahendo, & qualitatem medicamēti vijs impressam temperando & permutando, noxas auertit, quæ, alioqui corpori à medicamento imminēbāt. Nobis insolens est post sumptum medicamentum aliquid offerre, nisi casus aliquis ex his, quos supra retulimus, offeratur: aut nisi vehemētissima sitis egræ vrgeat, vt eam commodè terre nō possit. Sed tunc exhibenda ea, quæ medicamenti actionem iuuent potius, quàm impediunt, quæque intolerabile illam sitim exoluant. Remedijs, quæ id præstare valent, scitent doctorum libri. 35

Si denique sitis vacuationem immoderatam sequatur, curanda est victus ratione modis omnibus humectāte, & prædictis roborante, non neglecta concoctione. 40

¶ Si immoderata vacuatio sitis causā fuerit, post statum fluorem alui victus ratione humectante & roborante expugnanda est, cautione tamen adhibita, vt coctio sumptorum fiat. Nam nisi illa probè coquantur, damnum potius quàm vtilitatem afferent. Alimenta ergo talia & tanta sint, qualia & quanta ventriculus vincere poterit. cuius etiam robori consulendum est, vt melius suo fungatur munere per ea, quæ canone tertio capitis quinti huius theore- 45
matis diximus.

Theorema quartum. LXXXV

DE SINGULTU POST PUR-

gationem. Caput septimum.

Singultus ventriculi motus est conuulsorius: quo partium ventriculi motu violento aggregatarum ad sese contractio fit. Is autem in medicamentorum usu duobus modis contingere solet; nam aut interuenit purgationi, aut succedit.

Singultus conuulsorius motus est facultatis expultricis ventriculi conantis expellere humores, vel res alias ipsi noxias imbuentes corpus ipsius. Differt à vomitu cum alijs nominibus, tum quod per vomitum conetur ventriculus expellere, quæ in sui capacitate sunt: per singultum, quæ corpus ipsius imbuerunt, vel impacta illi sunt. Dicitur conuulsorius motus, quia re vera conuulsio non est: nam hæc proprie loquendo musculorum tantum affectio est, at qui nec ventriculus nec os ipsius musculus esse censetur. Dum expellere nititur ventriculus, quæ ipsi molesta sunt, contrahit sese, & valide agitatur, non aliter atque cum partes conuuluntur. Excitatur non tantum ab inanitione & repletionem, sed etiam ab acribus & serosis humoribus, & medicamentis stomachum mordentibus, aliisque ipsi infestis. Accidit nonnumquam initio purgationis, interdum medio ipsius superuenit, quandoque absolutam purgationem consequitur. Causas autem, propter quas sic accidat, in sequentibus edisserit.

Interuenit quidem, interdum medicamenti purgantis ratione: interdum ob materiae motu per ipsum naturam. Medicamenti ratione, quia ipsum aut suo calore immodico & acrimonia [ventriculum] mordet; aut siccitate eum corrugat & coarctat. Ob materiae vero per medicamentum motu naturam, cum ipsa in ventriculum effusa, aut calida, acris, mordax suo morfu conuulsionem excitat; aut crassa frigida eundem grauatur & replet; aut in flatu est soluta crassum, replentem ac extendentem ipsius tunicas.

Tantis per dum purgatio fit singultus accidere consuevit interim ratione medicamenti, interdum ob materiae naturam ab ipso commota. Medicamenti ratione cum ipsum vehementer calidum, siccum, acre, rodensque fuerit. Nam vehementius calfacto, siccato, puncto, eroso, & exucto ventriculo vomitus sequi solet. Mordax item materia ut eruginosa in ventriculo contenta & tunc à medicamento exagitata, vel aliunde eò attracta idem symptoma excitare valet. Ad hæc, si ea multa, crassa, & lenta fuerit, nec victus ratione extenuante, neque medicamentis in id aptis ante purgationem preparata, singultum ex repletionem prouocat. Præterea si materia illa crassa frigida in flatu fuerit soluta, illi tendendo & replendo ventriculi tunicas singultire hominem cogunt.

Succedens autem singultus actioni medicamenti purgantis, ob siccitatem ab immodica vacuatione excitatam fit: quæ aut nondum consummata est, sed consummate proxima; aut iam consummata est, quæ Hippocrati timoris est signum.

Ut pessima censetur conuulsio, quæ ab inanitione est: sic etiã singultus. Vbi igitur hypercatharsi succedit singultus, sepius mortem portendit: quonia siccitate consummatam, vel consummatam proximam arguit: quarum illa nullum remedijs locum reliquit, hæc acre & difficulter sanari potest.

Singultus igitur, quem medicamentum purgans per se excitauit, curatur his vicissim adhibitis, quæ ipsius virtutem alterant. Factus autem à materia, quam medicamentum purgans mouit, curatur, blandè acrimoniam ipsius frangentibus, donec ipsa mater

P

Gale. cap. 1. lib. 8.
de sympto. caus.
& 5. aphor. comen.
4. & 7. comen. 3.
& 5. comen. 39.

Gale. lib. 8. capo.
ph. p. cap. 3.

Gale. comen. in
apho. 1. lib. 5. &
lib. 8. capo. ph. p.
cap. 3. & lib. 12.
metho. meden.

Aphor. 3. & 4. ll.
5. & lib. 7. & 12.
metho.

Libri primi

riam vacuetur, deinde alteranda sunt vestigia, quæ ipsa impressa reliquit.

Lib. 12. metho. & cōmē. in aphorif. 1. lib. 5.

¶ Medicamentum purgans singultum natura sua excitare valens calidum, siccum, acre, corrosiuum diximus esse: his igitur aduersus singultum à medicamento excitatum pugnandum est, quæ ipsius calorem, siccitatē, acrimoniam, morsumq; hebetare possint: cuiusmodi sunt, quæ temperamento, sapore, & essentia sunt contraria, vt fusissime in secundo theoremate ostendimus. Si materia calida & mordax singultum attulit, primo quoque tempore vacuanda est vomitu aut deiectione. interim tamen maligna ipsius vis obtundēda est, remedijs proximè aduersus singultum à medicamentis dictis: deinde intemperies relicta alimentis & medicamentis contrariam temperiem sortitis expugnanda est. At si quia multa crassa, lenta, frigida singultum promouit, vbi incisa & tenuata fuerit, educenda est. Si flatus crassus causa huius symptomatis fuit, eo per medicamēta tenuantia & resoluentia digesto, malū cessabit.

Aphor. 4. lib. 5.

Factus vero à siccitate non cōsummata humectātibus iuuatur: quin & interdū sanatur. A siccitate autē iam consummata factus, vix curari potest, vt inquit Hippocrates in aphorismis: id quod posteri quoque asseruerunt.

Gale. locis adductis. & de placitis Hippo. & Platonis. & de differē. feb. & aphor. 7. lib. 2.

¶ Siccitas consummata, quā in moribundis & in immodice inanitis singultus arguit, curari nequit. Dicitur autem consummata, vbi solida similiarium substantia reddita est sicciior. Cum enim basis & fundamentum virium coquentium, distribuentium, sanguinem facientium, nutritium in his partibus sit: illis siccatis, eorum calor pabulo destitutus euauit: quare cum nihil sit, quod actiones illas naturales facere possit, neque alio quam nutrimento siccitas illa corrigi queat, nil nisi mors inde expectari potest. Triplex ab hac siccitas est, pinguedine & recente carne liquatis: sanguine in capillaribus venis contento, consumpto & liccato: propria humiditate, vnde partes nutriuntur, cōsumpta: prima facillimè, secūda difficillimè, tertia curatur quidem aliquando, sed difficillimè.

DE DOLORE VENTRICULI post purgationem. Caput octauum.

Accidit autem vetriculi dolor, vel ob intemperiem ipsius similem vel diuersam à medicamento purgante excitatā: aut quia ab eodem vlceratus est: aut à flatu calido, acri, pingente, aut crasso, frigido, quem medicamentum mouit, non dissipauit

Gale. lib. de inaequali itēpe. & 2. cōpo. ph. p. in remedijs Archige. ad dolorē capi. à ventri. pēdentem & lib. de diffē. & caus. morbo. & sympto. & 12. metho.

¶ Dolor omnis ab alteratione subita vel solutione continui est. Causæ igitur doloris vetriculi ad has duas vniuersales reducendæ sunt. Medicamenta calidiora & sicciiora intemperiem subitam in eo excitare valent, quam alterationem dolor consequitur. Ea verò intemperies interim sola est, interim cum materia à medicamento attracta, vel ibidē residente (sic enim interpretor ea verba, similis vel diuersa) ante quam medicamētum purgans exhibetur. Soluitur continuitas rodendo, si acre & rodens medicamētum, vel flatus fuerit: tendendo, si flatus à medicamento commotus, non tamen dissipatus, crassus & frigidus sit.

Si ob intemperiem sine materia est, curabitur contrarijs alterantibus, quantum cōuenit. Sin cum materia est, ea prius coquēda & expulsionī paranda, pōst vacuanda. Si ob cōtinuitatis solutionem, curetur modo iam à nobis dicto. Si à flatu calido, vel frigido: resoluatur his remedijs, quæ docti scripserunt.

Theorema quartū. LXXXVI

¶ Si nuda intemperies doloris causa est, remedijs cōtrarijs & æquali gradu pugnātibus auferenda est. Sin materiam habeat coniunctam, ea prius est paranda, si modo citra vllam preparationem educi nequeat: deinde cōgruenti medicamento inde pellenda. At si quia soluta est *continuitas* rodēdo dolor excitatur, ea methodo tradita à Galeno percurabitur. Flatus, Lib. 3. 4. & 5. mo tho.
 5 quales quales sint, medicamentis resoluentibus expugnandi sunt, quorum tum simplicium tum compositorum non exigua est sylua apud doctores.

DE VLCERE INTESTINORVM postpurgationem, Caput nonum.

10 **I**n testina vlcera aut à medicamento facultate, aut à materia acri, incidente, vlcera, à medicamento mota. Diximus autem medicamenta, quibus est vlcera ac incidenti proprietates, de quibus etiam rursus dicemus in simplicibus.

¶ Post peractam purgationem vlcera in intestinis nōnunquam comperiuntur: ea autem inter dum medicamentum excitauit, interdum ab humore acri & pungente sunt. Medicamentum genere vel ex accidente malignum, præsertim si accuratè castigatum non sit, quas contingit partes rodēdo & mordēdo vlcera, vt de colocynthide capite de tritura ostendimus, & de scāmōnio scripsit Galenus. *Humor natura acer & mordax, vt salus, biliosus, adultus,* dum per intestina descendit soluere eorum *continuitatem* consuevit.

Lib. 12. metho. in dolo. colico curando.

20 Distinguēda verò tibi sunt intestina vlcera, sint ne superiora [an inferiora] an media. Quam rem ex doloris & pūcturæ situ discernes; tum etiam ex strepituum differentijs, alijsque signis à peritis scriptis. Qui etiam methodum curandi vlcera intestinorū, superiorum, mediorum, inferiorum, conscripserunt; eaque tibi ex illis cognoscenda est.

25 ¶ Quandoquidem partis affectus situs, qua parte remedia adhibenda sint, ostendit, diligenter inquirere oportet, num vlcera post purgationem relicta in superioribus sint intestinis, an in medijs, an in inferioribus. Nam si in superioribus sint, per ea que ingeruntur per os sunt curanda, si in inferioribus, per ea, que injiciuntur per sedem. Nam quod per os lumitur, ad intestina crassa integris viribus peruenire nequit: quod per sedem infunditur, intestina gracilia permeare non potest. At si media, vel omnia intestina laborent, vtrinque succurrēdum.
 30 Nota verò, quibus situs partis affectus dignoscitur, hæc ferè sunt, ramentum, tempus exitus, misionis modus rasura & cruenti alicuius, doloris locus, & strepitus. Nam ab inferioribus intestinis maius & crassius ramentum detrahitur, non permistum excrementis, morsus, dolor, strepitus (Βορβορυμδος Græcis dicitur, vulgò gurgulatio) sub vmbilico sentitur, & morsum confestim excretio sequitur, pinguedo quædam mucosa deraditur, antequam ramentum & sanguis sequantur. Sanguis tenuior, viuidius, & rubicūdius effluit. Contrà à superioribus minus & gracilius & membranolum magis ramentum, & tum ramenta, tum sanguis, tum sanies, tum pus vehementius sunt commixta excrementis. Dolor, morsus, & strepitus supra vmbilicum sentiuntur, & quæ dolorem excitant, longo post tempore excernuntur: sanguis crassior & nigrior, & sæpe in grumos coactus excernitur. Si in medijs vlcera sint, medio modo se habent hæc omnia. At enim quibus remedijs aduersus hæc vlcera, quæcunque sint parte, pugnare oporteat, superuacaneum duximus his ascribere: quandoquidem doctorum libri his scætant.

Lib. 4. & 5. metho. & 1. locorū affect.

Ex lib. 1. & 4. de locis. affect. alijq; autoribus.

Mefues.

45 Quod si suspicio est à medicamento reliquijs vlcera excitata esse, curabis virtutem medicamenti frangentibus remedijs, & è corā
 P ij

pore expellentibus. Si à materia acri & vlcerante: eam coque, & blandè clementerq; expelle, ne noxam noxâ cumules, Post hæc glutinantibus dictis vtete.

¶ Causis vlcus in intestinis excitantibus, vlceribusque ipsis qua ratione occurrendum sit, in presentia edisserit: in hunc modum decernens. Si medicamento assumpti reliquæ vlcis excitati causa fuerint, medicamento virtus exoluenda primùm est: deinde ipsas medicamenti reliquias è corpore deturbare conuenit. Medicameta verò quæ hoc præstent, canone primo capitis & theorematis tertij exposita sunt. At si materia acris & mordax vlcus fecit, vbi eam expulsionem paraueris, & meatus, per quos educenda est, peruios reddideris, clemētibus quoad licet medicamentis educenda est, ne in descensu rediuiuum vlcus faciant. Deinde remedijs tergentibus & glutinantibus probaque ratione victus est tibi vtendum. de quibus Galenus libris primis methodi, & duodecimo in curatione colici doloris ab scammonij reliquijs. Referti etiam sunt doctorum libri remedijs, vbi de dysenteria agunt: quam obrem su peruacaneum duximus, quæ ab illis doctè, copiose, scripta sunt, huc citra necessitatē vllam transferre. An vero humores omnes antè quàm vacuentur, coquendi sint: & num intestinis vlcere laborantibus liceat medicamentis per inferiora purgātibus vti, his inter Medicos est. Nonnulli enim asseuerant omnes humores indiscriminatim esse coquendos ante purgationem, & tutò purgare licere per inferna in dysenteria, alij contrarium mordicis defendunt: habentque tum ij, tum illi autores & rationes, quibus suam opinionem defendere nituntur, & vtrique ad probationem suæ sectæ vsum in testem adducunt. Quæ cum per varia volumina, perque magnæ contentionis disputationes à Medicis nostri seculi sæpè tractata sint, & tradentur: satius duximus sententiam nostram silentio præterire, quam eam nudam nullaq; ratione sultam in mediū proferre. Otio enim maiori operèq; peculiari opus est ad refellendā aliorū opinionem rationesq; dissoluendas, & nostram confirmandā & roborandam.

Ex Gale. lib. 4. & 13. metho. med. & practiciis scriptoribus.

DE CRUENTA DEIECTIONE post purgationem. Caput decimum.

Deiectio fit cruenta vel intestinis vlceratis, vel venarū orificijs à medicamento adeò patefactis, vt sanguine manent, vt à colocynthide, cucumere agresti, & similibus: vel ob id quòd vacuatio tam immoderata per medicamenti superfluam attractionem excitatur, vt vis afferatur naturæ, cogaturque ipsa magno suo incommodo sanguinem trahenti violentius medicamento permittere.

Gale. commen. in aphor. 47. lib. 6.

¶ Sanguis vel ab vlcere à medicamento vel humoribus excitato commixtus excrementis interim fluit: non nunquam non ob id, sed quia venarū ora, euerla earum retentrice vi, à medicamento maligno genere vel ex accidēte laxa aperta que reddita sunt. Id quod humorem ipsum acrem & mordacum efficere posse Galenus testis omni exceptione maior est. Iam medicamentum immoderatus purgans eiusdem accidētis causiam interim esse, copiose admodum in superioribus est ostensum.

Vlcerum autem curationem iam diximus. Si verò accidat propter venarum immodicam apertionem, curatur iam tradita methodo, nimirum his, quæ partium essentiam vniunt, roborāt, & glutinant. Si deniq; accidat, quoniam medicamentum immodicè vacuat, curatio iam à nobis tradita est.

Theorema quartū. LXXXVII

¶ Si anastomotica, hoc est, venarum ora aperientia, crassarum sunt partium, acria, & mordacia: quæ sanguinem è venis referatis sistunt, crassa, frigida, astringentia, omni acrimonia vacantis erunt. Hæc enim cum sint consistentia crassa parti fundenti sanguinem incumbunt, frigiditate sua intro premunt, quas contingunt partes in sese cogunt, constringuntque, siccitate sua humorem depascuntur, & retentricem vim roborant. Quæ si emplastica sint, pertinacius hærent. Reliqua ex superioribus innotuerunt.

Gale. cap. 3. lib. 5. simpli. medi.

DE TENESMO POST PURGATIONEM. Caput vndecimum.

10 **T**enesmus fit, ab ulceratione facta sphincteri ob medicamenti acrimoniam, vel ob materiam commotam ab illo; aut quia sedes eius, qui vacuatur, frigore læsa est. Ob que fit inanis & molesta quædam egerendi cupiditas. Curatur balanis, clysteribus, emplastris, pro varia affectus causa scriptis à doctioribus.

15 ¶ Si medicamenti vel humoris acrioris reliquæ extremæ intestini recti parti hæserint, affectus fit Græcis ΤΗΒΕΣΜΟΣ dicitur. Est autem inanis quædam & irrita desiderandi cupiditas, irritata extrema intestini parte vel ab humoribus mordacibus, præsertim si ulcera aliqua ibidem sint, vel à medicamenti acrioris, & negligentius triti reliquijs, vt scammonij: colocynthidis: que in descensu hæserunt. Coguntur sæpè sine causa delurgere, & diu multumque co-

Gale. cap. 2. lib. 6. loco. affec. Paul. cap. 41. lib. 3. Aeti. ca. 43. sermo. 1. lib. 3. Cel. cap. 18. lib. 4.

20 nari, vt id, quod infestat, excernant, tandemque nil nisi pauca quædam mucosa & cruenta egerunt. Interim etiam ambientis intemperies frigidior idem malum inuehere potest. Nam dum frequentius natura vereda aëri frigidiori exponunt, parte extrema intestini refrigerata, inani illo & indeclinabili egerendi desiderio homo vexatur, nisi facultate expultrice nudam qualitatem infestantem nequicquam expellere. Remedio sunt balani, clysteres, emplastris, cæteraque artis præsidia aduersum hunc affectum à Medicinæ doctoribus scripta: quæ superuacaneum duxi in hunc locum transferre.

DE LASSITUDINE SEV IMBECILLITATE corporis post purgationem. Caput duodecimum.

50 **C**orporis imbecillitas interdum vacuationi immodicæ succedit tanta, vt vires prosternantur: ob id rectè Galenus vacuationem repetere, quam exquisitè semel vacuare maluit: & in morbos à plenitudine, quam ab inanitione, aliquem prolabi, tolerabilius esse existimauit: id ipsumque verbis Hippocratis confirmauit, dicentis facilius esse repletum inanire, quam inantum replere. Ioannitius etiã dixit, Morbum posse curari, vel non posse, ad virtutem referri, vt ex cuius salute, vel casu hoc pendeat: repletis autem quam inanitis salua magis hæc est, quin in his velut lapsa iacet: quo fit, vt facilius sit repletum inanire, quam contra.

¶ Etiã si actione medicamenti purgantis prauis & maligni vacuati sint humores, tamen quia vnâ cum eis spiritus & calor natiuus exinaniuntur, & humores etiam neque quantitate neque qualitate peccantes, vbi ea immoderatio est: nil miri est inanitis illis, corpus resolui languidumque reddi. Adde naturam nostram, cui infesta sunt cathartica, alterari, vasorum ora

Hippoc. & Gale. aphor. 27. lib. 6. & Cel. ca. 8. li. 2.

Gale. lib. 3. simpli. & 12. metho. ad finem.

P iij

Libri primi

ob continuum morsum succumque lassâ reddi. Quo fit, vt eger langueat, defesque fit. Hanc immodicam vacuationem syncope sequi consuevit: quæ nil aliud est, quam virium præceps repentinusque lapsus. Quod symptoma vt vitemus, præstat vacuationem, si per morbum liceat, iterare, quàm vniuersim semel vacuare: sicuti Galenus bipartitam sanguinis missionem magis commendat, quàm confertim semel peractam. Id quod non minus obseruandum est in alijs euacuationibus, quàm in sanguinis missione, nisi vrgens aliquid hanc curandi rationem peruertat. Idem etiam morbos ex plenitudine, quàm ex inanitione minus esse periculosos coniunctos in prognosticis & aphorismis declarauit. Quando quidem (vt dixit Cornelius Celsus) in his quæ superant, est quod morbus demat: in his quæ defunt, non est, quod morbum ipsum ferat. Omnis tamẽ tum repletio tum inanitio, si modum excedit, periculosa est: sed illa quidem magis, hæc minus. Siquidem corpus plenum omni propemodum genere causarum salubrium inanitur: inane autem sola nutritione repletur. Hæc autem cum à virtute robusta fiat, cum ea in exiccatis & inanitis corporibus imbecillior sit, quàm in repletis, iure merito difficilius esse existimatur inanitum replere, quàm repletum inanire. Quo circa immodicas inanitiones vitandas esse ceu scopulos consulit. At enim nõ hinc elicitur, tutius esse pleniori, quàm tenuiori victu vti, si quando à modo iusto recedendum sit. neque id censuit Hippocrates aphorismo quinto libri primi, vt Leonardus Fuchsius & Ioannes Manardus rationibus & testimonijs Hippocratis & Galeni dixerunt.

Lib. 4. sani. tuen.
Idem lib. 5. metho. ad finem.

Aphorif. 1. 2. 3. 4.
lib. 4. Cel. cap. 2.
lib. 2.

Aphor. 3. lib. 1. &
2. 6. & 51. lib. 2. &
lib. 12. metho. &
7. eiusdem, & in
prognof. passim.

Fuchsi. in cõment.
ta. in aphorif. &
Manar. episto. 2.
lib. 4.

Corporis quoque imbecillitas interdum sequitur ob medicamenti malignitatem, prauam intemperiem in corpore relictis, & naturæ fatigationem, propter ipsius cum natura contrarietatem. Quapropter Democritus voluit, valens medicamentum imbecillum reddi, malignum verò salubre. Id quod opere hoc toto contendimus.

Gale. lib. 2. de vitu acu. & 1. sani. tuen. & de diff. feb. & in simpli. Capit. 4. secundi theorematis.

¶ Medicamentorum purgantium naturam nobis esse aduersam infestamque supra comprehensum est. Nam deleteria qualitate ventriculi os excitant, corpus colliquant, vires extenuant, prauamque intemperiem in corpore excitant, aliæque non pauca mala accerunt. Quæ vt vitaret Democritus, vehemens medicamentum imbecillum reddi iubebat: malignum verò salubre, sicuti in secundo theoremate retulimus: id quod operis vniuersi scopus præcipuus est.

Interdum etiam contingit ab externo calore & estu ei, qui purgatus est, superuenientibus: quoniam calor & spiritus resoluuntur, & exhalant, reuellunturque à basi & radice. Ira quoque purgationi accedens, & cura, & coitus, & labor, & reliqua viuendi ratio praua, vires deijcit.

Gale. commen. in aphor. 5. lib. 4. & Paul. cap. 7. lib. 7. & cõmẽ. apho. 15. lib. 1.

¶ Calor externus in modum balnei foras è corporis profundo trahit tum humores, tum spiritus, tum calorem natium: qui resoluti & exhausti virium imbecillitatem languoremque inducere solent. Calori huic sese exponit, qui non multo post à purgatione sub valido actu ingrediuntur iter, & qui vrgente morbo sub Cane, vel aliis vigente calore externo purgantur. Iram, vt reliquos tum animi, tum corporis immoderatiores motus, coitum, & errorem quenuis alium insignem circa victus rationem purgato superuenientem vires deijcere posse nulli non perspectum est. Non satis est igitur commodè & vtiliter vacuasse agrum, nisi & externa prohibeantur (si modo in nostra potestate sint) quæ vacuationi succedentia incommodo esse possunt.

Ex cõment. apho. 1. lib. 1.

Hanc autem curare studemus, cognita prius ipsius causa: ad quam propulsandam interdum conatus omnes nostros dirigimus, eaque demum est ritè curandi methodus, & opus Medici præ-

Theorema quartū. LXXXVIII

cipuum. Interdum verò contra symptoma ipsum prius pugnan-
dum est nobis: tunc præsertim, cum ob ipsius vehemētiam viriū
resolutio timetur.

¶ Curandi methodus recta & minimè interpellata hæc est. Primum causa, quæ morbum fo-
5 uet, submouenda est: inde expugnandus est morbus. At enim nonnunquã morbus, vel sym-
ptoma aliquod ita vrgent, vt neglecta causa, vniuersam ferè Medici curam ad se conuertat:
alioqui si auferendæ causæ tantum sit intentus, vrgentibus his, metus est, ne hominem vnã
cum causa tollat.

Gale. lib. 3. 7. 8.
& alijs metho.

Si igitur imbecillitas hæc ob vacationem immodicam contin-
10 git, victus ratio resectoria necessaria est, vt in ventriculi imbecilli-
tate diximus, si autem ab intemperie est, cõtrarijs profligetur re-
medijs, vti etiã diximus. Si verò fiat, quod calor & estus occur-
su spiritus sunt resoluti: aut ob iram, aut coitum [aut laborem]
prædicta victus ratio est necessaria.

¶ His causis qua ratione occurrendum sit, hac oratione declarat. Quoties ab immodica va-
15 cuatione imbecillitas est, analeptica, hoc est, renutritoria Medicinã parte est vtendum, de
qua Galenus scitè & eleganter scripsit. Si ob intemperiem, cõtrarijs qualitate & excessu pu-
gnandum esse remedijs, præter quam quod à nobis sæpè dictum est, nemini, qui vel è limine
artem Medicinã salutauit, non liquet. Iam quoties ob resolutos spiritus, iram, coitum, labo-
20 rem, & reliquos errores in victus ratione corporis imbecillitas fuerit: prædicta victus ratio
nempe capite de imbecillitate ventriculi tradita, & iam iam dicenda, est opus: licet peculia-
ria quædam de singulis tradi possent: quæ ne longum faciamus, consultò præteriuimus.

Gale. lib. 7. me-
tho. & cap. 100.
artis Medicinæ.

Cum verò contra symptoma pugnamus, instauratiua victus ra-
tione & roborante est opus. In id etiam commoda est delectatio,
25 & alimentum gradatim oblatum. Ad hæc, somnus, quies, suaue
olentia, & iucunda adhibita, cardiaca & stomachica medicamen-
ta. Balnea quoque, præsertim dulcis aquæ, absoluta propemodū
curatione, in hac causa sunt necessaria: & in his ipsis ius pullorū
& auium aliarum, & vitellos ouorum sorbere, plurimū confert,
30 præsertim si lenis frictio præcesserit, & neruorum musculorū
que vnctio ex oleo aliquo temperato, quale est oleū de spica, oleū
chamemeli, oleum de kiri. Oleum quoq; vetus, autore Galeno,
lassitudinem soluit. Ad hæc oleum mastichinum cum oleo rosa-
to & vino antiquo factum, lassitudinem debilitatēque neruorū
35 aufert.

Lib. 1. cõpo. ph. g.
& alibi.

Aliqua ex plaria
mèbrorū habent.

¶ Corporis imbecillitatem purganti medicamento succedentem renutritoria & roborate
victus ratione curamus. Alimenta enim boni succi & facilis concoctionis pro viribus sum-
pta has conueniunt: hæc enim faciliè à natura superata substantiæ deperditæ instauracionem
faciunt. Est autem virium basis in triplici substantia posita. Quæ alimēta si modicè astric-
40 ria & calida sint, odorataque, potentiùs roborare possunt. Somnus moderatus, quia per eū
humores, spiritus, & calor natiuus intrò feruntur, ad concoctionem & renutritionem non
parum facit. Modica exercitatio lentaque pro viribus inita, vires firmat. Sed quies frequen-
tior fit, nam modica exercitatio à cibus inita calorem excitat, qui coctionis, distributionis,
nutritionisque probe autor est. Quæ suauis sunt odore prædita, & iucunda omnia sumpta &
45 admota vires reficiunt. Nam sumpta faciliùs coquuntur, distribuuntur, & nutriunt, viresque

Gale. lib. 7. me-
tho. & cap. 100.
artis Medicinæ.

Gale. lib. 1. me-
tho. & aphor. 7.
lib. 2.

Gale. in simplici.
capit. de croco, &
initio lib. 8. com
po. ph. p.

Hippo. apho. 12.
parti. 4. & 29.
parti. 5. lib. 6. epi-
de. & Aristot. lib.
3. histò. cap. 19.

Cel. cap. 3. lib. 1.
& Atti. cap. 239.
lib. 2. & Hippo.
& Gale. lib. de vi
tu priuatorum.
Consule aliud
exemplar.
Hippo. lib. de vi-
tu priua. & Gal.
cōmen. in aphor.
15. lib. 1.
Aphorif. 11. & 38.
lib. 2. & lib. 11.
metho.
Gale. lib. 4. & 6.
fani. tuē. & de ra-
ti. vic. priua. & cō-
mē. apho. 11. li. 2.
Plini. cap. 1. lib.
29. Cel. cap. 3.
lib. 1.

fouent: admota naribus vel etiam alijs partibus idem prestant. Ventriculo per stomachica, cordi per cardiaca medicamenta consulere oportet: nam ille, quia suo gremio medicamenta excipit: hoc, quia purgantia omnia illi infesta sunt, lēSIONEM maxime sensit. Balneum dulcis & tēperata aqua, à cibis coctis facilibus & boni succi (quales sunt sorbiles quos recensuit) vel in ipso balneo sumptis, distributionē alimenti facit. Quòd si precedat lenis & motu frictio, corpus implet, attracto bono sanguine in corporis molem vi balnei, & firmata nutriendi facultate frictione: tum vncto corpore oleo exiguo, ne quod attractum est, exhalet. Balnea verò ardētes, quibus persuaferē nonnulli in ventre cibos coqui, damnata sunt. Oleum, quo vngendum corpus est, temperatum sit, vel temperato proximum, quale est vetus, de spica & ex chamæmelo. Oleum verò de kiri, hoc est, leucioij lutei calidius est.

DE CONVULSIONE POST PURGATIONEM. Caput decimum tertium.

Conuulsio in purgatione ipsa interdum accidit, interdum post ipsam.

¶ De conuulsione, quæ $\sigma\omega\sigma\tau\omega\delta\epsilon$ dicitur Græcis, sufficet ea in præfens dixisse, quæ ad expositionem autoris huius necessaria videbuntur. nam si quis exquisitam magis & pleniorē doctrinā habere cupit, sexcentos habet doctores, quos consulere licet. Accidit interim dum purgatio fit, interim iam peracta & absoluta purgatione. cuius causas & curationes speciatim membratimque in sequentibus exponit.

Quæ autem in purgatione accidit, interdum fit ob materiam multam à medicamento commotam, non tamen vacuatam, sed ad nervos & musculos aliquando procumbentem, eosque repletam, & villos ipsorum extendentem. Quo fit, ut hinc latum aut breviores euadant, longitudine scilicet naturali tū minuta. Quare ceu chordis tenæ partes motu contrahuntur dolorifico multum vt arcus chorda contracta breuior redditur.

Aphorif. 39. li. 6.
& 57. lib. 4. & li.
5. de differen. &
caus. mo. & symp.
& aphor. 1. lib. 5.
& lib. 8. compo.
ph. p. cap. 3.

¶ Conuulsionis, quoties primarius affectus est, duæ sunt generales causæ, repletio, & inantio. tertiam ab his non agnoscit Hippocrates, neque ipsius admirator & assecla Galenus. Reuelluntur in hoc affectu neruosa partes ad suum principium. nam spasmus aliud nihil est, quam retractio inuita & coacta partium neruosarum versus originem: cerebrum scilicet & spinalem medulam. Tenduntur conuulsæ partes repletæ vel inanita in modum chordarum instrumentorum musicorum, quæ vtrinq; intensius ligata, si aère humidiori repleatur, vel sicciori siccentur: rumpi periclitantur. Pleni nerui humore à medicamento commoto in latitudinem extenduntur, & breuiores fiunt more rerum aliarum externarum: sic etiam inanita & siccati contrahuntur & rugantur in modū membranulæ igni admota. Commota itaque à medicamento materia, non tamen vacuata, sed in nervis & musculis concepta, eos replens & distendens conuulsionem à repletionē inducere potest, quæ vna causa conuulsionis à repletionē existimatur.

Gale. cap. 5. lib. 3.
locorum. affecto.
& locis proximè
adductis.

Porro ad hanc conuulsionem propensi sunt magis, quibus est corpus impensè plenum, & meatus in eo angusti sunt, quibus itē nerui sunt humidiores: qui denique vino se multo frequenter in gurgitant.

¶ Plenum solet esse corpus bifarium, nimirum bonis & laudatis humoribus, sed quantitate peccantibus, quod plethoricū vocatur: & pinguedine & adipe, quod obesum dicitur: vtrūque conuulsioni à plenitudine est obnoxium, si meatus, hoc est, cavitates internæ, sint angu-

Theorema quartum. LXXXIX

ficiores (sic enim facilius obstruuntur) & materia in nervos procumbat. Quibus item natura vel morbo nervi humiditate superuacua redundant, promptè in conuulsionem incidunt.

Qui etiam intemperantius vino se continenter replent, præsertim si illud vehementius sit, & ventriculo vacuo sumptum. Nam illud nervos nervosque partes insigniter lædit. Cum

5 igitur corporis afficiendi præparatio maxima pars generandorum morborum sit, plethorici, cacochymi, & quibus corporis ductus sunt angustii, quibus nervi sunt humidiores, ebrii si, frequenter in hunc morbum incurrunt.

Fit item interdum à vapore turbido, crasso, quem cum inflante flatu medicamentum ad nervos sustulit.

10 ¶ Flatus turbidus & crassus à medicamento excitatus, quod ipsum natura sua flatulentum sit, vel quod ex materia frigida, crassa, calore promoueat: conuulsionem à repletionem non aliter atque materia accersere potest, Sed hæc omnium facillimè medicamentis probaque vitæ ratione discutitur.

Gale. commen. in apho. 28. lib. 6. & 5. lib. 5. & 3. tempera. & alibi. Idem cap. 6. li. 1. de diff. fe. Aphro di. aphor. 86. li. 1.

Auic. in textu ca. de conuulsione.

Fit etiam à frigore vehementi nervos & musculos purgati læ-

15 dente, cogente, densante; quapropter hi versus principium suum retrahuntur.

¶ Frigidum natura sua inimicum esse nervis & partibus nervosis, iam olim pronuntiarunt Hippocrates & Aristoteles. frigus enim dum contrahit, cogit, densat, & mordet, tum replet humores intro pellendo, & meatus angustiores reddendo: tum partes nervosas morbo ad ex-

Hippo. aphor. 17 & 18. lib. 5. Arist. proble. 6. secti. 6 & Gale. cap. 5. lib. 1. de differ. morborum.

20 cretionem proritat.

Nonnunquam fit à medicamento qualitate venenosa, nervos & musculos feriente, quam ut hi à se expellant, aut ut omnino vitent, contrahuntur.

25 ¶ Malignum & venenosum medicamentum, quale est helleborus, peplium, elaterium, & similia his, non vnico & simplici nomine, sed quinque de causis, conuulsionem accersit: quas, qui volet, poterit ex commentario Galeni in aphorismum primū libri quinti colligere. quod si quis malit alieno frui labore, eas luculentissimè expositas comperiet in commentarijs Leonhardi fuchsij viri de arte medica optimè meriti.

Gale. lib. 12. metho. ad finem.

Que verò post purgationem fit, conuulsio est à siccitate: quam 30 etiam Hippocrates iudicauit esse mortalem, tunc scilicet, cum siccitas consumata est.

¶ Conuulsio, quæ actioni medicamenti purgantis immoderatiore succedit, ab inanitione seu siccitate est: quæ ubi consumata est, nullum remedijs reliquit locū: alioqui si mediocris est, vel citra eam consistat, curari ut hæctica potest.

Aphorif. 1. 3. 4. li. 5. & lib. 7. & 12. metho.

35 Quamquam autem ex repletionem conuulsionem febris superueniēs soluat Hippocrati, rectè viri huius consultum est interpretandum. Quædam enim à plenitudine conuulsio est, quam febris superueniens tantum abest, ut soluat, ut etiam augeat, qualis ea præsertim fuerit conuulsio, quam parit materia multa per medicamentum commota, sed non vacuata: quæ in nervos & musculos, uti dixi, incubuit. Medicamentum nãque febrim flammeam dū reddit, venenosam qualitatem ei acquirit longè nocentissimã.

40 ¶ Expositis causis conuulsionis curationi ipsi accingitur: in primis Hippocratis aphorismos, quibus scribit, febrim, si post excipit, conuulsionem tollere: non temerè & citra limitationem esse intelligendos, sed de ea tantum conuulsione, quæ à frigidis, & glutinosis humoribus nervos replentibus originem duxit. Nam tum nervorum distentioni superueniens fe-

Aphorif. 26. lib. 2. & 28. lib. 4. & 5. & 70. lib. 5.

Libri primi

bris humores conuulsionē excitantes, calfacit, extenuat, resoluit: vnde certissima salus egro succedit. At verò si humores conuulsionem efficiētes calidi sint, acres, mordaces, à medicamento cōmoti, non solum remedio nō esse febrim conuulsioni succedentē: verum conuulsionē ipsam intēdere incensis humoribus à medicamēto prius cōmotis & inflāmati, medica mētūq; ipsum alioqui natura sua venenosum longē malignius euadere. An verò Medicus 5
natura imitator in cōuulsione à plenitudine, cui febris mederi solet, debeat excitare febrim necne: certāt nonnulli. Ego Fuchsius, & alijs nostrē atatis primæ classis Medicis, subscribo.

Cōmen. in apho.
26. lib. 2.

Rectē autem curabitur, si repente materia commota vacuetur, idque vel medicamento vim adiuuando, acquisita scilicet facultate plenitudinē vacuaturā; atq; adeò, si opus esse videatur, fortiter 10
vacuātibus in id vtere. Post hęc noxas neruis & musculis impressas corrige, eosq; roborā, & cerebrū, & spinā, & corpus reliquū.

Cap. 1. theore. 3.

¶ Si medicamentum in corpore retentum distensionis neruorum causa fuerit, medicamēti virtus iuuanda est his, quæ materiam commotam & non vacuatam educere diximus: vel vbi ea non contulerint, aliud exhibendum est medicamentum purgans similis quidem qualita- 15
tis, sed valentioris: quo materia commota repente vacuetur. Cetera qua ratione quibuscque remedijs præstanda sint, ex his pete, qui præparato otio de curatione spasmi scripserunt.

Si autem à vaporibus elatis conuulsio fiat, ratione iam dicta curatur: & his omnibus, quæ diximus vapores in contrarium reuel- 20
lere. Si à frigore, ea omnia remedia sunt, quæ præter id quod ner- uos & musculos calefaciunt, cum eisdem familiaritatem habent. Si à qualitate venenosa, curanda est per ea, quæ malignitatem hęc citò de corpore detrudunt, vti iā diximus: ad hęc per ea, quæ ner- 25
uos & musculos à noxis indidem acceptis vindicant: tum per ea, quæ ipsos roborant.

Gal. li. 6. metho.
& 3. cōpo. ph. 8.
Hippo. aphor. 18.
lib. 5. & Aphrodi.
proble. 48. & 69.
lib. 1.

¶ Si excitati crassi vapores in neruorum capacitibus fuerint concepti, incidentibus, tenuantibus, resoluētibus, reuellentibus remedijs expugnandum affectum esse, in superiori- 30
bus comprehensum est. Aduersum frigus calfacientibus & siccantibus intra modum vtendum est: nā frigida & humida neruis inimica sunt. Si maligna & deleteria medicamento qua- litas conuulsionem attulit, primo quoque tempore è corpore detrudendum est medicamen- 35
to & remedijs capite primo tertij theorematis cōprehensis: deinde noxa neruis im- pressa submouēda: tum roborandi illi. Quorū singula qua ratione & quibus auxilijs peragi cōueniat, copiosius, qui artis exercitationē (ωπαξίϋ Græci vocant) scribūt, literis mādant.

Conuulsionem verò ab euacuatione immodica, lethālē scripsit Hippocrates, quæ à siccitate omnino est: quàm, si cōsummata est, 35
insanabilem diximus. Si non est consummata, curetur ratione vitus humectante, & auctiore tū alimento, tū somno, & similibus.

Hippocr. & Gale.
aphorif. 1. 2. 3. 4.
lib. 5. & alibi. pas-
sim.
Gal. cōmen. apho-
rif. 2. lib. 5. & 7.
meth. & practici.
Gal. lib. 7. 10. 12.
meth. & li. de ma-
rasmo. & 1. sani-
tate.

¶ Conuulsio ab inanitione seu siccitate, si totius corporis sit, & cōsummata (in qua humor 40
infitus solidarum partium, qui veluti gluten illarum erat, consumptus est) omnem curationem respuit, mortemque præsentem attert. At si totius corporis non est, sed partis vnus nō principis, vt brachij, cruris (non enim necessum est in omni conuulsione cerebrum lædi) ne- que consummata, sed ex sanguinis in exilibus vasis contenti, vel roris per vniuersas corpo- 45
ris partes sparsi, inanitione, vel partium concretarum colliquatione & consumptione: cura- ratu quidem difficiles sunt, locus tamen remedijs relictus est, de quibus Galenus libro septimo methodi eruditè & diligenter egit.

F I N I S.

Excudebatur Cæsaraugustæ

Apud Petrum Bernuz Mense

Maio, Anno Domini

1550.





PNB

Handwritten text, likely a title or author name, appearing as bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include the name 'Johann...' and the year '1722'.



Large, stylized monogram or decorative initial, possibly reading 'J. H.' or similar, embossed below the seal.





[Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page]

Handwritten text in a cursive script, likely a list or index, written in brown ink on aged paper. The text is arranged in several lines, with some words appearing to be names or titles. The script is highly stylized and difficult to decipher precisely, but some legible fragments include "meyer", "son", "meyer", "son", "meyer", "son", "meyer", "son".